36
11 A
38

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

21. C

10.4.10

15 Б 1

1800

36. 11. A. 38

155 1 BIS

CATHENA, SEV

EXPLICATIO LOCORVM QVI IN PENTATEVCHO SVBOBSCVRIORES OCCVRRVNT,

EX ANTIQVIS GRAECORVM THEOlogis deprompta. Ex quibus quorundam hactenus nihil eſt in lucem æditum:

FRANCISCO ZEPHYRO FLORENtino interprete.

Singulorum nomina vide pagina ab auctoris epiſtola proxima.

ITEM CATHENA EXPLANATIONVM VEterum ſanctorum Patrum in omnia tam veteris, quàm noui Teſtamenti Cantica: ab ANTONIO CARAFA è Græco in Latinum ſermonem conuerſa.

Adiecto Indice copioſiſsimo.

36. A. 38

legato Ill[illegible] Soccini

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Birckmannum.
Anno M. D. LXXII.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſar. Maieſt. ad decennium.

BIBL. SOC. IESV

36.11.A.28

FRANCISCVS ZEPHYRVS CLERICVS FLORENTINENSIS FRANCISCO SODERINO Clerico Apoſtolico, S. D. P.

TANTI ſemper apud me fuit autoritas ſacræ ſcripturę, Soderine Nobiliſ. vt doctiſsimi alioqui viri; qui codices illius non perlegerint, vix adduci poſſum, vt docti ab alijs haberi poſsint, aut ſibi eruditi videantur, adeò illa nobis longè vberius præſtat, quod ab omnibus Scriptoribus aut ſperatur, aut elicitur. Nulla rerum conditio eſt, nulli ſunt homines, qui de ſacrarijs eius magnos ſibi theſauros non eruant, maioreſque prouentus, modò ita legãtur à nobis, vt in verborum ſuorum ſimplicitate latere graues ſententias agnoſcamus. Quæ quidem nobis haud ita facilè occurrunt, qui tantis huiuſce ſeculi tenebris obruimur huic contemplationi penitùs contrarijs. Illi igitur nobis cõſulendi ſunt,

qui nobis in explicandis myſteriorum inuolucris inſudarunt. Quos ego maiori ex parte ſtudioſè aggreſſus, dici non poteſt, quàm longis ambagibus fuerim circumactus prius, quàm voti, quod ex ipſis verbis percudere cupiebam, compos factus ſim. Alij ſiquidem diem in rebus neceſſarijs abſumũt, alij prætexunt omilias, alij allegorias conſectantes ingenuos ſenſus reticent. Cùm itaque in manus meas incidiſſet vetuſtus codex, vbi omnium ferè Græcorum Theologorum ſententiæ in Pentateuchon breuiter collectæ fuerant, delectatus operis varietate, ac vero genere interpretandi, in latinũ tibi ſermonem cõuerti, vt inter iſthęc ſacrę curiæ negotia facilè tibi, atque alijs per te ad ſacrarum literarum ſtudia pateant aditus. Si cui verò ſtudioſo rerũ Græcarum videar in hac mea traductione præterijſſe nonnulla, ſciat, id me conſulto feciſſe, aut quia ſuperuacanea viderentur, aut in alios ſenſus diſtorta. Propoſitum meum fuit, vt quæ in libris quinq; Moſcos viderẽtur obſcuriora,

per

per varias multorum Theologorum ſententias illuſtrarentur, cætera per ſe quiſque vel modicè eruditus intelligere poteſt. Verùm hunc tibi meum laborem, qualis ille cunque ſit, ſi gratum acceptumq́ue cognouero, polliceor in alijs me nihilo minoris momenti contento magis animo elaboraturum. Vale, Florentiæ, Idib. Maij.

M. D. XLVI.

(·.·)

EXPLANATIO LOCORVM, qui in Pentateucho ſubobſcuriores occurrunt, ex antiquis Græcorum Theologis deprompta, Franciſco Zephyro interprete.

NOMINA THEOLOGORVM.

Athanaſius.
Acacius.
Apollinar.
Baſilius.
Clemens.
Cyrillus.
Diodorus.
Didymus.
Euſebius.
Euſtathat.
Epiphan..
Gennadius.
Greg.Nazan.
Greg.Nyſſen.
Hippolytus.
Iſidorus.
Ioan. Chryſoſt.
Ioſephus.
Iuſtinus Martyr.
Origenes.
Philo Epiſcop.
Philo Hebræus.
Proclus.
Seuerianus.
Seuerus.
Theologus.
Theodorus.
Teodoretus.is longè frequentior alijs occurrit: Addita etiam ſunt nonnulla ex Rabi Moyſe.

INDEX

INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR, SVMMA CVM DILIGENTIA, ET accurata induſtria congeſtus.

A

AAron in ſancta ſanctorum qua die ingredi ſolitus. 175
Abel quid ſignificet. 66
Abram quid ſignificet. 74
abraham quid ſignificet. ibidem
abraham, eiuſque poſteros circumcidi Deus cur iuſſerit. ibidem
abrahæ filij qui dicantur. 243
abrahæ ſemen Deus cur elegerit. 135
abraham non circumciſio, ſed fides iuſtum reddidit. 74
abraham, transfretator dictus. 64
abraham, transfretatorem Moſes quando appellauerit. 89
abraham pellicem habuit. 72.73
abraham prophetam eſſe vnde cognoſcamus. 78
abraham fratris ſui filiam in matrimonium recepit.

recepit. 68
abrâham filio ſuo Iſaac quare non eo modo benedixerit, quo Iſaac filio ſuo Iacob. 84
adam Syra lingua quid ſignificet. 66
adam vnde formatus. 41.42
adam culpæ pœnas dare cur oportuerit. 48
adæ ſupplicium quò referendum. ibidem
adam ante vetiti pomi eſum num intellectus expers. 44
adami intellectus quando debilitatus. ibidem
adam quàm multiplici gratia refertus. 42
adulter peccator. 78
aduerſarius quomodo ſuperandus. 82
ægyptiorum impietas. 144.159
ægyptiorum reges quo nomine appellati. 82
ægyptum Dominus fulmine & grãdine quamobrem percuſſerit. 122
aeris natura quæ. 12
afflictio patientiæ parens. 266
agar typus veteris inſtrumenti. 2
agar Angelus cur inuenerit. 73
agnus ſacris non idoneus. 141
per Agrum Scriptura quid intelligat. 84
amalecitarum genus Deus perdere cur voluerit. 218
ammonitarum impietas. 77
amran amitam ſuam Iochebet duxit vxorem. 109.

angeli

angeli quando facti. 4.6.7
angeli æterni. 7
angeli quo munere fungantur. 253
angeli vtrum extiterint ante cœlum, an cum ipſo creati. 3
angeli & archangeli creaturis annumerantur. ibidem
angelorum mentionem primam quis habuerit. 2.
angelorum ſubſtantia circumſcripta. 3
ſinguli Angeli ſingulorum hominum curam habent. ibidem. & 235
angelus magni conſilij quis. 24.74.88.98
angelus, qui Balaã ab itinere deturbârit, quis. 200
animæ ægritudines diſcernere ad quem ſpectet. 171
in Animalibus quæ habeantur impura. 169
animans bifida vngulas ruminansq́ quid ſignificet. ibid.
animus noſter quid. 36
animus vnde, & quando creatus. 91
animus in libertatem ſeſe vindicare qua ratione poſſit. 126
anna filios quot pepererit. 250
anna poſt partum futura prædixit. 248
anna ſolum Deum ſanctum, & ſanctitatis fontem cur dicat. 249

anna ſeptem liberos quomodo peperiſſe dicatur. 250
annus ſeptimus apud Hebræos ſacer eſt. 181
apoſtoli quamobrem appellentur equi. 258
apoſtoli Dei ſunt filij. 247
apoſtoli haſtæ dicuntur. 256
apoſtoli arma Chriſti. ibidem
aqua ſenſus, animæq́; expers. 284
aqua apud ſacras literas quid vocetur. 255
aqua vnà cum terra creata. 8
aquæ quem in locum congregatæ. 18
aquarum diuiſio. 14
aquarum ſeparatio à Deo quamobrem excogitata. 20
arabarchen ſtolam Pontificiam ſignificat. 150
arbor vitæ, Chriſtus. 40
arboribus Deus quare non benedixerit. 20
de arbore vitæ Deus primos noſtros parentes nihil guſtare cur voluerit. 50
arborum quæ prima floreat. 196.
arca, legis conditorium. 153
arrij error. 135
aſtra qua die affulſerint. 7.
aues quibus virtutibus gaudeant. 166

B.

Balaam auguriorum artem num tractârit. 201

balaam

balaam per Angelum ab itinere cur deturbatus. 200
balenæ ventrem, inferni ventrem Ionas cur appellet. 274
baptiſma, aqua viuens cur dicatur. 40
beelphegor quid. 203
benedictio apud Hebræos quid ſignificet. 212
benedictio vnde. 98
benedictionis Iſaac, qua filio ſuo Iacob benedixit, interpretatio. 84
beneuolentia Dei erga Moſen quæ. 119
beneuolentia Dei erga homines quæ. 122.136
beniamin quid ſignificet. 77
benignitas Dei quanta. 112.166
bona vnde exorſa. 286
boni cognitiõe homini Deus nũ interdixerit. 39
boues Deus quos appellet. 259

C.

Cain quid ſignificet. 66
caini facinora quæ. 52
cain naturæ legibus damnatus. 64
cain primũ homicidã ſine venia Deus quãobrem mulctauerit. 48
calamitas audaciam aufert. 281
calceamenta vnde conficiantur. 112
calceamenta, quibus Iſraelitarum pedes munitos eſſe Deus volebat, quid velint. 129

canticum

canticum quid ſignificet. 226
carbunculus vbi naſcatur. 38
carnes exangues Deus cur commendet. 62
de carne comedenda certam legem Deus cur tulerit. 63
cauſa aduentus Chriſti quæ. 256
chaldæorum curioſitas in obſeruatione volatus auium. 72
chaldæos falſæ religionis quis primùm admonuerit. 73
apud Chaldæos verborum circuitio quæ. 57
charrarum incolæ genus vnde ducant. 67
cham in patrem impius, maledictionis quare expers. 64.65
chanáam pater ſeptem nationum. 65
cherubin poteſtates quæ. 5
chriſtus ſecundum carnem vnde oriundus. 93. 120.135.183.207.218.222.
chriſtiani vnde dicti. 54
chriſtus omnium rerum principium. 126.128
chriſtus quo tempore occiſus. 127
chriſtus in omnibus hominibus quomodo inhabitet. ibidem.
circumſectio quid. 74
circumciſio, qua maximè delectatur Deus, quæ. 212
clementia Dei quanta. 214
cœlum quando factum. 4.6

cœli

cœli figura quæ. 14.15.16
cœli an duo. 13.14.15.16.
cœlum Deus per quem firmauerit. 245
cœlum inanimatum. 284
cœli cœlorum numero multitudinis Scriptura cur proferat. 14
cœlum, firmamentum noſtrum num appellemus. ibidem
cœlum, quod Deus ex aquis fecit, quod nã. 16
cœleſtis cibus quando detur. 133
comedere apud Hebræos quid ſignificet. 91
comparatio conuiuij Iſraelitarum cum conuiuijs hominum hac noſtra tempeſtate viuentium. 130
connubium coactum ad diuortium ſpectat. 207
continentia Moſis. 192
corpus cur prius factum, quàm anima. 36.
corporis morbi quid denotent. 171
crabrones allegoricè quid ſignificent. 142. 212
cytharam quis inuenerit. 55

D.

Dei natura æterna. 23
dei nomen, gloriæ nomen eſt. 284
dei memores quando ſimus. 266

dei nomen pluris faciendum, quàm propria ſalus. 281
per Dentes ſcriptura quid intelligat. 105
deum quis tentet. 211
deus incorporeus. 61.240.709
deus quos agnoſcat. 129
deus quos puniat. 130
deus homines quomodo tentet. 220
deus cauſa omnium bonorum. 220
deus ſpeculatorem quando egerit. 194
deus cur dicatur zelotes. 240
deus καρδιογνώστης. 137
deus ſimplex eſt. 27
deus vniuerſorum opifex 1
diabolum homines exercere Deus quare permittat. 121
diabolum Deus gnarus in quam partem prolapſurus, cur creârit. 46
diabolus ſerpens quare appelletur. 46
diabolus principum gentium caput. 246
diei initium Hebræi vnde ſumant. 13
dies prior, quis vocatus. ibidem.
dies vnus quid ſignificet. ibidem
differentia inter imaginem hominis, & Chriſti exemplar, quæ. 29.
diluuium orbem quando inundauerit. 54
dilectio cui dicanda. 211
diuina ſcriptura, quando cum hominibus loquitur,

quitur, ſermones ſuos quomodo conformet. 95
diuiſio eius quod eſt. 6
domo quis non egrediatur. 131
domus in ſcripturis quomodo plerunque vſurpetur. 109

E.

Eccleſiæ miniſtri, Dei filij. 256
ecſtaſis quid ſignificet. 257
edem lutum ſignificat. 37
edem deliciæ interpretantur. ibidem
elementa quando creata. 35
eliézer quid ſignificet. 70
enoch quónam tranſlatus. 53
enoch ex quo progenitus. 54
eſau vnde dictus. 37
eſrom cuius filius. 120
euam & Adam Deus cur finxerit. 42
eunomij error. 135
eunuchi ſignificatio apud Syros quæ. 95
eunuchus Eccleſia Dei quare prohibeatur. 216
euphrates fluuij vnde erumpant. 38
exodon libro ſuo ſecundo Moſes cur inſcripſerit. 108

F.

Ferarum cibus in arca Noë quis fuerit. 60

feras

feras Deus cur fecerit. 21
fides vnde oriatur. 134
fides ſola ad ſalutem an ſufficiat. 157
filij Belial qui. 214
filij Seth qui. 202
ad filium damnandum vtriuſque parentis cō-ſenſus cur requiratur. 216
filios Dei Moſes quos appellet. 54
fimbria quid. 195
firmamentum vnde factum. 19
firmamentum quo die creatum. 2
firmamentum cœli cognomen vnde acceperit. 14
firmamentum, cœlo ſimile fieri Deus cur iuſſerit. 19
fœcundi qui dicti. 168
fœlicitas quanta ſemper eſſe cum Deo. 91
fœmina de viri coſta quare producta. 42
fœminam adulteram detecto capite ante tribunal ſiſtere Deus cur voluerit. 185
fortunæ viciſſitudo. 249
fructus quo die proderint. 18

G.

Garizim quid. 212
gentium principes qui. 246
gentibus ſalutem Deus quomodo dederit. ibid.
gigantes ſcriptura quos vocet. 246

gladius

gladius ſecundum ſpiritum quid. 246
gladius ad hoſtes vlciſcendos accommodatiſſimus. ibidem
græcorum quorundam ſtoliditas. 187
gramina, cur prius creata, quàm ſol. 34
gramina, loca quæ emittant. 233
gratia vitæ cauſa. 264
gratia Dei quanta. 85
gratia vnde. 98

H.

Habitus conuiuarum Iſraelitarum deſcriptio. 129
Hebal quid. 213
hebra apud Syros quid ſignificet. 67
hebraica lingua nomen vnde habeat. ibidem
hebræorum ſentētia de anni principio quæ. 59.
herbas germinare Deus cur iuſſerit. 71
hieroſolymorum montes vbi ſiti. 80
hin quid ſignificet. 158
homicida ſolum commutare cur cogatur. 139
homines quàm ſint proni ad peccandum. 185
hominū alij virtutis, alij vitiorū ſectatores. 46
homo poſtremò cur creatus. 36
homo quo die creatus. 49
homo in paradiſo quando collocatus. ibidem
homo, vnde appelletur Deus. 28
homo miſer atque mortalis, Deo tamen ſimilis cur dicatur. 29

homo creatorem ſuum quomodo imitetur. 28
homo in animam viuentem quomodo factus. 36
homo in om̃nia animalia imperium habens, feras cur extimeſcat. 33
humanæ naturæ ratio quotuplex. 29

I.

Iacob cur Iſrael appellatus. 89
iacob cum Angelo cur colluctatus. ibid.
iacob dormiens quænam viderit. 86
iacob lapidem cur erexerit. ibidem
iacob vxores quot habuerit. 87
iacob benedicendo incrementum tribui Ruben quare prædixerit. 103
iacob in ſepulchro maiorum ſuorum ſepeliri cur voluerit. 98
iacob filios ſuos execratus, quomodo benedixerit. 99
iacob Deum quomodo viderit. 91
idola à ſuis cultoribus quomodo appellẽtur 119
idumæi vnde deſcendant. 231
idumæorum generis auctor quis. 18
idumæorum reges originem vnde ducant. 75
ietro quid deſignet. 134
ignis per figuram acceptus, quid ſignificet. 241
ignis ſimpliciter acceptus quid ſignificet. ibid.
imaginis nomẽ quomodo accipiendũ. 25. 26. 27

ima-

imaginem terrenam quis geſtet. 82
imaginem cœleſtem quis geſtet. ibid.
in Imagine diuina quam ſimilitudinem eſſe oporteat. 26
indiuiduum an vnum. 191
impiorum locus quis. 278
iniurij non puniendi. 192
inſidiatores fugiendi. 85
inuidia amoris Deus quomodo dicatur laborare. 239
iob cognomento patiens, genus vnde ducat. 82
ionas à facie Domini cur fugerit. 273
ionas Chriſti typus. 272
ioſephū fratres quare proſequebantur odio. 83
ioſeph fratribus ſuis ad primum conſpectū cur ſe præbuerit durum. 96
ioſeph non primum, ſed ſecundum ex fratribus cur acceperit obſidem. ibidem
ioſeph ſcyphum ſuum argenteum in ſacco Beniamin occultare cur iuſſerit. ibidem
ioſeph ſeruitutem ſuam patri cur non ſignificauerit. 95
ioſeph Chriſti typus. 218(134.
ioſue quibus armis pugnauerit cōtra Amalec.
iracundia in homine quid. 58
iracundia in Deo quid. ibidem
iſaac in filium deteriorem benedictionem cur deflexerit. 83

iſaac vrgente fame Deus in Ægyptum ſecedere cur non permiſerit. 82
iſmaelitæ à noſtris quomodo appellentur. 73
iſmaelitarum generis auctor quis. 18
iſmaeliticum populum ad fugam præcinctum Paſcha celebrare Deus cur iuſſerit. 124
iſraelitas poſtes & limina à iugulatione ſanguine perungi Deus cur iuſſerit. 127
itineris munimenta, quibus Deus Iſraeliticum populum munitum eſſe volebat, quibúsnam neceſſaria. 130
iudæi, de Ægyptiorum ſeruitute liberati, contra Deum quoties tumultuati. 189
iudæorum typum qui geſſerint. 194
iuſtitia propter ſe amanda. 215
iuſtitia ſtudio & labore acquirenda. 250
iuſtitia vnius viri apud Deum quantum valeat. 203
iuuentuti Deus veniam cur det. 6
iuuentus in voluptates maximè procliuis. ibidem.

L.

Lamech an duos occiderit viros. 52
Lamech homicidium quare commiſerit. 53
Lamech homicidij commiſſi pœnas cur non dederit. ibidem
legis ſcopus quis. 60

lepra

lepra ex etymo ſuo quid ſignificet. 171
leproſus quare habeatur immundus. ibidem
leproſus quis. 185
lex totum leproſum pro mundo cur accipiat. 173.
libertatis encomium. 139
lignum crucis, ſalutis lignum cur appelletur. 39.
literas quis primùm didicerit. 53
lot inceſtus cur non accuſata. 77
lot in ſalis ſtatuam quomodo verſa. ibidem
lucis neceſſitas. 11
luſus quale genus, quod Iſmael cum Iſaaco exercebat. 79
lumborum præcinctus quid denotet. 129
luna primo die cur non creata. 18
lunæ finis quis. 19
lux quid. 11
lux quo die creata. 2

M.

Manna quid. 135
manſiones filiorum Iſrael quot. 206
per Manum leproſam Deus Hebræis quid ſignificauerit. 113
maria Deus aquarum congregationes quamobrem vocauerit. 71
maſculorum præſtantia. 125
maſculum & fœmineum corpus Deus ſimul

cur conglutinauerit. 48
medici ſpirituales qui dicantur. 2.64
melchiſedech rex & ſacerdos. 69
mens rationem gignit. 28
menſium conuerſiones quis primùm obſeruauerit. 53
miſericordiam qui conſequantur. 286
moabitæ vnde deſcendànt. 231
moabitarum impietas. 77
mons quiſnam, vbi Chriſtus cruci affixus eſt. 80
mons vbi Abraham filium ſuum immolauerit, quis. ibidem
mons, vbi Cain & Abel ſacrificia obtulerunt, quis. ibidem
mors, leo nuncupatur. 277
mors medicina, non ſupplicium. 50
mortis officium quod. 206
mortui cuius nã virtute in vitã redeant. 2.64
mortui Domino qui ſint. 270
moſen Deus cur voluerit occidere. 116.117
moſen impeditioris linguæ eſſe Deus cur voluerit. 113
moſes calceamenta deponere cur iubeatur. 112
moſes quamdiu vixerit. 55
moyſes ab vxoris concubitu quando abſtinuerit. 134
moyſes quàm fuerit liberali ingenio. 190
moyſis vxor quæ. 192

mulieris

mulieris fraus ſerpenti accommodatur. 106
mulieres imbelles. 295
mulieres in excogitandis remedijs viris expeditiores. 117
mulierum quæ prima. cui Deus benedixerit. 75
mundus, mare cur appelletur. 257

N.

Nachor fratris ſui filiā in vxorem accepit. 68
nationibus ſingulis præeſt Angelus. 3
naturæ humanæ infirmitas. 217
natura ſimplici Deus delectatur. 82
nazaræorum abſtinentia. 186
nobis quibus cum luctandum. 30
noe ebrius, ebrietatis culpa cur vacat. 63
noe apud Syros quid ſignificet. 67
Noe quingentos annos natus tres liberos procreauit. 68
noe quo modo benedictus. 61
noe ſeminarium humani generis. ibidem
numerus ſeptenarius quid ſignificet. 248. 250

O.

Obedientia alia laudata, alia illaudata. 168
obedientibus vitæ diuturnitas pollicetur. 141
oculi aperti apud ſcripturam quid ſignificent. 44.
oculorum præſtantia. 222
oculorum cæcitas quid ſignificet. 179

per Oculos apertos Diabolus quid inſinuare conatus. 45
opera mortis quæ. 197
opiſthotomus quid. 242
ordo lunæ quis. 252
ordo rerum creandarum quis. 34.35
ab Oſtio ſuæ domus diſcedere quid ſignificet. 131
ab oſtio ſuæ domus quibus non diſcedendum. ibidem
oſtium domus, Chriſtus. ibidem

P.

Pace à Deo nullum nobis maius donum datum. 2.63
paradiſus re ipſa an exiſtat. 41
paradiſum Deus cur formauerit. 37
paradiſum Deus ad orientem potius, quàm ad aliam cœli partem cur produxerit. 38
parentes quis primùm defleuerit. 66
parentes venerari quis doceat. 64
paſchæ interpretatio. 124
patriarchæ Chriſti dicti. 99
patriarcharum vxores omnes ferè cur ſteriles. 81
D. Paulus originem vnde duxerit. 97
peccata, quæ commiſerit Cain, quæ. 50
peccatorum veniam quinam mereantur. 55
peccatum per quem irrepſerit. 199
pecca-

peccatum quotuplex. 171
perſis trãſlatitium fuit rem cum matre habere. 179
pharan quid ſignificet. 252
pharaonem multiplici pœna Deus cur affecerit. 115
pharaonem ceruicoſum Deus prouidens, ſtatim à principio de illo pœnas cur non ſumpſerit. 112
pharaonis pertinacia. 113. 114
philiſtinorum reges quo nomine appellati. 82
phiſon quid. 38
pili pro mortuis cenſentur. 187
plagas primùm ab aquis Deus, Pharaonem vindicans, cur auſpicetur. 121
plantæ ante luminaria cur creatæ, animantes verò poſt luminaria. 20
plantæ ſenſu expertes. ibidem
plantis Deus quamobrem non benedixerit. ibi.
pœnitentia quid. 245
pœnitentia in Deo quid. 58
pœnitentia in homine quid. ibidem
pœnitentia quorum propria. 57
praſinus lapis vbi naſcatur. 38
prædicatores, e qui ſancti appellantur. 257
primi noſtri parentes ſtatim poſt lapſum cur non perierint. 49
primogenitus quis dicatur. 124

principum gentium caput quod. 246
probationem patientia parit. 266
properatio in comedendo agno Paſchali quid admoneat. 129
pſeudopropheta miracula quo numine monſtret. 214
pudicitia, virtus Deo gratiſſima. 166
pudor cur circa genitalia. 45
pudorem primis noſtris parẽtibus Deus quando & quare iniecerit. ibid.
puerorum preces non contemnendæ. 79
puerperij argumentum certiſſimum quod. 78

Q.

Quamobrem Deus hominem in die ſabbathi ligna colligentẽ lapidib. obrui, cur iuſſerit. 194
quamobrem qui imprudenter homicidium cõmiſerunt, mortuo Pontifice detur reditus in patriam. 207
quando Chriſtus in templum introductus. 292
quare qui totus leproſus eſt, non habeatur immundus. 172
quare is cui ſemen dormienti aut vigilãti profluit, habeatur immundus. 171
quare qui cadauer attigerit, habeatur immundus. ibidem
quare Deus Leuitas, cùm ſanctificare vellet totum

tum corpus radere iuſſerit. 187
quidnam capiet, qui leproſam domum expiabit. 174
qui ob impietatem moriuntur, quomodo viuificentur. 244
quis hominum primus Deo placuerit. 53
quomodo homo ſacer ſe Deo offerre debeat. 167
quomodo anima magnificet dominum. 286

R.

Rachel Eccleſiæ typum geſſit. 92
rachel patris ſui idola furto quare abſtulerit. 88.89.
reprehenſio eorum, qui animum noſtrum imaginem Dei appellant. 26
reprehenſio Græcorum, qui rem à miraculo ad cauſas transferunt. 131
requiei opportunitas. 6
romanorum pater & auctor quis. 97
ros in terram quare delabatur. 270
ros, Dei verbum. ibidem
res Dei medicina eſt. ibidem
ros vitalis quis. ibidem
rubrum mare in quot partes diuiſum. 131
ruminare quis dicatur. 169

S.

Sabbathum quiete Deus cur nobilitauerit. 138
Sabec quid ſignificet. 8
ſacerdotib. certæ nuptiæ cur præſcribantur. 179

ſacerdotibus ſuis Deus cur præceperit, vt in peragendis ſacris vterentur fœmoralib. 139
ſacerdotis officium quod. 183
ſacerdotium Deus quanti faciat. 166
ſacrificiorum genera quot. 167
ſanctorum mors ſomnus appellatur. 270
ſanguine veſci cur prohibeātur filij Iſrael. 177
ſara quomodo reſciuerit filium ſuum Eſau in corde ſuo cogitare cædem. 85.86.
ſarah prima ex mulieribus benedicta. 75
ſathan, ſerpens vnde appelletur. 43
ſcipio ille, quem Iſraelitæ in manibus geſtabāt, quid denotet. 129
ſeculum quid ſignificet. 55.139
ſem pater filiorum Heber. 66
ſem ſolus cur benedictus. 64
ſeminibus Deus quare non benedixerit. 20
ſenſuum quis præſtantiſſimus. 138
ſenſuum neceſſitas. 22
ſeptimo diei ſolùm Deus cur benedixerit. 34
ſerpens, omnium malorum princeps. 170
ſerpens cum Eua quomodo collocutus. 42
ſerpēs humi cur ſerpat, terramq; comedat. 46
ſerpentes Deus cur fecerit. 21
ſerpentes in luſtris terræ latere Deus quamobrem voluerit. ibidem
à ſerpentibus hoīes morderi plerunque Deus quare permittat. ibidem

ſeth

ſeth ex quo progenitus. 34
ſidonis pater quis. 65
ſigna ſcriptura quæ vocat. 18
ſigna quæ dicenda. 19
ſignum, quod Deus in Cain poſuit, quodnam. 52
ſimilitudo qua in re verſetur. 24
ſimilitudinem Dei quando adipiſcamur. 25
ſimplicitas, virtus Deo gratiſſima. 166
ſodomitæ quinam appellentur. 243
ſol apud ſacras literas quis appelletur. 256
ſol primo die cur non creatus. 19
ſol in quem finem creatus. 19
ſolis occaſus quid portendat. 72.
ſpem probatio parit. 266
ſpiritus quid. 12
ſpiritus quandoque energia appellatur. ibid.
ſpiritus, qui ſuper aquas ferebatur, quis. 11.12
ſyderum finis quis. 19

T.

Tabernaculi, quod Deus ſibi faciundum curauerat, deſcriptio. 144.145.146.149
tabernaculi eiuſdem interpretatio. 146.147.148.150.151.154
tabernaculum Deus ſibi faciundum cur curauerit. 144
tabulæ digito Dei ſcriptæ, quomodo fractæ. 158

tabu-

tabulas Moſes cur fregerit. 160
templi myſtica interpretatio. 284
tenebræ ante lucem num fuerint. 9
tenebræ bonæ. ibidem
tenebræ accidunt. ibidem
tenebrarum neceſſitas. 11
terra animam cur proferat. 22
terra medium totius mundi. 31
terram Deus per quem fundauerit. 246
terra, cùm communiter eam accipimus, quid ſignificet. 5
terram Deus à principio abſolutam & exornatam quare non fecerit. 8
terram Deus quamobrem priùs exornauerit, quàm cœlum. 18
terreni fructus in nobis qui. 241
terreſtria quo die creata. 22
terreſtris cibus quando detur. 133
terreſtrium quorundam neceſſitas. 22
thæman auſtrum ſignificat. 252
tigris fluuius vnde erumpat. 38
timoris Dei vtilitas. 268
tunicæ pelliceæ quibus Adam indutus fuit, quid ſint. 50
tunicæ pelliceæ allegoricè quid ſignificent. ibidem.

V.

Venia cuius morte data. 207
verbum

verbum Dei omni gladio acutius. 247
victimam ſine macula offerre Deus filios Iſrael cur præceperit. 196
victum homines ante diluuium vnde ſibi comparauerint. 60
vinea Domini, domus Iſrael eſt. 259.100
vini natura ad quid idonea. 116
vir imago Dei. 30.33
vir caput obtegere quare non debeat. 32
viri decus mulier. 30.33
per Virgam Moſes quare non omnia miracula oſtenderit. 123
virtutum dux quæ. 214
virtutum matres quæ. 249
viſio Iacobi patriarchæ quidnam admoneat. 86.
vita humana ancillæ telæ ſimilis. 277
vitæ ratio quotuplex. 41
vita hæc noſtra peregrinatio eſt. 97
vitæ ſpiritum in hominem Deus quamobrem inſpirauerit. 36
vitam Deus hominibus quaſi ſtadium propoſuit. 115
in vmbra quot concurrant. 10
vnum & idem an ſit principium. 4
vtilitas quæ ex Dei minis percipitur, quæ. 268
vtriuſque legis autor quis. 47

vuas quis mortalium primus expreſſerit. 63

Z.

Zabios falſæ religionis quis primùm admonuerit. 73

ad Zaræ digitum obſtetrix coccinum cur alligauerit. 94

Finis Indicis.

EXPLANATIO LOCORVM QVI IN PENTATEVCHO SVBOBSCVRIORES OCCVRRVNT EX ANTIQVIS GRAECOrum Theologis deprompta Franc. Zephyro interprete.

OMNIS ſacra Chriſtianorum ſcriptura à Deo inſpirata eſt, ac ſuis quibuſdã terminis circũſcripta: neque enim tenditur in infinitum, neq; temerè componitur in ordinem. Nam vetus inſtrumentum apud Hebræos duos & viginti libros cõtinet ad numerum ſuarũ literarum. Quatuor ſiquidem libros Regũ cenſent pro duobus: Et Paralipomenõ duos prætereunt: Itemq; totum Eſdram in codicem vnum conferunt: Duodecimque poſtremos Prophetas vno ſimiliter volumine complectuntur. Eſter vero Iudith & Thobias necnõ & Sapiẽtia Solomonis & Sapientia Ieſu Sirach in hunc cenſum nõ referuntur. Sunt etiam ex antiquis Hebręis, qui Eſther admittant, atq;, vt numerus idem ſeruetur, cũ Iudicibus copularunt. ATHANASIVS.

Qui verò libri quotq́ue in nouo continentur inſtrumento hac regula canoneq́; digerũtur. Prima occurrunt quatuor Euãgelia. Acta deinde Apoſtolorum: Sequuntur ſeptem Epiſtolæ Catholicę, vna eſt Iacobi, duę Petri, Ioannis tres, Iudæ itidẽ vna. Pauli verò quatuordecim. Poſtrema eſt apocalypſis Ioannis.

Ge.cap. 1. *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Quamobrem ante rerum opificium ſcriptor de DEO nihil meminit?

THEODORET. ijs, quos inſtituunt diuina ſcripta modum eruditionis metiri ſolent, perfectis perfecta proponunt, tyronibus verò quædam elementa, quæq́ue illorum viribus conuenire videntur.

Cùm igitur Aegyptij naturam hanc ſenſibus manifeſtam tanquam Deum colerent, quos inter Iſraël perdiu verſatus hac impietatis labe pollutus erat, neceſſe habuit ijs conditorum rationem proponere, quæ Deum creatorem agnoſceret. Quanquam vbi principium ponitur creationis, nequaquã ratio Theologiæ prætermittitur: dum narratur cœlum, terram, aliasq́ue naturæ partes eſſe factas apertè demonſtrat Deum opificem vniuerſorum. Vnde, quæ ſatis tunc temporis erat, Theologiam protulit hominibus:

minibus: nã cùm in cæteris omnibus exordium comperiſſet, eius principium inueſtigare non potuit. Delegatus enim diuus Moſes à Deo in Aegyptum, iuſſus eſt ſuis ciuib. referre. Qui eſt, is me miſit ad vos. Idipſum, Qui eſt, præ ſe fert æternitatem, & pro comperto habetur apud ſtudioſos, illa priùs dixiſſe quã hæc literis mãdaret. Eius quippe cognitionis admonuit illos, cùm adhuc Aegyptũ colerent, hęc autem cõmentaria ſcripſit in eremo. Primus igitur liber, quem Moſes iuſſu Domini conſcripſit Geneſis inſcribitur: in eo ſiquidem continẽtur omniũ rerum quæ ſenſibus manifeſtæ ſunt generatio, ſiue creatio ꝑ ſuos dies. Primo enim creatur lux, ſecũdo firmamẽtum, tertio, &c.

Duo ſibi præcipua Moſes ꝓpoſuit, & fabricam mundi exponere, & legẽ promulgare, ac primum quidem Deum voluit oſtẽdere totius naturæ conditorem & Dominum, vt ſuis legem ferre, nõ alienis iure videretur. Si enim priùs illis de artifice mundi non cõſtitiſſet, fide minus dignum legislatorem renunciaſſet. SEVERIANVS.

Cũ barbari homines tẽpeſtate Moſeos quàm maximè philoſophiæ incũberent, hęc affirmabãt eſſe creata, ſed creatorem ignorabãt, ſtatim igit̃ Moſes exorſus eſt. DIODORVS.

Principiò fecit Deus cœlum & terram liquido demonſtrãs cętera omnia poſtmodum facta fuiſſe.

GENNADIVS. Sunt nonnulli, qui dictitent Deum vniuerſa creare volẽtem haud ita ſerò debuiſſe tantum opus, ſed multis antè ſeculis condere, in qua re non modo temerarij ſed ſtolidi etiam arguuntur. Nã cum Deus æternus ſit & eſſe credatur, ſemper idem libeat obmurmurare, etiam ſi longo prius æuo perfeciſſet quęcunque condita ſunt.

Cur de Angelorum opificio verbum nullum?

THEODORETVS. Nihil ſolidi inerat, nullaque conſtantia in ijs, ad quos lex ferebatur: momento temporis, multis poſt tantiſque miraculis vituli ſtatuam renũciauerunt Deum. Qui igitur ad brutorum imagines adeo procliuè maieſtatem Dei tranſtulerunt, quid? ſi naturæ illius in corpore, cognitionem habuiſſent? Quocirca ad Abraham vſque virum conſummatum cum nullo ex priſcis hominibus totius naturæ Deus colloqui per Angelum voluit. Primamque Angeli mentionem habuit diuinus Moſes tempore Agar ancillæ, neque immerito. Agar ſiquidem typus eſt veteris teſtamenti, autore Apoſtolo. Agar, inquit, mons eſt in Arabia, coniungi-

19

iungitur autem ei, quæ nunc eſt Hieroſolyma. Cùm itaque lex per Angelos introducta fuerit, præſcripta inquit, per Angelos in manu conciliatoris: item alio loco. Nam ſi qui per Angelos ſermo enunciatus eſt, ratus fuit &c.

Congruum etiam videtur Deum ſeruitutis mentionem per Angelum feciſſe, & quæcunque ad naſciturum filium pertingebant, prædixiſſe. Quod autem in cenſum creaturę Angeli referũtur, & Archangeli, aut ſi quid aliud eſt incorporeum præter ſanctam Trinitatẽ, apertè nobis diuina ſcriptura demõſtrat. Laudate, inquit, illum omnes Angeli eius, Laudate eum omnes poteſtates eius. Quoniam ipſe dixit &c.

Cœli quidem Moſes terræque meminit & ornatus eorum, Angelorum verò nequaquam ad cõditionem temporis reſpiciens. Iudęos enim docebat, qui paulo ante ex AEgypto transfugerant, qui ritus eius gentis didicerant, quæ cœleſtia ſimul & terreſtria corpora colerent, Solem, Lunamque & Aſtra. Omiſit ergò incorporei generis opificium, ad ea quæ viſui patent narrationem intendens, vt quiſquis hæc veneraretur, non inter Deos illa, ſed inter SEVERIANVS.

opera Dei referret.

THEO-DORET. *Vtrum Angeli extiterint ante cælum, an ſimul cum ipſis creati?* Ego quidem ſuperuacaneas eiuſmodi quæſtiones exiſtimo: & quod ſit operæ precium didiciſſe tempus, quo creati ſunt Angeli: cùm me præſertim non lateat diuinum Apoſtolum obteſtari ſuum Timotheum, vt denunciaret quibuſdam, ne aliena introducere velint, et ne fabellis incumbant, neque eas origines conſectentur, quæ nullo fine præſcribuntur. Quòd autem Angeli ſubſtantiæ ſint circunſcriptæ, nullus, putò, repugnat. Singulorum hominum ſingulos Angelos curam habere, autor eſt ipſe Deus. Videte, inquit, ne contemnatis minimum etiam ex his, qui in me credunt, quoniam Angeli eorũ faciem ſemper intuentur patris mei, qui eſt in cælis. Singulis quoque nationibus Angelum præeſſe ſcripta ſacra teſtantur. Conſtituit, inquit, confinia gentium præ numero Angelorum Dei. Si alius itaque iubetur alijs imperare, ſingulíque mortalium ſub tutela ſingulorum degunt, nemini dubium eſt, quin circunſcripta ſit eorum natura, quod ſi verum

verum eſt, ſicuti eſt, loco vtique indigent, vnum ſiquidem numen Dei, tanquam non circumſcriptum, in loco eſſe non dicitur. Si verò quod terminatur, eſt in loco, quî fit vt Angeli ante conditum cœlum extiterint? Nam ſi ferens eſt nullum, quî poterit illud eſſe, quod feratur?

Ante cœlum facti ſunt Angeli, poſt Angelos, cœlum, & quæcunque cœlo complectuntur. Adfuerunt itaque Angeli, quando cætera crearentur, condebatur cœlum, laudabant Angeli: cùm enim ipſi ſe, dum fierent, non agnouiſſent, cœli mox fabricam admirati ſunt. Vidẽtes enim micare Solem, Lunam lucere ſimul & ſtellas, obſtupebant, quemadmodum Iobo refert ipſe Deus. Aſtra, inquit, dum conderem omnes me laudâre Angeli mei. SEVERIANVS.

Fuit ante conditum orbem ſtatus quidam ſuperiorũ poteſtatibus conueniẽs, qui tẽpus omne anteuertit, ſempiternus & immortalis, in quo multa conſummauit vniuerſorum creator & opifex, luce ſcilicet intellectus, quæ beatitudinem deceret diligentium Dominũ: Rationis participes quæq; viſui non patẽt, naturas atque omnem intelligentiarum appara- BASIL.

tum,quæ captum humanum ſuperant.
Ge. Cap.1. *In principio creauit Deus cœlum, & terram.* Perinde accipiendum eſt, ac ſi dixiſſet,in primis fecit Deus cœlum & terram,vel principium fecit cœlum eorum ſcilicet, quæ deinceps creata fuerunt. Quod aũt non aliud ſit,ſed penitꝰ idem, in principio fecit,& principium,maximè patet ex his,quæ Sapientia refert. Cum enim in Prouerbijs dixiſſet, Dominus creauit me principium viarum ſuarum, paulo poſt in principio,inquit, antequã terra fieret.Quomodo igitur Chriſtus & principium omniũ & in prĩcipio eſſe dicitur,ita cœlum terramque principio dicas eſſe creata, vtpote quæ principiũ fuerint eorum, quæ poſtea creauit Deus. De quibus etiam agere propoſuit Legislator. At non Origenes,in principio interpretatur,in ſapientia.i.in filio. Sed ſi principiũ penſitabimus quomodo vſurpetur,nullo modo quadrare Chriſto tale principium intelligemus. Dicitur enim alicuius loci principium, ipſe terminus:ſuperficiei vero linea,lineæ punctus, tẽporis primum intercapedinis momentum: orationis prooemium, numeri vnitas:dignitatis geſtum quid à principe. Verùm hæc illi excogitant, qui volunt Deum

THEODORET.

Deum ſemper aliquid agere, refellũtur autem ꝙ incœpiſſe dicitur & quieuiſſe. Nõ enim ſemper ex quo cœlũ fabricare cœpit, in ei⁹ opificio occupatur. Cæterũ libenter percunctcr, qui Deum ſemper negocioſum volunt, veriti alioqui illum ignauiæ inſimulare, vtrum innumerabilia ſint quæcunque creauit, an potius finita. Si enim dixerint infinita, longe à philoſophiæ ſtudio videbũtur. Quod ſi certo numero præfinita reſpõdeant, rurſus interrogauerim, num omnia ſimul facta ſint, an deinceps & conſequenter, ſi in primam ſententiam iuerint, nemini dubium, quin Deus omnib. cõſummatis iam pridem quieuerit, vitam nunc, quantum ad eos, ocioſam degẽs. Sin ordinem potius & progreſſum quendam in creatione rerum agnoſcant, iam meminiſſe debent, quod initio pro comperto dedere creata non eſſe infinita. Si igitur præſcripta ſunt & ſerie quadam rationeque introducta, certo etiã numero cõtinentur quę ſummus ille opifex optime nouit. Quaꝑpter ſicuti q̃ ſexto die diſcluſa fuerũt, quinto non extabant, nec habuit quart⁹, quę quinto apparuêre, aliaq; primus attulit dies q̃ fuerãt antę initiũ creationis, ita de omnib. creatis in vniuerſum

dicendum eſt, priuſquàm facta ſint, nó fuiſſe: niſi ſi quis hæc omnia in facultate priùs Dei latuiſſe decernat. Illud etiam adſtruere poſſumus, numen ipſum, tum quod liberũ eſt, nec ſub aliqua neceſsitate redactũ, tum quod ita ſemper manebit, vnum ipſum opificem neceſſario ingenitum eſſe.

RAB. MOS. *In principio creauit Deus cœlum & terram*. Id eſt, principium creationis fuit cœlum & terra: ſuperiora ſcilicet & inferiora omnia. Nam terra cõmuniter accipiendo, ſignificat quæcunque infra lunam cenſentur: propriè verò terram intelligimus, cùm dixit, & vocauit Deus aridã terram. Vbicũque enim inueneris vocauit hoc vel illud Deus, diſtinctionẽ denotat à cęteris eiúſdem nominis. Verũ per ſpiritũ, aquas, terram & tenebras, quatuor enumerat elementa. Cũ enim ignis peruius ſit viſui, neque naturaliter ſplẽdeat, alioqui aer noctu pateret oculis, per tenebras ignem nominauit: ſicut etiam Scriptura alio loco teſtatur, Verba, inquit, eius audiſtis de igne. Pauloq́; pòſt, Audiſtis vocem eius de obſcuritate. Et in Iob, Omnis obſcuritas &c.

BASILIVS: *In principio fecit Deus &c*. Id eſt primo huius tẽporis initio: nõ enim cœlũ ſua antiquitate

tiquitate cęteris pręſtare creatis demõſtrat, cũ principio factũ eſſe teſtetur. Sed ab ijs, quę nõ cernũtur intelligentijs, exordiũ hypoſtaſeos enarrat eorũ quę ſenſu percipiuntur.

GENNADIVS.

Sunt nonnulli, qui Angelos dicãt cœlum terrãq; in creatione pręcedere, fabulas puto Platonis viri apud Grecos ſapientiſs. conſectantes, qui mentes rationeſq; ponit corporib. antiquiores, quãto ſunt his, opinor, illæ præſtantiores. Nos verò & animũ hominis & ratiõis participẽ eſſe dicimus & intelligẽtię. Secundũ tm̃ à corpore locũ obtinuit in generatiõe: finxit .n. prius hominẽ Deus ex humo, deinde in faciẽ eius vitã inſpirauit, id quod etiã Zacharias demõſtrat, Formãs, inquit, ſpiritum hominis in eo. Quocirca valeat placitum Platonis, Moſem vera ſcripſiſſe credamꝰ. Principio creauit Deus cœlũ & terrã, ꝑut enim homini ratiocinari licet, magis id cõſentaneũ eſt, nam quod maius eſt, vt minore poſterius, & melius deteriore ſit, ordinis ratio videtur exigere: ita enim ab infecta re proceditur ad perfectionem naturam. Quamobrem non ſpiritus, inquit, prior, ſed animal fuit. Quod autem illi decernunt res deteriores potiora ſequũntur, contrario

trario modo ſe habet. Nam quod peius eſt, ſuboleſcat, quod verò melius, imminuatur, in ſapientiſsimo vniuerſorum artificio nullus audeat excogitare.

IDEM. paulo poſt

Plura ſibi quidam rerum principia, ꝓponentes, quod verò vnũ & ſolum principium eſt re vera cõtemnentes, gradus quoſdam ſerieſque Deorum excogitarunt, Maiorum ſcilicet & Minorũ. Qui ſi mordicus illud tenerent, Deũ nihil vnq̃ præterquam quod nobis tradidit Moſes perfeciſſe, à recta de Trinitate ſentẽtia nunquam exorbitaſſent. Cùm enim certo ſciant omne quod eſt, bifariam ſecari, in opificẽ ſcilicet & in opera, illum ingenitum eſſe & increatum, hæc verò genita atque creata, alterum è duobus de neceſsitate conſtituunt, aut enim filiũ & ſpiritum ſanctum aſſerunt fuiſſe creatos ex non exiſtentibus ſimul cum cæteris, quæ ſex diebus abſoluta fuerunt, neque cum Deo adnumerant nihil cæteris rebus præferentes: aut impietatem tam perſpicuam declinantes, neutrum verum Deum confitentur: vnde rurſus illos in cẽſum referunt creatorum, hoc illis maximum veluti priuilegium gratificati, quod ante omnia creatos eſſe cõcedant.

Cnm

Cum, quæ non videntur ſubſtantię, & intelligentię códitæ fuiſſent à Deo, ſtatim cœlum terrâque aggreditur haud hoc inquam quod oculis patet, id enim ſecundo die conficitur, ſed ſuperius illud, quod cœlum cœli à Dauid appellatur. DIODORVS.

Angelos ante cœlum extitiſſe neceſſario ſibi perſuadent. Si enim, inquiunt, Angeli non erant quomodo Deus vniuerſorum laudabatur? Attamẽ qui talia opinãtur, parum vidẽtur animaduertere ex ea ſentẽtia colligi ſine principio Angelos eſſe & æternos: nam ſi laudatoribus Deus indigebat, ſemper eos habuiſſe neceſſe eſt, coeterni igitur Angeli cum Deo vniuerſitatis. Quod ſi non ſemper, ſed quando voluerit ipſe, fuerũt: iam æuum aliquod erat, quo Deus laude caruit, nihil igitur opus eſt laudatore: quãdo natura pręditus ſit nullius indiga rei, quæ de ſua ipſius benignitate Angelos eſſe & Archangelos, cunctâque creata voluerit. Porro quomodo miniſterio ante conditum orbem fungebantur? cum nihil adhuc eorum opem deſideraret? nam quod illi in mortalium vſum Deo miniſtrent, teſtatur Apoſtolus exclamãs, nónne ſunt omnes Spiritus obſequẽtes delegati in miniſterium propter eos qui THEODORET.

ſalutis

ſalutis hęredes futuri ſunt? Nemini ergò dubiũ, quin nos eorũ opera indigeam⁹: Deus verò nullius rei indigus, cũ ſit benignitatis abyſſus, voluit ijs, quæ nihil erãt, inpertire vitam. Cæterum qui Angelos ante cœlũ creatos aſſeuerant, validiſsimũ illud, tantumq; non expugnabile nobis obijciunt, quod ad Iob retulit Deus, quãdo ſydera faciebã laudarũt me Angeli mei, non animaduertentes, aſtra quarto die ſimul cũ ſole & luna affulxiſſe. Illud ſanè ſcire oportet, quicquid eſt excepta ſanctiſs. Trinitate, naturã habere creatam. Quo dato nihil religio obſtat, quin Angelorũ nationes dicas cœlo terraq; antiquiores. Sed ab ijs infructuoſis cõtentionibus ad auditores ſubuertendos, nos Apoſtol⁹ apertè deterret.

Ge. Ca. 1. *Terra autem erat viſu non manifeſta & incompta.* Eſt ſanè in procliui, quam ob rem terra non videretur, cum nobis a-

ACACIVS. pertè Scriptura dicat, ſecedat aqua in locũ vnum & appareat arida. Afferat etiã aliquis aliam cauſam, quia ſcilicet nondum hæc lux reuidebat. Sed cuinam vel quibus non apparebat? nam terram non perſpicuam fuiſſe Deo, licet ijs ſenſorijs non vtatur, impium ſit. Reſtat igitur vt hominibus nulla appareret aquis adoperta.

operta. Quod ita eſt intelligendum, etiã ſi fuiſſent tunc temporis homines, eã videre nequiſsẽt, quomodo etiã dicimus adytum aliquod videri poſſe, etiam ſi oculis non pateat. Quantum verò quod nuda eſſet & incompta addubitare quis poſſet, cur à principio Deus abſolutam exornatãq; nõ fecerit, vtpote qui perficiat momento quæcũq; velit, ita occurrẽdum. Cùm ſuorum operum admiratione Deus efficere vellet quęcunque ratione prædita ſunt, decreuit, illam nõ ſtatim à principio perficere, ſed mancã ſine ornatu, vt ex comparatione imperfecti cum abſoluto, mentes opificẽ admirarentur, id quod in omnibus videre eſt. Cõtraria ſiquidem in comparatione maiorem nobis concitant admirationẽ, ſicut habitabiles oræ cum deſertis cõparatæ, & infructuoſæ cum frugiferis

Duobus extremis totam hanc molem coacervauit: cœlo quidem primas tribuens in generatione, terræ ſecundas: quicquid eſt medium vna prorſus cum extremis prodijt in naturam. Quapropter ſi nullam de elementis mentionem fecit, igne, aqua & aere, tu, quæ

BASILIVS.

quæ illius prudentia eſt,in primis aduerte, omnia omnibus eſſe permixta, cùm terra ſiquidẽ ignis eſt, aër & aqua: nam de ſcilice,de ferro,cuius origo terreſtris emicat ignis,aquã latere ſub terris putei demonſtrant, aëris naturam exhalationes arguunt,quę ex eius humiditate calfacta ſole euaporant.Deinde ſi naturaliter cœlum occupat ſupremam ſedem, terra rurſus omniũ eſt infima, is qui de maxime diſtantibus meminit, ea ſimul quæ complent interſtitium,ex ipſa comprehenſione ſignauit.

Cæterùm ſubſtantiam ipſius cæli ſatis nobis explicant ea,quæ dicuntur ab Eſaia.Qui cęlum ſtabiliuit veluti fumum, tenuem quandam naturam,non denſam craſsámue ad conſtitutionem cœli coaptãs.Quin & de eius forma affatim ab eo monemur, qui cælum, inquit,ſtatuit ſicuti fornicem.

Quòd Deus aquas crearit, Moſes nequaquam nos docet.Atqui terra,inquit, nec videbatur,nec compta erat,& tenebræ ſupe'r abyſſum :quibus verbis planè nos admonet vnà cum terra naturam aquæ creatam.Sed & Deus cum de ſabbato legem promulgaret ait, ſex dies operaberis,ſeptima verò die requies Domini

mini Dei eſt, qui cœlum fecit & terram mareque & quęcunque continentur in eis: vt pro comperto habeatur, quicquid eſt in ipſis, ſiue id conſpiciatur ſentiaturque, ſiue mente concipiatur (excipio ſemper numen illud diuinum) eſſe creatum. Præterea diuinus ille Dauid cum dixiſſet, Beatus cui Deus Iacob auxiliatur, & ſpes eſt in Domino Deo ſuo qui fecit cœlum & terram, adiecit, Mare & omnia quę continentur in eo.

Cœlum & terram &c. Duo hæc extrema continent cætera omnia: habentque ordinem Maris ad fœminam: cœlũ nãq; dat omnibus ſuo motu vires atque potentias, terra ſua ſtabilitate fluxus illinc excipiens gignit, fouetque cuncta. Ge. Cap. I. PROC. IN TIM.

Et tenebræ erant ſuper abyſſum. Tenebras ante lucem fuiſſe demonſtrat, quã ob cauſam paulo poſt dicetur, vbi ſimul cognoſcetur, cur hominẽ præceſſerint in creatione ea, quæ ſunt expertia rationis: ſed neque lucis comparatio facit, vt tenebræ malũ ſint, cũ & ipſæ à ſcriptura in cenſu bonorum referantur. Vidit enim Deus quæcunque fecit, & ecce valde bona. Eum verò qui dubitet adhuc, quod hoc in loco nulla mentio habeatur de tenebrarum creatione ad E- ACACIVS.

ſaiam relegamus: quanquàm à communibus probari notionibus poteſt, tenebras noctemque eſſe bonam. Requies illa quidem eſt non modo hominibus, ſed iumentis etiam noſtris, maximeque opportuna tum feris animantibus (in ipſa enim, prout pſalmographus decantat, pererrant omnes feræ ſyluarum,) tũ rerũ futurarum prędictioni, quæ nonnullis noctu obſeruantur. Daniel enim contemplabar, inquit, nocturno viſu. Nec minus & Zacharias, Vidi noctu. Sed & alia poteris argumenta proferre, quamobrem tenebræ creatæ fuerint. Si quis tamen ceruicoſus malum tenebras cõſtituat ex eo loco, *illum, inquit, eijcite in tenebras exteriores*, & id genus alia, nõ lateat ipſum apud Scripturam vnum & idem nomen accipi frequenter in vtranque partem pro diſcrimine rerum, quæ vna denotantur appellatione. Nam & ſi lucẽ laudari plerunq; dicimus, interdum tamen cũ vituperatione vſurpatur: quale eſt illud, Incedite cum luce veſtri ignis.

BASILIVS. Ratio præterea quærit, ſi mundo tenebrę incumbebãt, vtpote luce antiquiores, cur deterius quod eſt, priorem locum tenuit? Nos igitur tenebras eiuſmodi dicimus per ſe nullas eſſe, habitus eſt

is aeris

is aëris,qui lucis ſequitur priuationem. Lucis enim expers ſtatim inuentus eſt huius mundi locus,cũ tenebræ ſuper aquas offunderentur.Licet igitur nobis ratiocinari, ſiquid ante hunc mundum extiterit,cum luce procul dubio fuiſſe: neque enim Angelorum excellentiæ, neq; cœleſtes omnes exercitus in tenebris degiſſe putandum,verùm in luce,ſpiritúsque hilaritate. Atque huic rationi nullus ſanè contradicet, qui inter ea, quæ bonos manent,ſuper cœleſtem quoque lucem admittit.De qua Salomon, Lux ſempiterna iuſtis. Apoſtolus etiam, Gratias patri agentes, qui nos idoneos facit ad portionem hæreditatis ſanctorum in luce.Cũ igitur cœlum iuſſu Dei conditum vno veluti tractu obtenderetur his,quæ ſuo ambitu complectuntur,iugi corpore ductũ,quod inteſtina ab externis facile ſecludere poſſet,de neceſsitate locus ab eo circumſcriptus reſtitit in tenebris externæ luci prætendens.Tria ſiquidem in vmbra cõcurrere oportet,lucem,corpus,locũ opacũ. Mundanę itaq; tenebrę ex vmbra cœleſtis corporis acciderunt.

Tenebras quidem non malam quandam naturam intelligit, quemadmodum impij Manichæi nugari ſolent ſed GENNADIVS.

ſe luminis ipſius deſiderium atque defectum.

De tenebris meminit abſolute: de abyſſo autem cum articulo. Et tenebræ quędã, inquit, erant ſuper ipsã abyſſum, Illæ ſiquidem inane quoddam ſunt, hęc in rerum natura conſiſtit, vmbra tenebræ erant cœli & terræ. Quod enim à corporibus adeo vaſtis continebatur, adumbrari neceſſe erat perinde ac domicilium ſine feneſtris. Temerè igitur ex hoc loco Hæretici intelligentiam, neſcio quam, tenebrarum eliciunt, nam cum cœli terræq́ue propheta mentionẽ fecißet, atque hæc aquis contegeretur, merito ſuper aquas tenebras eſſe dicebat. Quòd ſi eiuſmodi tenebras velis, nõ vmbram corporum interpretari, ſed intellectum quendam, id eſt, Diabolum: quid illud? fiat lux, quem in ſenſum accipietur? num de vero filio intelligẽdũ? Téne adeò vecordem, vt poſt cœlum, terramq́ue & abyſſum, poſt genitum Diabolum Deus ipſe verbum prodierit? quis hoc ſanus ferat? ſed hæc contra opinionem Origenis, qui de tenebris talia ſenſit.

THEODORETVS. Si lucem Deus condidit, quomòdo tenebras etiã fecit? hęc enim inter ſe viciſſim ad-

ciſsim aduerſantur, pugnantia quidem ſunt hęc inter ſe, ſed vtraque mortalibus neceſſaria. Illa ſiqdẽ facit ad operas ſtudiumque laboris, & reſerans hominibus quæcunque cernuntur ſuadet illorum conditorem laudare: Eæ verò intermittunt opera refocillantque genus huma num, & quicũque labor inſederat ex labore, reſoluũt, homines quidem ſub tecta cogentes, feris autem librum concedentes commeatum, quomodo nos edocet inclytus Dauid, Poſuiſti tenebras & facta eſt nox, in ipſa euagabuntur omnes feræ ſyluarum, catuli rugientes vt rapiant, & quęrant à Deo paſtum ſibi. Ortus eſt ſol & congregati ſunt, & in luſtris ſuis collocabuntur. Exibit homo ad opus ſuũ, & ad munia ſua vſque ad veſperum. Quibus verbis magnificentiam tanti opificis admiratus, quàm magnifica ſunt, inquit, opera tua Domine, omnia ſapienter feciſti. Neceſſarias igitur eſſe tenebras affatim didicimus. Quod autem nullę ſint in rerum natura, ſed accidant è re nata facile cognitu eſt. Sunt enim cœli ac terræ adumbratiões: quocirca euaneſcunt exorta luce. At verò lux res eſt ſubſiſtẽs, quę occidit & exoritur: nã queẽadmodũ noſtrum hoc corpꝰ

ſubſtãtia quedã eſt, q̃ verò ꝑ ipſũ iacitur vmbra, accidit, nõ ẽſt: ita cœlũ terráq; ingẽtia corpora, diuerſa licet ratiõe, ſubſiſtũt, q̃ ex ijs redditur vmbra, abſente luce dicũtur tenebrę, q̃ ſuperueniẽte luce eua neſcũt, quod ipſũ quotidiè fieri videmus. Nõ igitur ingenitũ q̃d ſunt tenebræ, nec genita quędam hypoſtaſis appellari poſſunt ſed ex genitis vſus q̃dã neceſſarius, & qui ſuo veluti ꝑconio Dei ſapientiã cõ celebret. Nec mora ex hoc loco Propheta Deũ totius naturę laudat. Qui fecit, inquit, lucem, tenebráq; parauit, vtrunque bellè accõmodans, feciſſe quidem lucẽ & cõparaſſe tenebras, ait, vt quę accidentes euaneſcant: ſed & pueri illi terq; quaterq; beati, quęcũque facta ſunt in ſuam epęneſim aduocantes noctem cũ die copularunt, & cũ luce coaptarũt tenebras. Eorũ quippe viciſsitudine et menſuratur tempus & mortalium vita conſeruatur.

Gen. Ca. 1. *Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.*

THEODORET. Ecquis ſpirit⁹ ferebatur ſup aquas? Sunt qui de ſpiritu ſancto intelligãt, vt q vitalem reddat aquarũ naturam baptiſmatis gratiã deſignãs. Ego verius illud eſſe puto, vt ſpiritus hoc loco ꝓ aẽrę accipiatur: nam cũ cœli terreq; creationis meminiſſet, & p abyſſum inſinuaſſet aquas, de neceſsitate aẽris quoq; mentionẽ facit, qui

ab extrema aqua ad cœlũ vſq; diffũditur. Aëris cm̃ natura eſt ꝑ inferiora ferri. Vnde quadrat optime illud, ferebatur, mobilẽ ipſius aëris naturã ꝑ ſe ferens. Siquis autẽ huic ſentẽtię nõ ſubſcribat, ꝙ ſpirit⁹ Dei dicatur ferri ſuꝑ aquas, audiat B. Dauidem, qui de vniuerſitatis Deo ita cecinit. Flabit ſpirit⁹ eius & fluẽt aquę. Vbi de vẽto intellexiſſe nemini dubiũ: flante ſiquidem Auſtro vel ſubſolano oĩs humor dif fluere ſolet. Si ſpiritũ hoc loco accepit ꝓ aëris circunfuſione, en tibi ſcriptorem oẽs mundi partes enumerãtẽ. Fecit Deus cœlum & terrã, aq̃ & aerẽ, atq; hunc quidem iam ſe effundentem ꝓfluentẽq;. Sin quod vero magis conſonat perinde atq; noſtris maiorib. viſum eſt, ſpiritũ Dei ſanctum intellexit, ferri hoc loco fouere ſignificat ac viuificare quodãmodo aquarũ naturã de more incubantis gallinę, q̃ ſuo calore vitalẽ quandã vim ouis inſpirat. BASILLVS.

Hebraica dictio, ꝑ qua nos repoſuim⁹ ferebatur, illud ꝑ ſe videtur ſignificare ꝙ à gallina, dũ fouet oua, docemur, q̃ alis illa ſuſpẽſis leuiter attrectãs vitalia reddit. Ita em̃ ſpirit⁹ ferebatur ſuꝑ aquas, vt ſuo illas tẽpore animaret. Si quis verò ſpiritũ voluerit ĩterpretari ventũ, haud, opinor, aberrabit, cognat⁹ ſiqdẽ vẽtus eſt aquarũ DIODORVS.

vtpote qui ex ijs generetur, ſuoque motu exagitet humidum elementũ, ita, vt ſpiritus etiam Dei dicatur, tanquam ipſius opus. Neque ſi quis concedat Moſem de Spiritu Sancto Paracleto hæc dixiſſe, peccabit. Spiritus ſiquidem totam naturam inſtruit & exornat. Sed nec abijciendus ille, qui Spiritum Dei, energiam interpretatur et efficaciã, hæc enim Spiritus quãdoq; appellatur. Nam cum Deus iuſsiſſet Moſi vt LXX. ſenes deligeret: Spiritum illis Moſaicum impertire pollicitus eſt: quæ gratia videlicet erat.

BASILIVS. Cùm Deum nobis Scriptura iubentem proponat, ac veluti diſceptantem, tacitè perſonam, cui iubetur, & qua cum Deus colloquitur, inſinuat, vt via ac ordine quodam nos in vnigeniti cognitionem deducat.

IDEM. Quandocunque vocem in Deo ponimus, aut illius dictum mandatumúe legimus, non ex vocalibus inſtrumentis redditus aliquis ſonus intelligendus: ſed in voluntate Dei momentum. Quò verò commodius hæc doceantur, ſub edicti, puto, figura talis oratio conformatur.

GENNADIVS. Ex ijs, qui ante nos Scripturam replicauerunt, nonnulli, quia ſpiritũ animaduerterunt nõ abſolutè poſitum ſed cum adiectio-

adiectione Dei, hoc de ſpiritu ſancto intellexêre, nequaquam à ſcopo orthodoxæ religionis aberrantes, vt ipſum quoque ſpiritum creationi rerum interfuiſſe videatur.

Gen. Ca 1.

Dixitq́ꝫ Deus fiat lux. Et facta eſt lux. Quænam Deus alloquitur dicẽs: fiat lux & fiat firmamentum. Haud ille cuique mandat hoc opus, ſed quæ non erant, ſic euocat, ita mandatum iuſſumq́; hoc loco pro volũtate accipit. Quæcunque, inquit, voluit, fecit ipſe Deus. Quod ſi velis, vſum fuiſſe in creatione aliqua voce, iam hoc non ad inanima elemẽta, ſed ad poteſtates, quæ viſa ſunt non manifeſte vt illæ, cognoſcant, quæ alioqui non erant, ſuo iuſſu exiſtere.

THEODORET.

Gen. Ca. 1.

Et vidit Deus lucẽ, quod eſſet bona. Quarè hoc appoſuit autor? vt moneret ingratos, non eſſe damnanda quę bona ſuffragio diuino Deique ſententia cenſeantur. Gręci, *quò d eſſet pulchra*, legũt, quod luci proprium magis eſſe videtur. In rebus, quas facit ex imperio Deus, vtitur hac veluti comprobatione, *& vidit quod eſſet bonum.* Idcircò in Adam, quem ſuis veluti manibus conformauit, nihil opus fuit his verbis, quæ factum confirmarent.

THEODORET.

Ge.Cap. 1. *Et factus eſt veſper,& factum eſt mane,dies vnus.* Dies prior vocatus eſt,quem nox eſt conſecuta.Diem igitur,quem dicunt naturalem,tertius explicare non potuit. Nam ſi mane iunctum veſperi dixiſſet,ſignaſſet, quám diu ſol agitur ſupra noſtrum hemiſperium: quin & Hebręi, vt in Leuitico patet, diei principium ſumunt à veſpere,quò ordine noctes præcedunt ipſos dies.Sed quomodo veſper & mane ante motum ſolis? Nempè quà dies erat ante ſolem à tenebris diſtinctus: vbi dies, illic veſper & mane: & ante ſolem motus fuit & lux. Dies vnus id eſt primus, figura dicendi Hebraica:ſic & vna ſabbatorum.

Ge.Cap. 1. *Fiat firmamentum in medio aquarum*

THEODORET. Eſt ne igitur vnum cœlum,an duo ſunt potius?Cum diuina nos ſcripta doceant, principio feciſſe Deum, cœlum & terram,deinde poſt conditam lucem ſecundo die firmamentum ſtabiliſſe, multum præ ſe fert inſcitiæ iſthæc quæſtio. Ex ipſo enim tempore modóque operis differentia deprendi poterat. Erat illud ante lucem, hoc vero poſtquam lux affulſit: atque illud de matrice quidem nulla,hoc ex aquarum materia. Fiat igitur firmamentum

in medio

in medió aquarũ, ſitque medium diſcrimen aquarũ, ſic è re nata appellationem indipiſcitur. Cùm enim de fluida aquarum ſubſtantia conſtiterit, & fluxa alioqui natura ſpiſsitudinem firmitatemque contraxerit, firmamentum eſt appellatum, quod ſupernè prætenſum cum cœli nobis vſum præſtet, ipſum quoque cœli cognomen accepit. Bifariam verò Deus naturam ſecreuit aquarum, partim ſupra firmamentum profundens, partim deorſum relinquens, vti ſuperiores illæ ſua humiditate de frigore firmamentum defendant, ne ſyderum calore fatiſcat: inferiores autem, vt ſua exhalatione aërẽ refocillent, qui ab imminente igni iugiter ſiccatur & areſcit. Quicunque igitur alterum cœlum non admittit à recta declinat. Qui verò plures enumerant, fabulas narrant, diuini ſpiritus doctrinam contemnentes. At verò Scriptura cœli cœlorum numero multitudinis profert, propterea quod Hebraica dialectus, nec cœlum nouit nec aquam ſingulariter enunciare, qualia multa apud alias gentes inuenire licet. Nam apud Græcos vrbem Athenam nullus eſt, qui dicat, nec Delphum, ſed Athenas ſemper & Del-

& Delphos. Lege igitur ſui idiomatis ſcriptura, non quia plures ſint, cœlos vſurpat. Quod in alio pſalmo poſthabita ſuæ linguę conſuetudine certius explicat dum ait, Cœlum cœli Domino, vt ꝑ comperto ſit, quod quemadmodũ cœlum hoc nobis lacunar eſt, terra verò ſolum, ita quod cernimus cœlum lacunar aliud habeat ſuperius cœlum.

Geneſis. Cap. I

Et vocauit Deus firmamentum, cœlum.

Num cœlum hoc noſtrum nominamus firmamentum, vt à priori cœlo & aqua diſtinguatur? Eſt enim veriſimile

ACACIVS.

ſuperius illud corpore tenui magis cõſtare puriorię materia, nec minus & aquã, ſi cum firmamento veniat in comparationem raram mollemque exiſtere, quanquàm non ipſum tantũmodo cœlum agnominatum eſt firmamentum, ſed ipſa etiam terra. Adhæc de formá cœli & terræ nonnihil agendum, vbi ſepoſitis Phyſicorum opinionibus, proponemus, quid de ea re diuinæ literæ ſentiant. Et primum quidem non eſſe cœlũ in globi figuram conformatum, ſed hemiſperio potius finiri Eſaias aſſerere videtur. Qui cœlum, inquit, in cameram ſtabiliuit, & extẽdens illud quaſi tabernaculum. Item in ijs, quæ de viſione

Baby-

Babylonica refert, ait, Dominus Sabaoth præcepit venire te de terra longè ab extremo fundamēto cœli. In Pſalmis prę tereà, A ſummo cœlo exitus eius & occurſus eius vſque ad ſummum cœlum. Quæ omnia media & extrema in globo minime quadrare videntur. Sed quo modo à Platone linea circuli dicitur infinita: ita fortaſsis & ſuperficies erit ipſius ſpheræ. Origenes verò cœlum cōprobat eſſe rotundum in 301. concione & 118. & alijs quam plurimis locis, præcipuè verò vbi tonitrui vocē in rota interpretatur, id eſt, vocem in ambitu, circumactioneque totius, hoc eſt in ſphera. Quæ verò ad terram pertinent, in extremam partem præludij referuntur.

BASILIVS.

Penſitandum videtur, aliudne cœlū ſit hoc firmamentum ab eo, quod ſtatim initio creauit Deus, cum ipſum quoq; cœlum nominetur, ita vt duo videantur omnino cœli. Quod ne admittant ij, qui de cœlo philoſophati ſunt ita refugiunt, vt vel linguas proijcere quàm verum admittere malint, vnum tantummodo cœlum ponentes. Nos verò tantum abeſt, vt ſecundum non credamus, vt de tertio ſolliciti ſimus, quod beatus Paulus cōtemplari promeruit. Pſalmus etiam ille

cum

quarum conſtrictione conſiſtere dicitur: qualis eſt etiam vitrea natura, quę inter metalla cenſetur, nullis huiuſmodi rebus firmamentum aſsimilamus: Puerile ſiquidem hoc eſt, ac ſimplicioris ingenij talia de cœleſtium natura conijcere.

Hoc, quod cernimus cœlum, non illud quod ſuperius eminet, ex aquis Deus fecit in cryſtallum quaſi congelatis. Animaduerte operis miraculum, vt opificē ſimul admireris, iuuat ante oculos rem tibi proponere. Multa ſiquidem viſui potius, quàm orationi commēdantur. Hæc aqua triginta, verbi cauſa, cubitis terram ſuperabat. Dixit Deus, fiat firmamētum in medio aquarū, nec mora, compacta eſt in medijs aquis congelatio quædam cryſtallina, id ipſum cœlum quod dimidium aquarum ſecum ſuſpendens, reliquum infra reliquit. Non igitur cœlum conformauit in globum, quemadmodum fabuloſi ſcriptores commentantur, ſed quomodo Propheta teſtatur: qui ſtatuit cœlū quaſi fornicē, & extendēs illud quaſi tabernaculū. Et Dauid, A ſummo, inquit, cœlo. Haud itaque commentis adhibenda fides, quando prophetę in cœlo ponant principij finiſque diſtinctionem. Idcirco non aſcendit ſol, SEVERIANVS.

ſed,

le fuiſſent. *Congregationes aquarum appellauit maria.* Quamobrem cum in vnum locum [illegible]egerit aquas, plures mox ponit gur[illegible]tes aquarũ? vnus eſt reuera cœtus aquarum, & vna ſedes, cum maria inter ſe omnia committantur alia ſub terris per cuniculos quoſdam, alia in eius ſuperficie. Cõgregationes verò multitudinis numero appellauit, propterea quod aliud eſt indiciũ mare, aliud Ponticũ, alia eſt Propontis. Alius item Aegeus ſin⁹, et Ionius, ad extremas rurſus terras patet maximum pelagus, quod alij Atlanticũ, alij Oceanũ vocant, ob eam cauſam, modo cœtum vnum dixit aquarum, vt quæ ſimul connecterentur, modo plures, vt quę varijs diſtinguerentur nominibus. Ge. cap. 1. THEO. DORE.

Et ait, Germinet terra herbam virentem. Gen. cap. 1.

Cur germinare Deus iuſsit herbas, quę ad eſum non faciant? multi ſunt animantes expertes rationis, aliæ feræ nominantur, alia iumenta, eæ volucres ſunt, illę ſerpentes, quibus omnibus victum Deus cõparauit in varios tamen vſus hominum, paulò pòſt in omnia gratiã noſtrã referet vageri. Qui producit fenũ iumẽtis et herbam ſeruituti hominum. Quod igitur huic generi inutile, illi eſt opportunũ & vtile: & quæ ſunt hominibus commoda, a- THEO. DORE.

lijs plerunque etiam conueniunt. Ad hęc prouidens Dominus plurima ægritudinum genera inuaſura mortale genus, vt quod ſua culpa morti deberetur, non olera modo, ſed herbas etiam quæ morbis mederētur terram germinare iuſsit, nam vt quiuis facilè diſcere nunc à peritis artis medicæ poteſt, quæ venena alioqui videntur, grauium ſunt medicamenta morborum, temperata ſiquidem cum aliarum viribus ſanitatem ſępiùs reſtituunt.

Ge. cap. 1. THEODORET. *Fiat lux. Et facta eſt lux &c.* Ecquonam lux erat antequam luminaria conderentur? Dominus ipſe Deus modò de nihilo multa creat, modò ex aliquo condere plura ſolet. Prius enim cœlum nulla præcedente materia fecit, alterum ex aquis concamerauit: eadem ratione terram, quæ nulla erat, producens arborũ ſeminumq́ue genera, iuſsit illam ſubmittere, igitur & lucem prout ipſe voluit, explicauit. Et quemadmodum per firmamentum aquarum naturam ſeiungēs partim ſurſum extulit, partim deorſum reliquit: ita & lucem illã diuidens luminaria maiora minoraq́ue conſtituit.

Ge. cap. 1. SEVERIANVS. *Dixit vero Deus, Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum.* Atquē in

In locum? in mare videlicet. Quid, hoc nonne ſuis aquis inundabat? Nam ſi terra obruebatur, erat nimium & mare plenum, quo igitur aqua ſeceſsit? Quando Deus terram creauit, nullæ adhuc montium conualles cauaque ſubſederant, ſimul vero congregatur, ait, diſceſsit terra ſinusque conformauit, id, quod montes inſulæque interiacentes conteſtantur.

Germinet terra herbam virentem. Ge. cap. 1.
Quamobrem terram prius exornat, quã cœlum? Ne noua ſuperſtitione irretiremur ſolem, lunam & aſtra tanquã Deos ſuſpicientes. Cur etiam neque ſolem primo die fecit neque lunam, quia nondum prætenderat firmamentum, vbi collocanda erant; ſed neque adhuc virebant fruges, quæ eorum calore fouerentur. Tertia ſiquidem die prodierunt fructus: preterea ne germina terræ viribus ſolis adſcriberentur, poſt eorum creationem ſolem, lunamque & ſydera profert. IDEM.

Et ſint in ſigna, tempora & dies & annos. Ge. cap. 1.
Quid hæc ſignificant? Sol oriens & occidens dies diſtinguit. Cum vero Auſtralis Borealisque pars permenſa eſt, orbem perficit anni, temporum THEODORETVS.

tempeſtates: nam cum ab equinoctiali tendit in arctum vernat, hinc remeans ad eoſdem terminos, æſtatem facit, deinde ab æſtiuo hoc tropico declinans in Auſtrum, autumnum deſignat, hyemẽ verò rurſus aſcendens. A curſu verò Lunæ menſes enumeramus, triginta ſiquidẽ diebus, ſex minus horas, ſuam periodũ abſoluit, vnde menſem appellamus. Luna enim dicitur μήνη à Græcis. Quantum verò ad ſigna, nihil eſt quamobrem in ſtultorum ſententiã eamus. Nugas enim illas Genethliacas Chaldeorum, neque Pythagoras, neque Crates, neq; ipſe etiã Plato, nec Stoici admiſerũt. Quis igitur diuinis literis fidens in opinione nõ modo impia, ſed etiã vecordi implicari velit? Signa itaq; Scriptura vocat, quo tempore ſerendæ, fruges, colendi extirpandique agri, quando cedua ſylua ad naues domoſque fabricandas. Hinc etiam nautæ didicerunt, quando naues ſubducere deducereque oporteat, quando paſſis velis, quando contractis currendum. Duce quippe experientia ortus oc caſusque ſyderum depræhenderunt. Nos etiam interdum crinitam barbatamque ſtellam vel trabem contemplantes bellorũ furores expaueſcimus aut agmi

na lo-

na locuſtarum, aut hominum beſtiarũq; peſtilentiam. Hæc nimirum ſigna notauit, non quæ ſtultitiæ impietatiſque meritò accuſentur.

Quæri ſolet in quæ ſigna ſol, luna, ſydera creata fuerunt. Nos ea putamus ſigna dici, quæ tempore Ieſù Nauè acciderunt, quando luna ſolque ſteterunt, quale etiam fuit in Eſaia impedimẽtum, quin & ſtella magis natalem Chriſti annunciauit: alię etiam alijs tempeſtatibus apparent, quę bona maláue mortalibus portendunt. DIODORVS.

Luminare maius, vt praeſſet diei. Nõ in hunc finem ſolem creauit, neque hic omninò finis eſt lunæ & aliorum ſyderũ, ſed ex his verbis natura & vis mõſtratur, quando etiam de homine, vt præſit piſcibus. Ge. cap. 1.

Cùm Deus vna veluti expeditione vniuerſam naturã perficere poſſet nullo temporis interuallo, nullis intercedentibus diebus, ſex tamẽ dierum interſtitio totã hanc molẽ abſoluit, ſingula ſingulis ferè diebus ꝑducẽs: quò magis à Creatura (vt dicebamus) participe rationis agnoſceretur. Cũ enim poſt primas illas naturas, naturam lucis de nihilo exiſtere iuſsiſſet, affatim monuit eas, quæ nulla GENNADIVS.

ſunt, facere poſſe. Cùm verò docendæ etiam eſſent, licet in creatione lucé præcederent, autorem ſuum fuiſſe Deum, id quod erat ſecundum illorum naturam diſtulit vſq; ad hominis cóformationé, quo tempore animum quoq; de nihilo creauit non diſsimilem natura intelligentijs. Nunc autem ex aquis iam creatis fieri firmamentum iuſsit ſimile cœlo quod prius condiderat, admonens ſe tam cœli, quàm aquarum creatorem eſſe: illius quidem, vt qui feciſſet alterum eiuſdem naturæ: harum verò, quod ex eis ſuo iure faceret quodcunque velit. Atque hæc prima quidem ratio videtur, quãobrem cœlum hoc modo conditum neceſſariò fuerit: nam & aliam afferre poſſumus. Cùm enim terra, tanta aquarum obruta mole apparere non poſſet, in medio illarum ſinu adſtricto ac veluti cógelato firmamé to, & aquis dimidia ex parte ſublatis, reliquis in ſuas ſedes coactis commodum de ſe cultoribus vſum præbuit, & quam nunc orbis partem tenet, occupauit. Sed & neceſſarium hoc firmamétum & aquarum ſimul ſuſpenſio fuit, quod in eo ſol vnà cum omnibus aſtris collocandus erat: cumq́ue id ex aquis compactum eſſet, quid mirum, ſi quomodo ex ijs gla-
cialem

cialem naturam contrahens proximam alicui igneo calori facile periclitaretur? Ne quà igitur caloris vicinitate ſolueretur, ſed in ſuo ſemper ſtatu inde ſeſſū æternumq́ue duraret, ſapiens Architectus ipſe Deus ſeparationem hanc aquarum prudenter excogitauit, vt earum refrigeratione æſtus ſyderum ita temperaret, vt in neturam partem laboraret. Ad hæc exacta omnibus in rebus patet prouidentia Dei, non tam ex hac aquarum ſapienti diſtributione, quam quod à principio noſtram in Chriſto ſalutem præfiniuit, duos quaſi ſtatus mortalibus iamdudum deſcribens, ſuis vtruſq́ue ſedibus attributis. Quamdiu enim inconſtantes fuerunt, ac perturbationibus addicti, atque idcircò ſub lege, terreſtre hoc illis domicilium dono dedit: ſimul verò ad perfectam ac ſine crimine vitam Chriſti gratia conuerterunt, cœlos reſerauit, quò nos præuertẽs Ieſus ingreſſus eſt.

Cur plantas ante luminaria, animantes verò poſtea creauit? oculata cùm ſint animalia, lucis exceſsũ ferre nequiſſent, THEODORET.

pelli potius imperio creatoris ad generis conſeruationem, meritò talibus verbis animantium generi benedixit.

DIODORVS. Voluit fortè Deus quando hæc & ſi viuunt, vitam tamen ſine ſenſu viuant, illa verò ſenſu & phantaſia moueãtur, ita, vt alia alijs inſidientur, ex ea voce, qua creſcere & implere mundũ animalia iuſsit, ſecuritatem cuique cõſeruationis comparare, ne genus aliquod infirmum à valentiori quandoque conficeretur.

Ge. cap. 1. *Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumẽta, & omne reptile terræ in genere ſuo.* THEODORET. Quamobrẽ feras Deus ſerpentesq́; fecit? Exigit cura puerorum, vt terrores, lora, ferulas interdum intentemus, & vt alijs modò rebus exterreantur, modò cõmonefiant, non aliam ob cauſam, quã vt illorum mores in honeſtam formam componãtur. Cùm itaque Dominus Deus prouidiſſet fore nos in ſocordiam ſegnitiemq́ue procliues, quædam veluti verbera & territamẽta excogitauit, quibus quandoq́ue perterriti ad eum ipſum opis deſiderio cõfugeremus: Sed vt perfectæ iam ætatis homines territamentis feruliſq́ue non mouentur, ita & virtutis alumni, nihil ſibi ab impetu ferarum timent. Nam & ipſi Adę ante quàm crimi-

nis reus eſſet, omnes beſtiæ obſequium ſine detrectatione præſtabãt: ipſumque Noë ingredientem in arcam feri leones, pardi, tetriq́ue ſerpentes more pecudũ ſequebantur: Danielem præterea licet famelici inuadere noluerunt, ſpecimen quoddam diuini numinis intuẽtes in eo. Nec minus & vipera, quæ manum Apoſtoli mordicùs arripuit, cùm nullam in ea peccati molliciem offendiſſet, illicò refugiens in pyram delabitur tanquàm ſuæ improbitatis datura pœnas, quod corpus nihil cõmeritũ appetiſſet. Quod ſi nos euſmodi beſtias extimeſcimus, nullum nobis eſt cum vera virtute commercium. Deus itaque nobis veternoſis conſulens, feris ſolitudines aſsignauit, tẽpusq; nocturnum ad victũ comparãdum, ſerpentes verò in cauis luſtriſque terrę latere voluit, vt abdita minus humano generi noceant. Quia tamen ſi nulla vnquam iniuria nos peteſſerent, poterant à nobis deſpici, quaſi penitùs innoxia, permittit quãdoq́ue inter tot hominum milia duos tresue, tanquam ſapiens rerũ omnium iudex vel à ſcorpionibus pungi, vel à ſerpentibus morderi, vt talis nos iniuriæ expertes à Deo omnium parente exoremus opem, ne quid

quid eiuſmodi patiamur, ſuaque nos inuicta prouidentia tueatur. Cæterùm multæ ſunt ex feris ijs animantibus, q̃ hominibus ſunt vtilitati, quandoquidem plura ex ijs remedia comparentur. Nullus itaque beſtias per ſe ſimpliciter intuens creatorem incuſet, imò earum vſus requirat. Nam & corpus hoc noſtrum quadam formæ dignitate & armonia vſuque membrorum commendatur, nec quia mala pituita naſi orisque laboret, multaque excernat male olentia, ideò à prudentibus damnatur: neque enim fieri poteſt, vt aliter vitam viuat, eo ſiquidem humore adoleſcit, nec ſine ſanguine & vtraque bili eſſe poteſt, imò ex ijs conſtat, & per hæc etiam diſtinguitur. Quandocunq; enim ex ijs deficiat aliquid, aut exuperet, animal interit.

Producat terra animam viuentem. Cur animam terra profert? Vt diſcrimen ex hoc loco percipias inter animam brutorum & hominum: nam quemadmodum ſcriptum videmus, animantum anima ſanguis illarum eſt* Quæ cauſa eſt vt cùm die quinto natantes volucresq; ani- Ge. cap. 1. *GENANDIVS.

animantes iuſſerit prodire Deus ex aq̃s, tertio terreſtria fecerit, quo die hominẽ etiam fingere de terra deſtinabat? Cùm omnia pariter in gratiam hominum facta ſint, non omnia tamen illis eundem ſimul vſum præſtare poſſunt: nam quæ ſunt in aquis ad eſcam tantummodo parata vidẽtur: terreſtribus verò ad alia etiam miniſteria vtimur, quorum nonnulla vſque eò neceſſaria ſunt, vt ſine eorũ adminiculo vitam ægrè traheremus. Rectè igitur autor omnium Deus habere exiſtimauit, ſi quę magis nobis neceſſaria erãt, & quorum vſus magis eſſe ad manus oportebat ea nobis eodẽ die, atq; ex eadẽ terra conſiſterent. Sed in vtróque genere inutilia penitùs cõdidit, imò verò formiduloſa, ne temerè elatum mortale genus præter modum ferociret. Vt qui cauſam, quamobrẽ cætera creata eſſent, ſibi vendicaret. Illud ſanè cognoſcitur ex ijs, quod ne vnum quidem nobis cæterorum animalium ſubiectum foret, niſi Deus ita iuſsiſſet, nam & quæ cicures dicuntur maiorem ſua ferocia occaſionem habuiſſent inferendæ mortis.

Ge. cap. 1. THEODORE. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Cui nam dixit Deus, *faciamus*? Nonnulli ex nefandis

dis hæreticis ad Angelos hæc dixiſſe malóſque Dæmonas prodiderunt, non cõſiderantes ſtolidi, quid illud ſibi velit, ad imaginem noſtram; quaſi verò Dei ſubſtantia & imago eadem ſit cum illis: quando natura ſit eius æterna, illi verò conditi factique fuerint ab eo. Porrò Dæmones cùm ad malum ſua ſponte conuerterint, extremæ dementiæ eſt, vnam eandemq́ue malorum dæmonum imaginem ſuſpicari & ipſius Dei. Iudæi in aliam prolapſi ſunt ſtoliditatem, nam ad ipſum ſecumq́ue hæc putant omnia dixiſſe Deum ad eorum imitationẽ, qui in imperio ſunt. Princeps enim aliquis & Imperator tanquàm plures ipſe ſit, ita profari ſolet, iubemus, ſcribimus, mandamus, aliáue id genus, parum illi quidem conſiderantes quàm plurima dici ſolere à Deo ſingulari numero. Tempus, inquit, omnium hominum venit in cõſpectu meo, & ſollicitus ſum, quod fecerim hominem, neque tibi ſunto alij Dei preter me. Item, Ecce ego facio noua, quæ nunc oriuntur. Et aperiam in omnibus fontes & in collib⁹ flumina. Atque in omnibus paſsim ſacris ſcriptis inuenire eſt, ita elocutũ vniuerſitatis Deum: attamen ſi quando ſuam
elocu-

elocutionem numero cõponit multitudinis, quod rarò ſit, numerũ Trinitatis perſonarum deſignat. Etenim quo tempore linguas confudit, non vna veluti perſona deſcendã, inquit, linguasq; cõfundã: ſed agite, deſcendẽtes cõfundamus earũ linguas. Hoc igitur itidem loco, cùm animal fingeret particeps rationis, quod multo poſt ſecula renouaturus erat baptiſmate ſacro, eamque naturam condere deſtinaret, quæ myſterijs illis erat initianda, ſubobſcurè tres perſonas cum natura eiuſdẽ ſubſtãtiæ inſinuauit. Illud enim, *dixit Deus*, cõmunionem diuinitatis declarát, per ea verò, quæ ſubiungit, *faciámus hominẽ*, numerum infert perſonarum eodem pacto cum, *imaginem*, dicat, non imagines, eandẽ ſubeſſe pſonis naturam demonſtrauit, *noſtam*, porro dicens, hypoſtaſes numerumque perſonarũ comprendit: Deus enim vniuerſitatis, à quo omnia etiam quæ futura ſunt perinde iam facta ſint, proſpiciuntur, cùm prouiderat à principio fore, vt vnigenitus olim humanam ſubiret conditionem aſſumpta de virgine carne, ita ſibi corpus ferruminans atque conſtringens vt vna Dei & hominis perſona intelligeretur, idemque illi cultus exhiberetur ab omni crea

ni creatura, non iniuria generis humani ſtirpem honore maximo nobilauit. Primò quidem conſilium opificij proponens, vt ratione moueri opificem denotaret, deinde perſonas plures adducens, vt qui laudes, in terris oblaturus erat, ęnigmata cóprehenderet theologię. Cùm verò ſuis veluti manibus opus hoc effingere voluit, maximum prę ſe tulit amorem. Quod ſtrenuus ille Iob clamitans atteſtatur: Manus tuę fecerunt me & plaſmauerunt me. Iiſdem quoque verbis vſus eſt Dauid. Illi etiam, qui ſacro baptiſmate perfunditur, perſpicuum fit, quod qui ſeruauerit, finxit, & qui finxerit, ſeruauit. Præterea ipſe quoque artifex apud Hieremiam Eſaiamque ait, Vos lutmus, veſter ego plaſtes. Sed neque manus eſſe Deo, neque conſilij dicimus præmeditationiſque egere, vt ſecundum Platonis nugas ad conceptam in mente Idæam deducat opus. Verum totum hoc ad maiorem Dei diligentiam ponitur exprimédam in huius animantis opificio.

Quę nã compellauit dicens, *faciamus hominem ad imaginem noſtram?* an aliquis aderat SEVERIANVS.

aderat in cõſilio ſocius. Illud enim, faciamus, ad cõſiliarium reſpicere videtur. Eſaias igitur de vnigenito filio Dei, puer, inquit, natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Natus eſt puer, & filius datus eſt: qd' non erat, factus, id quod erat datus: Et vocatur nomen eius magni conſilij angelus. Qui filius eſt quantùm ad ipſum numen, puer humanitate, admirabilis certe conſiliarius, ad quem reſpexiſſe videtur, cum dixit, faciamus hominem. &c. Sed quid, *ad imaginem*, ſignat? nimirum imitatores voluit nos eſſe ſui per virtutẽ Deus, ipſe quidem ſanctus eſt: Quod ſi nos etiam Sancti fuerimus, imaginẽ Dei geremus. Eſtote, inquit, ſancti, quoniam ego ſanctus ſum. Deus eſt iuſtus: quod ſi nos etiam iuſtitiam ſectabimur, Dei ſumus imago: ſi benignitatem, ad imaginẽ erimus Dei, Eſtote, inquit, miſericordes, ſicut pater veſter cœleſtis. Viden igitur quò referatur imago? Paulus etiam imaginem velut digito mõſtrans, ait, Exuite veterẽ hominem induiteque nouũ conditum ſecundum Deum ad veritatis cognitionem referentem imaginem conditoris. Quòd igitur imago virtutibus adſcribatur, perſpicuum eſt. Sed in quá re verſatur ſimilitudo? nimirum in potentia.

tia. Imperent, inquit, piſcibus maris & volucribus.

Si aliud eſſe dictitant ad imaginem, aliud ad ſimilitudinem, doceant obſecro differentiam, nos vtique eadem hæc eſſe cenſemus, ita, vt inter ſe conuertãtur. Similitudinẽ quippe Dei in primordijs noſtris adipiſcimur, imagineſque Dei ſumus: hominis ſiquidem natura iuſtitiæ, bonitatis, ſanctimoniæque capax eſt, atque earum rerum cupiditatem inſitam habet à Deo, CYRILLVS.

Animus ſanè particeps rationis & immortalis, ac mens ipſa omnium expers perturbationum in hominis natura imaginem ſimilitudinemque Dei rectè, iudicio meo, ſeruare videtur: tùm quod procul à fece materiæ incorporea eſt, tùm quia virtutem & ſapientiam capere poteſt. EVSEBIVS.

Cùm dixerit DEVS, *faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, non hoc ſtatim loco cõſtitit, verbaque ſuſpendit, ſed ex ijs, quæ ſequuntur, perſpicuum nobis facit, in qua ſententia nomen imaginis accipi debeat. Imperent, inquit, piſcibus maris & volucribus cœli, & quæcunque ſerpunt in terris, imaginem ad principatum re- IOANNES.

D ferẽs,

ferens, neque ad aliud quæcunque: nam vt omnium terreſtrium rerum Dominus eſſet, condidit hominem Deus.

IDEM. Prout imaginem dixit, ad imperium reſpiciens ita & ſimilitudinem, vt pro virili Deo aſsimilemur per humanitaté & manſuetudinem ſecundum virtutis rationem.

GREGO. NAZ. Creauit hominẽ Deus è materia quidem, quæ iam extabat, corpus effingẽs, ſpiritum verò de ſe ipſo infundens, in quo & animum rationis participem & imaginem eſſe Dei Scriptura intelligit.

GENNA Ad imaginẽ, inquit, noſtram, vt homo de ſubſtantia compactus ſenſu prædita & intellectu, in ſerie diuinę imaginis cẽſeretur, vt ijs, qui rationis ſunt participes, argumento ſit, debere illam, quæ hæc ſibi veluti domicilia quædam diſpoſuit, totius orbis dominatum habere. Nam, vt ſummatim dicam, nominibus ijs quæ nos quotidiè vſurpamus, vtitur diuina ſcriptura, vt de Deo nos commodius inſtruat, nam cum caput Chriſti Deum eſſe dicat, non antè vis eius verbi percipitur, quàm diligenter aduertatur apud nos caput excellentiam quãdam præ ſę ferre: id genus alia ſunt innumera-

numerabilia, nec minus hoc loco imaginem apud nos, quid ſibi velit, animaduertam, ſimulque cognouerim eius verbi momentum, erit apud me in ſummo honore propter eum, cuius eſt imago, quamobrem Dominus in Euangelio, quod, inquit, feciſtis vni ex ijs paruulis, mihi feciſtis, & quantum à vobis vnus ex his fuerit defraudatus, ego quoque defraudor. Addidit etiam ad ſimilitudinem, quia imaginem oportet ſimilitudines referre eius, cuius eſt imago. Noſtræ igitur imagines, quia corporeæ ſunt, corpora repræſentant. Idcircò aliæ colorem, aliæ eminentiam imitantur exemplariorum. In imagine verò diuina, quoniam DEVS incorporeus eſt, eam ſimilitudinem eſſe oportet, quæ eius naturam ſapiat. Cæterum ab ijs verbis, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, ſtatim intulit, & *animantibus imperent terreſtribus*, indicans non tam de neceſsitate, aut vi omnia hæc illi ſubieciſſe, quam decernens diuinæ imagini imperium deberi.

Ad ſimilitudinem Dei fecit illum. Cùm ad DEI ſimilitudinem dicat nõ ad ſuam Ge.cap. 1. BASILI.

 mani-

manifeſtè cooperarium deſignat, perinde ac faciamus hominem.

THEODORE. Quid eſt hoc, *ad imaginem*? quidam animum noſtrum viſu non manifeſtũ imaginem Dei appellarunt, ſed à veritate aberrant. Nam ſi ad animum, qui nõ cernitur, Dei referatur imago, multò certius Angeli Archangeli & naturæ incorporeæ ſanctæque imagines Dei appellari poſſunt, vt quæ penitùs ſeiúctæ à corpore & omninò ſimplices naturæ ſint, & eius quæ fugiat oculos. Nonnulli etiam adeò ſtolidi ſunt, vt humanum corpus ad imaginem Dei cõditum fuiſſe ſentiant, propterea quòd apud ſacras literas legant, Aperi oculos tuos & vide: & Inclina aurem tuam, & exaudi. Item, Odoratus eſt Dominus odorẽ ſuauitatis: Et, Os Domini locutum eſt, ac in manu ipſius confinia terræ, & quæ ſunt ijs ſimilia. At, quæ illorum inſcitia eſt, non animaduerterunt, quod per homines alloquẽs Dominus Deus homines ex audientium imbecillitate verba metitur. Et quia videmus oculis, ſuam ipſius videndi facultatem, oculos appellant, ſicut & audiendi, aures: & præcipiendi vim, os: quanquàm tales homines oportebat, non tantum in ijs verbis inſiſtere,

quam

quam etiam illos inaudire velle, qui Deum nullo modo prȩſcribi poſſe demõſtrãt. Quò, inquit, abeam à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero ad infernos, ades. Et Dominus ipſe Samaritanȩ, Deus ſpiritus eſt, & à cultoribus ſuis colendus in ſpiritu & veritate. Si Deus igitur ſpiritus, ergo ſimplex, nec cõpoſitus, nec configuratus. Sed quid hic longiores ſumus? perſpicua omnibus eſt taliũ vecordia. Illud itaque, *faciamus ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, ita nonnulli ex doctoribus ſunt interpretati. Cum intelligentias Deus & naturam quȩ ſenſu prȩdita eſt, condidiſſet, poſtremo finxit hominem quandam velut imaginem ſui collocans in medio animantium & inanimorum, intelligentiarumque, vt in anima ſimul & animata ſuum, huic quaſi tributum afferant, vſum: Intelligentiȩ verò in eo tuendo ſuam erga cõditorem beneuolentiam exponant, id quod Apoſtolus ſentire videtur; Nónne, inquit, omnes ſpiritus ſunt miniſtri delegati propter eos qui ſalutis erunt hæredes? Quin & ipſe Dominus ait. Videte ne contemnatis quenquam ex ijs paruulis: equidem dico

vobis quod Angeli eorum quotidiè vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. Sunt etiam qui dicant, ad imaginam DEI genitum hominem, quantum ad imperium & poteſtatem, coniectura admodum manifeſta vtentes. Nam conditor ipſe ſtatim ſubiunxit, & *imperent vniuerſæ terræ*, vt quemadmodum ipſe DOMINVS eſt vniuerſorum, ſic & hominem voluit omnibus, quæ ſunt in inferiori hac natura animantibus imperare.

Sed & alia multa inuenire licet: quibus archetypum imitari videmur. Nam & ipſum hominem ad imitationem DEI condere dicimus vrbes, ædificare portas, & ædes, fabricare naues, currus, aliaque innumerabilia, quæ cœlum, ſolem, lunamque repræſentant, fingit etiam homines & ceterorum formas animalium. Verùm longè diuerſum eſt eius opificium, longeque diſtat imitatio hæc ab exemplari. DEVS quippe vniuerſitatis de non exiſtentibus, & ex ijs etiam, quæ exiſtunt, noua facit nullo labore, nullo etiam interuallo temporis, ſimul cum voluntate prodit in actus, quicquid ei placet: homo

autem

autem & materia indiget & inſtrumentis, & velle & meditari neceſſe eſt, ita, vt ſine multo temporis interſtitio iugiq́ue labore cum adminiculo etiam aliarum artium opus denique abſoluat: nam tectonica ars ſine æraria tractari non poteſt: nec aëraria, ſine metallorum foſſura & carbonaria. Sed & carpentarij quid? ſine materia valent omnes denique artes mutuo ſibi miniſterio ſuccurrentes ſua munia obeunt: hac itaque ratione fabricans homo creatorem quidẽ imitatur, ſed vt exemplar imago. Gerit quidem imago archetypi ſimilachrum, partium referens idæam, vim autem aũt efficaciam nullam habet, cùm careat anima, qua mouetur corpus. Eodem quoque pacto regnat homo, iudicat atque conſtituit ad imitationem Dei. Sed nihil opus DEO, nec teſtibus, nec accuſatoribus in iudicando: Cainum damnauit, quaſi facinoris ſpeculator. Ex hac igitur imitatione homo non tantum imago DEI, ſed & DEVS appellatur, Vos, inquit, Dij eſtis.

Item, Vir caput operire non debet, cum imago ſit & gloria Dei. At vero in Deo natura ineſt diuina, non appellatio tantū: homo verò velut imago, ſolo nudoq́ue nomine gaudens à re longius abeſt, ſed cum de vniuerſitatis Deo proprie & ad veritatē dicatur, quod nullo modo præſcribitur, id etiam ipſum humana mens quodammodo imitari videtur. Momento enim tēporis oras legit oriētis & occiduas partes, cœleſtia pererrat terreſtriaq́ue, verùm ſola phantaſia: Deus vero & re ipſa, viq́ue & ſapientia ſua liberè per omnia fertur nullo confinio clauſus. Poterit etiam aliquis in anima rurſus hominis aliud inuenire ſimulachrum magis exactum. Ea enim habet in ſe & rationem & vitam; & mens ipſa quidem rationem gignit, cū qua ſimul procedit ſpiritus quidam non perinde ac ratio progenitus, ſed rationem ſemper conſequens procedensq́ue ſimul cum genita ratione, quæ omnia inſunt in homine, tanquam in imagine. Quò fit, vt ratio, ſpiritusq́ue ille per ſe non exiſtant: in ſancta verò Trinitate tres intelligimus hypoſtaſεις atq́ue perſonas diſcriminatim cōiunctas ſingulis per ſe ſubſiſtentibus: genitus enim eſt ante ſecula ex DEO parte ratio ipſa DEVS,

ita tamen,

ita tamen vt à genitore non ſeparatur. Ex vtroque porrò procedit ſanctus ſpiritus,qui etiam ſeorſum à ſua hypoſtaſi intelligitur. Omnia, inquit, operatur vnus & idem ſpiritus ſua cuique diſtribuens prout ipſe vult .Sêd in ijs non eſt,quã ob rem longiores ſimus, quando innumera ſuper hanc ipſam rem inueniantur apud ſacras literas argumenta.

Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram &c. Qua nam ratione tanto numini,quod omni parte beatum eſt, ſimilis dicatur homo & mortalis & miſer ſi paulò diligentiùs verba perpendantur, certius cognoſcetur. Aliud enim inueniemus,quod ad ſimilitudinem factum dicatur,aliud quod miſerum caducumq́ue videtur. *Et creauit Deus,* inquit, *hominẽ,ad imaginem Dei creauit illum*, quibus verbis iam quod ad imaginem creatum fuit, abſoluitur: Natura ſcilicet humana, & hominis communis idęa.Deinde à nouo veluti principio ſubiungit, *maſculũ & fœminam creauit eos*, id quod cum creatoris excellentia nihil penitùs conuenit.In Chriſto enim Ieſu neque mas eſt,neque fœmina, dicit Apoſtolus . Duplex igitur humanæ naturæ ratio fuit, altera, qua Deo aſsimilatur,

Ge. cap. 1.

GREG. NYSSENVS.

altera, quam differentia diſcreuit à cœleſtibus. Pars igitur duinæ mentis ac rationis, quæ depræhenditur in homine diſcrimen maris & fœminæ non admittit. Illud autem in nobis,quod eſt expers rationis ab ea continetur, quæ natura gemina eſt maris ſcilicet & fœminæ, ita, vt homo medium quoddam ſit inter Deum & animalia bruta. Et quia bonus eſt DEVS imò bonorum omnium plenitudo cùm ad imaginem ſuam fecerit hominem, intelligimus feciſſe bonorum omnium participem, virtutis, ſapientię, præcipuè verò libertatis, verùm longè diſtat imago ab exemplari ſuo, multoque minus homo Deum repræſentat, quàm imago Cæſaris, quę in nummo illo erat euangelico, Cęſarem ipſum; aliud omnino vtriuſque ſubiectum. Illud óbiter contra alias hęreſeis dictum animaduerte, quod cùm DEVS dicatur ad imaginem Dei feciſſe hominem, & creatorem hominis appellant Deum, atque eum, ad cuius imaginem creatur, id eſt Patrem & filium ſimiliter Deum.

DIO. Sicut igitur Deus omnium eſt Deus & imperator, ita & vir omnibus quæ ſunt in terris imperitat. Quid? nonne & mulier

& mulier eodem priuilegio gaudet? Gaudet illa quidem, ſed caput eius vir eſt, cui ſubijcitur, vir autem mulieri nequaquam. Idcircò Beatus Paulus virũ tantummodo facit ad imaginem gloriamq; Dei, mulierem verò decus ipſius viri.

THEOD. Non poſſum quandoque non admirari imaginem quorũdam hominũ, qui cùm in his ita cęcutiãt, attamẽ ad imaginem Dei factũ hominem dicunt: modò, quia imperium teneat aliarum animantium, modò, quia prębeditus ſit ratione, aut quia mentem habeat & intellectum, quę ſine riſu audiri non poſſunt. Oportebat enim illos nouiſſe de homine tantummodo dici ad imaginem Dei. Nam & in creatione, *faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem noſtram*, & tempore deinde Noe, in imagine DEI fecit hominem. Beatus quoque Paulus vir, inquit, velare caput ſuum non debet, cùm imago ſit & gloria Dei. Quod ſi ſolus homo inter creatas res omnes, imago DEI eſt, perſpicuam videtur ac peculiarẽ eius appellationis cauſam cõtinere, quæ alia eſt à mente & ratione, qua prędite etiam dicuntur virtutes potentięque, illę, quę viſu non ſunt manifeſtę.

niſeſtæ. Quin & quantum ad principatum ſpectat, commune etiam hoc eſt cum eorum natura, quemadmodũ nos Paulus docuit, in ipſo omnia condita fuerũt cœleſtia ſimul & terreſtria & naturæ, quę ſenſibus patent, & quæ nõ, troni, poteſtates, ſiue principatus. Alio item loco, vt notum principatibus fiat & potentijs cœleſtibus. Vnde & aduerſariorum vires eodem nomine dignantur, vt quæ ex illorum agminibus ceciderint. Non enim nobis eſt luctandum cum ſanguine & carne, ſed aduerſus poteſtates & Dominos tenebrarum huiuſce ſeculi: ita & Angeli eandem ſibi appellationem vſurpant. Michael, inquit, princeps & imperator veſter. Sed & de luminaribus idem dicitur, *& luminare quidem maius, vt praeeſſet diei, & luminare minus, vt praeeſſet noctis*: quod Dauid poteſtatem dixit, Solem, inquit, in poteſtatẽ diei, lunã & ſtellas in poteſtatem noctis. Nullo igitur pacto poterit homo merito appellari imago Dei ſecundum eas rationes, quę ſunt cum multis alijs cõmunes, cum ſolus inter omnia creata imaginem Dei repręſentare dicatur à cõditore, qui propter cætera voluit hominem tali priuilegio inſignire, quod nos maiore ex

parte iam diximus. Attamen in primis videndum, in quo fiat hoc, *ad imaginem*, in corporé ne an in animo: atque ij, qui ad corpus hoc referunt priores accedant ad examen, quos inter Melito quidam eſt, qui commentaria etiam reliquit de ſubſtantia corporea Dei, quod membra Dei inueniat ſingillatim nominari, oculos Dei reſpicientes ad terras, & aures eius in preces iuſtorum, & odoratus eſt Deus odorem ſuauitatis, & ex ore Dei hæc emanarunt. Item brachia, manus, digitosque Dei, quæ omnia liquido contendere dicunt, qualis ſit forma Dei. Nam qua potuit ratione apparere Habraæ, Moſi, alijſque eiuſdem cenſus viris, niſi expreſſa corporis forma? infinita id genus colligunt vbi mentio de membris Dei habetur. Cùm quibus de dictione priùs confligemus nonnihil etiam nos de Theſauro ſacrarum literarum depromentes, quod opinioni eorum, qui nihil plus ſciunt quam literę ſonant, maximè aduerſatur: Zacharias in primis, Septem oculi, inquit, Domini intuentes vniuerſum orbem. Si itaque ſeptem oculós habet Deus, nequaquam ad eius imaginem facti videmur, ſed

ſed neque alati nos ſumus:at verò Pſalmographus de DEO canit, Sub vmbra alarum eius ſperabis.Si ergò DEVS habet alas, homo animal eſt inuolucre mirum ſi referat eius imaginem. Sed ipſum cœlum in orbem ſe continuo vertens, quomodo ſedes eius hac ratione intelligetur, terra verò ſcabellum pedum ſuorum? num quod à genibus eſt adusque plantas eius, totum occupat interſtitium cœli & terræ? Cùm verò medium ſit terra totius mundi, quomodo per linearum demoſtrationes apertè depræhenditur, ſunt ne apud nos plantæ ipſius DEI, an antichthonas premunt? Verùm cruribus diductis laborat, ne maria fluminaque pertingat, an aquas etiam nō refugit? Adhæc ſi tantum cœlum ſedes illius eſt, ſi terra ſcabellum pedum ſuorum, quî fit vt in paradiſo deambulare, aut in vertice Sina montis Moſi apparere poſsit? Qui talia de DEO ſentit, nónne merito ſtolidus demensque dicetur? Quid igitur ad refellendam hanc opinionem longiores ſumus? Ille verò qui ad imaginem DEI dicat non ad corpus referri debere, ſed ad animum rationis

com.

compotem, placitum afferet, quod non facile quis deſpicere poteſt, ſi quæ ſunt eiuſmodi animi vires comprehendat. Vis ſiquidem illa in homine, quæ cógnoſcit, illa etiam quæ iudicat, ac rectè, iuſtè, fortiterque facit, quæ denique honeſti partes abſoluit ad imaginem ſuam condidit DEVS. Quod autem eæ actiones imaginem DEI exprimant, non corporis forma, planè nos Apoſtolus docet in literis ad Corinthios, Quomodo, inquit, geſsimus imaginem terreſtris, ita & cœleſtis imaginem gerimus: Et imaginem profectò terrenam geſtat is, qui ſecundum carnis cupiditates victitat, operaque carnis obit, imaginem non cœleſtis, qui ſpiritu corporis conatus ſuffocat: DOMINVS fortis eſt & patiens, homo qui ita ſe habat, & is eſt ad imaginem DEI. Qui præterea ſeruat illud: Eſtote miſericordes, ſicuti pater veſter miſericors eſt. Item, Eſtote perfecti, quomodo pater veſter cœleleſtis perfectus eſt. Qui ſanctitatem iuſti-

iuſtitiáque amplectitur, fit vtique ad imaginem expreſſam Dei.

ISIDORVS. Non dubium eſt, quin illi verius ſentiant, qui imaginem Dei ad potioré partem hominis, quæ anima eſt particeps rationis, applicant: nam qui Deum humana forma præſcribunt, omninò ſtolidi: ſed ij etiam non ſatis exáctè de anima ratione que conſtituunt: Imperij ſiquidem & regni ſimulachrum habet homo, non diuinę naturæ: quod ſi rectè faciat, gerit etiam veritatis imaginé: nam & ſi immortalem definimus animę intellectum, non tamen eſt eiuſdem cũ diuina natura ſubſtãtię: etenim ſi animus eſt ad imaginem Dei, & mulier etiam imaginem Dei præſe feret: quid igitur Paulus? Vir caput obtegere non debet, cùm ſit imago & gloria Dei, mulier verò contrà, cum ſit illa gloria viri: Si muliebris animus perinde eſt immortalis, atque virilis, quamobrem Apoſtolus diſtinctionem facit inter vtrũque? ſin Paulo Moyſem aduerſarij ſtatim opponant, *faciamus hominem ad imaginem noſtram*, licebit hoc ita refellere, ſingulariter tamen, de quo loquitur, dici, atq; de vno, non de vtriſque: quod ſi quę paulò infrà dicuntur, adducant: & imperent piſcibus. ſta-

bit hoc tantum pro nobis,cum ex imperio ſtatim videatur in nobis imago diuina.Si verò rurſus inſtiterint,quá nam ratione Paulus virum definiuit imaginem Dei,mulierem verò gloriam viri? Reſpõdendũ mulierem à principio fuiſſe in eodem gradu, eodemq́ue imperio digna, poſtquam verò corruit, capite quaſi diminuta amiſit imperij maiorem partem, et viro ſubiecta fuit,nõ ſuſtinuiſti,inquit, æquale munus,excipe munus ad virum tuum conuertêris, ille tibi dominabitur. Quapropter in creatione mundi ſcriptura principatũ mulieris ante culpã deſcribit. Paulus verò à caſu meminit in ordinem cæterorum eſſe redactam. Quod autem adiungitur, *ad ſimilitudinem*, ſi cui non videatur hoc dici ex eodem,ad maiorem energiã demõſtradam, quale illud eſt,Dormiui & conſopitus ſum.Itẽ, Beat⁹ qui reſpicit ad egennm & pauperem,ita poterit interpretari. Imperium Deus tradidit homini, vt virtutem præſe gerat, ſimilitudinemq́ue conſeruet. En accipiſti honorem,fac virtutem pręſtes: atque ita hoc ab opificio pendet, alterum arbitrio electioniq́ue eius qui factus eſt,condonatur: Neque aliud fortè eſt, quod primò dixerit, *faciamus hominem*

minem ad imginem & ſimilitudinem noſtrã, ſecundo loco, *& fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum*, nulla ſimilitudine adiuncta, aut quia dictio idem demonſtraret, aut quod virtus ab electione pendêre videretur: hoc itaque modo ſenſus habebit: *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* vt ex electione fiat ad ſimilitudinem. Vnigenitus enim quando inter homines verſabatur. Eſtote, inquit, ſimiles patris mei cœleſtis, ita vt in opificio & creatione ſeruetur imago, in electione ſimilitudo. Cæterum ſi homo imperium habet omnium, quęcunque cenſentur in terris, cur feras beſtiasque formidat? Ego, quod à nonnullis referri ſolet, prętermittẽs, ſiue verum ſit ſiue ſecus habeant, quod in ſacro codice cùm nulla prius mentio de feris haberetur, à quibuſdam fuerit poſtea inſerta, hac ſtatim ratione reſpondebo: à principio quidem, quum in homine vera effulgebat imago Dei, omnia illi ſubiecta fuiſſe, ideoque nomina ſingulis indidiſſe. Simul verò dicto non paruit, merito diminutum eſt imperium. Rurſus quo tempore Noê hanc imaginem repurgauit, adfuit illi genus omne

omne ferarum ad priſcam illi obedientiãm ſubiectum, Nec minus & Danielem leones veriti non lacerarunt, ſicut nec vipera Paulum veneno leſit.

Quæ hæc dicendi figura, *& creauit Deus hominem ad imaginem ſuam*, deinde adijciens, *Maſculum* (inquit) *& fœminam creauit eos*? an quia prius de ipſa hominis ſpecie dictum eſt, quæ cùm marem fœminamque contineat, non iniuria deinde certiori vſus eſt elocutione ad vtriuſque ſexus honorem copulandum: neque enim dubium eſt, quin & eadem die Euam quoque creauerit. Sed ordinem, quæſo, animaduerte creãdarum rerum. Prima prodijt lux ad diſtinctionem faciendam, & ſolis prior fuit ſpecies quam materia, cũ in cætris rebus contrà eueniat: deinde gramina priùs creantur quàm ſol, vt hæc munere Dei, non Natura ſubmitti intelligeremus. Sed in ijs etiam quæ ſenſu prædita ſunt, ab infimo genere id eſt à piſcibus incipiens, in quibus tenuis eſt ſenſus, poſtremò facit hominem, animal perfectum, cui cætera ſubijcerentur. Regnum vtique priùs conſtitui debuerat, quàm rex. S.S.

Ge. cap. 2. *Et requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat Deus.* Vtuntur hoc verbo Hebræi in ſilentio: vt, ceſſauerunt tres amici Iob, id eſt tacuerunt. Cùm igitur ſex alijs diebus attribuant dictionem, *dixit, fiat lux*: ita ſeptimo ſilentinm, hoc eſt finem creationis. Alij ſapientes, vt huiuſmodi voces, quæ ab operib⁹ ſunt à Deo remoueant, *requieuit*, interpretantur, fecit quieſcere mundum die ſeptimo, atque in eo, quo nunc eſt, ſtatu ſtabiliuit.

Ge. cap. 2. *Et benedixit diei ſeptimo & ſanctificauit illum.* Cur nã præter cæteros ſeptimo diei Deus benedixit? Quia cùm primo, ſecũdo, tertio, quarto, quinto, ſextoque die aliquid ſemper noui cõdidiſſet, ſeptimo nihil amplius deſiderari in creatione ex eo aperte declarare voluit, vt per ocium, quo eo die quaſi frueretur, perſpicuum faceret, vltimã manũ impoſuiſſe Naturæ: atq; ita ſeptenis diebus circulũ dierum circumſcribere voluit, cùm ſenis bellè potuiſſet, quibus totã iã naturã abſoluerat. Nã ſex primi dies creatorũ rationem aperiunt: ſeptimus auté omnium rerum conſummationé. Poſtremo ne infructuoſus quodãmodo & ſuperuacaneus videretur ſeptimus dies, vtpote qui nullum Dei opus excepiſſet, addidit,

THEODORE.

didit, *& benedixit diei vij & ſanctificauit illum*, vnde certiores nos facit, non fuiſſe inutilem, aut nullius commodi diem, ſed idoneũ ad quietem capeſſendam, benedixit igitur ei, vt q cæteris aliqua creatione inſignitis, argumento foret abſolutæ naturæ. Quocirca & ſanctificauit illum, id eſt, ſegregauit ad hoc, vt ocio & quiete illius finem impoſuiſſe demonſtraret rebus creãdis, in qua ſignificatione frequens eſt inuenire tale verbum apud ſacras ſcripturas Nam & de Medis ait, ſanctificati ſunt, illosq; ego duco, id eſt ad hoc ſegregati.

Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit Deus, vt faceret. Græci minꝰ perplexa lectione vtuntur. Quia in ipſo ceſſauerat ab operibus ſuis, quæ facere Deus incœperat. Ge. cap. 2.

Sed fons aſcendebat de terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ. Summatim rurſus Scriptor de creatione rerum meminit, docens Deum elementa primùm quæ non erant, protuliſſe, deinde ſuo cuique loco diſtributo exornaſſe ſingula prout ipſe voluerit. Præterea terram ſine hominis cultura, ſine imbriferis nubibus germinaſſe ad opificis volũtatem, Ge. cap. 2.

vt quæ à recenti aquarum ſeparatione ſatis adhuc humoris & vliginis in ſe cõtineret. Nam & Aquila non fontem hoc loco interpretatur, ſed humorem, qui de terra exhalaret irrigaretque ſuperficiem eius vniuerſam: Et apud Hebreos, *Nubes aſcendebat de terra*, legitur.

THEODORVS. Illud, opinor, dicere voluit. Terra adhuc inculta erat, neque ea tunc temporis ſubmittebat, quæ poſtea Deus ſubmittere fecit, quandoquidem neque homo erat agricola, neque pluuijs madefiebat. Sed neque eius, qua nunc rerum ſerie gaudet, ſatis adhuc principium ſumpſerat. Cuius rei cauſam adducit, *fons*, inquit, *è terra aſcendebat*, tota igitur terra aquis contegebatur, quæ vndique ex ea ſcaturirent, prolaberenturque vt totam innndarent.

Ge. cap. 2. *Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ & factus eſt homo in animam viuentem.* Si inſpicbnte Deo animatus eſt homo, eſt igitur anima de ſubſtantia Dei. Extremæ impietatis & inter maledicta cenſeri debet eiuſmodi propoſitio. Nam facilitatem operis hac voluit ratione demonſtrare Scriptura deſignans obiter animi naturam, ſpiritus eſt creatus, viſu non manifeſtus, compos intelligendi, pro-

di,procul à fece corporea ſeiunctus. Ge. Ca. 2.

Et inſpirauit in faciem illius ſpiritum vitæ. Vitalem profectò vim & efficatiam inſpiratio hæc homini condonauit, quæ fuit ipſius animæ ſubſtantia: adiecit enim *& factus eſt homo in animam viuentem.* Ille quippe de luto formatús accepta inſpiratione & ſpiritu ipſius animæ factus eſt in animam viuentem, id eſt efficientem, mouentem, & cui membra corporis ſubminiſtrarent. Sed dicat aliquis, ſi nobilior animus corpore, priùs quod eſt ignobilius conditum fuit. At, ô chariſsime, nònne vides hoc idem in creatione vſuueniſſe? Nam poſtquàm cœlum, terram, ſolem, cunctaque animalia Deus creauit, poſtremò finxit hominem, cui imperium omnium rerum debebatur. Eodem modo in hac hominis conformatione, primùm corpus effingitur, deinde præſtantior animus inſpiratur. Quémadmodum enim cæteræ animantes, quę vſui homini forent, ante hominem conditę ſunt, vti præſto eſſent, cui creatæ fuerant: ita & corpus priuſquàm animus formatur, vt ſimul animus proferetur, haberet in promptu corpus ad ſua munia obeunda.

'NVOI

CYRIL. Cùm homo ſit animal ingenioſum maximeque diuinũ, qui ſupernæ illius gloriæ imaginẽ aliquam referat, ne eandem videretur in opificio cũ ceteris minus vtiq; dignis rationem ſortitus & premeditatione dignatur, & arte, qua priuatim fingeretur à Deo: qui cùm ſtatuã de terra finxiſſet, animal ipſum perfecit, rationis particeps, atque vt, in ſuam ipſius naturã recurrẽs, immortale foret, & incorruptũ, id, à quo viuificaretur, ſtatim im preſsit. Nã *inſpirauit,* inquit, *faciẽ eius ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in animã viuentem.*

DIODORVS. Animus noſter ſpiritus eſt, vnde inſpirationi diuinæ merito eius opificium adſcribitur, perinde ac ea quæ videntur manibus Dei fabricari ſepè prophetæ dixerunt. Illud nouiſſe debemus in cæteris animantibus creandis ſimul dixit Deus, *producat terra animam viuentem,* ſtatim facta prodijſſe ſuam viuentia vitam. Hominis verò corporis primò inſtrumentũ conformatur, deinde opifex animũ inſpirat. Et quod in eo potius eſt, ſecũdum locũ obtinuit, ne carnẽ ſuã deſpiciat ille, neq; plus nimio ſe extollat de egregia ſua pręſtantiq; natura.

Ge. cap. 2. *Plantauerat autẽ Dominus Deus paradiſum*

diſum in quo poſuit hominē quē formauerat. Quid igitur viridariū hoc plantauit Deus, ſi paulo mox ex eo erat excludendus Adam? Primò quidē ex prouidentia nūquam pœnas irrogare Deus conſueuit, licet enim Adæ cōmiſſum longè prouideret, bonis nihilominus voluit impertire: deindę,quia prælibatis diuinis largitionibus poſtmodū homo peccatum magis exhorreſceret,cuius culpa tot tātiſque bonis ſpoliaretur .Adhæc decebat æquū iudicem ſtudioſis athletis virtutis præmiū ꝓponere. Quapropter de regno loquens,Venite,inquit,benedicti patris mei & poſsidete regnū,quod vobis ab orbe cōdito paratum fuit. Sunt etiā qui dicāt cœleſte hoc eſſe viridariū, verùm cū in ſacro codice legatur, *produxit etiam Deus de humo omne lignum pulchrū ad viſum & veſcendum ſuaue*,temerarius eſt,nimiūq; audax ille, q ſuę innixus coniecturę doctrinam ſpiritus repudiat. THEODORE.

Paradiſum voluptatis. Alij legunt,paradiſum in Edem ad orientem , atque ita appellari dicunt eiuſmodi viridariū: Alij nomē id eſſe regionis, quæ paradiſum cōtineat, vnde finxerat Deus Adam ex eius loci appellatione nomē adeptū: Edem ſiquidē lutū ſignificat.Edē modo Ge.cap. 2.

Eſau dictus eſt,quod lutea lenticula ſua vendiderit primogenita,atque hoc vero magis conſonat.

Ge. cap. 2. *Plantauerat autem Dominus Deus.* Ani-

IOAN. maduerte obſecro hoc loco,ſi verba pro dignitate Dei non acciperentur,in quod præceps de neceſsitate dilabimur. Quid igitur proferēt in his verbis ij,qui omnia, quæ de Deo dicuntur,ſecundum homines audent interpretari? Quid?ligone opus erat diuino numini,aut georgica cura,vt viridarium excoleret?abſit. Sed hic plantauit pro edixit accipiendum eſt, fieri viridarium vbi cõformatus homo degeret.Quod enim paradiſum idcirco parauerit,quæ ſequuntur liquido demonſtrant, *Produxerat Deus paradiſum voluptatis ad orientē olem in Edem,in quo hominem poſuit quem formauerat,* vbi nomē quoque loci Moſes appoſuit,quo minus occaſio nugatoribus daretur infirmiores decipiendi,garrientes tale viridarium in cœlo eſſe,non in terris,licet hic diuina hiſtoria ita diligentiſsima inueniatur,vt à vero poſsit aberrare nullus.

SEVER. Edem interpretatur delicię,vt ſit, plãtauit Deus paradiſum in delicijs.i.in loco delicijs referto. Vnde poſtremo, *Et deiecit,* inquit, *Adam & collocauit illũ ante paradi-*

radi-

radiſum deliciarum.Sed cur ad ad oriētem potius quàm ad aliam partem cœli?Præmonens quod futurum erat,Deus hominem ibi primū habitare voluit, vnde principiū lucis exoriretur:nā queadmodum ſydera ab ortu tendētia ad occaſum rurſus apparent,ſic & hominem oportebat à vita properare ad mortem & occidere, rurſuſq; renaſci per reſurrectionē à mortuis.

Nomen vni phiſon. Flumen hoc in ſinum Perſicum influens alij Gangem nominant,& Nilum, quod Gehon hic: ſed & illa,ibi naſcitur bdellium & lapis onycinus, diligentiores commutant,ibi naſcitur carbunculus & lapis praſinus, ideſt virides lapilli,legētes. Sed cū Tigris Euphrateſq; fluuij dicantùr à pleriſq; ex Armeniæ montibus erūpere quomodo Moſes refert illos manare de paradiſo? Eſt alios itē videre fluuios,qui non lōgè à ſuo fonte ab occultis cuniculis ſpecubúſue abſorbeantur, vnde rurſus ſcaturiunt in alias regiones: id in Tigri & Euphrate, poteſt euenire, vt cum exoriantur in paradiſo, prout admonet ſacra Scriptura, per quoſdam deinde latētis meatus aliò de nouo fonte prorumpant. Neque hoc temere à Deo excogitatum, ita enim curioſum Ge. cap.2.

rioſum & audax mortale genus ab inquirendo paradiſo ripas legentes fluuiorum deturbauit, præſertim cùm & viæ longinquitate, tum rerum penuria laborantes facilè in eo ſtudio perijſſent. Quando etiam in hoc rerum ſtatu (tale eſt ingenium hominum) multi in ardua ſe loca ſolitudinesque dimittant, vbi à barbaris ſæpè gentibus cõficiantur. Hoc igitur Deus, quæ ſua eſt erga nos charitas, veritus, incertas voluit eſſe & occultas talium fluuiorum deriuationes.

Gen.cap.1. *Et poſuit ipſum in paradiſo deliciarum, vt operaretur & tueretur illum.* Operaretur, inquam, preceptum Dei & crederet, tueretur autem propter quid? nulli erant fures, viatores nulli, vt ſcilicet illum ſibi haberet atq; ſeruaret, ne quid ipſe committens amitteret. Tria porrò arborum genera quæ numerantur, aliæ quidem vt ille, viuat cõparatę ſunt, aliæ vt benè viuat, aliæ vt ſemper viuat. Nã cùm cæteræ omnes victum ſuppeditarent. arbor ſcientiæ recte viuendi rationem ſubminiſtabat, arbor autem vitæ, vitalem inſtaurationem.

THEODORE. Sunt quam plurimi, hoc loco preſertim qui Porphyrium illum execrabilem conſectantur, qui dicant, quamobrẽ Deus interdixit homini co-

gnitione

gnitione boni & mali? Eſto, malum prohibuit, cur etiam bonum? Atqui ſcientiam boni nequaquam Deus ſubtrahere voluit, qua erat iam præditus Adã, alioqui quomodo particeps rationis & ad imaginem Dei confirmatus? quomodo agnouiſſet vxorẽ atque eius naturæ vim expreſsiſſet? *Os, inquit, ex oſsibus meis, caròque ex carne mea:* qua etiam ratione futura prædiceret: *ipſa vocabitur virago.* Horum ille peritus bonum ignorabat? Sed & qui Deũ nouerat & nominũ multitudine redũdabat carebat ſciẽtia? Quid igitur ignaris præſcribitur lex? Voluit nimirum Deus cognitionem boni nequaquam impedire, ſed hoc ne ſimul cum boni ſciẽtia coniũgereter cognitio mali: Quod alio teſtimonio ſacrę ſcripturę enucleatur. Paulus enim nõ poteſtis, inquit, calicem domini bibere & calicem Dęmonum. Itáne Apoſtolus vtrunque vetat? Hæc minus autor ſalutis, non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ. Fieri ſiquidem non poteſt, vt Deo ſimul ſeruiatis & Mammonæ. Haud ſecùs prohibuit Deus ſcientiam mali, ne ſimul cum bono cõfunderetur, nam quod illi ſcientia priùs, mox experientia didicerunt. Cæterùm quamobrem hoc lignum ſiue ar-

bor

bor appellatur perita boni & mali? profectò non quod illi talis natura ineſſet, ſed quia talem præbuit ſuppoſitionem & hypotheſim ex idiomate Scripturæ. Fons ille in Eremo appellatus eſt aqua contradictionis: nunquid inerat ea vis in aqua, quæ populum ad contentionem impelleret? Nec Moſes ex ea cum ebibiſſet, cum Deo contendit. Quemadmodum igitur aqua contradictionis fōs ille dictus eſt, ex ea, quæ accidit, hypotheſi, quomodo & Iacob videns Deum, locum cognominauit videns Deum: ſic & lignum ſcientiæ, non quod ſcientiam habeat, ſed quia is, qui peccat in cognitionem venit eorum, quæcunque peccat.

THEOD. Arbores eiuſmodi, vitæ & ſcientiæ intellectú ne oportet, an ſenſu percipere? At vero & has terra protulit, vt Scriptura teſtatur: aliam itaque naturam à cæteris arboribus nullam habebant. Et quo pacto lignum crucis, lignum ſalutis eſt appellatum, quia credentibus ſalutem conferat: ſic etiam de huiuſmodi plantis dicendum. Pullulabant illæ quidem de terra more aliarum, ſed alterum lignum dicitur vitæ, alteri ſcientia tribuitur

tur boni & mali, quia in his ſenſus cognitioq́ue peccati verſaretur, vnde etiam certamen veluti quoddam Adæ propoſitum fuit, cuius præmium erat, ſi mandatum ſeruaſſet, alterum vitæ lignum. Simili ratione etiam Patriarchæ locis puteiſq́ue nomen indiderunt: atque alius dictus puteus viſionis, non quia videndi vim infunderet, ſed quòd illic viſus eſt DOMINVS: alius puteus iuramenti, apud quem ratum eſt iuſiurandum. Sed & collis etiam appellabatur teſtis, licet inanimus, quia illic fœdus inter ſe percuſſerint. Et viuens aqua dicitur baptiſma, quòd ex ea vitæ gratia condonetur. Ex præſcripto igitur diuinoq́ue termino vitæ lignum appellatur, alterum verò ſcientiæ, quod ignari criminis à tranſgreſſione mandati, in eo culpæ conſcientiam induerunt.

Ex omni ligno paradiſi comede, De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. Ge.cap. 2.

GREGORIVS.

Tropus, quo ſcriptura ſæpius vtitur, demonſtrat hoc etiam loco aliud mihi genus edulij, quod animo potiùs, quàm corpori inſeruiat. Comedite de panibus meis, ait Sapientia eſurienti-

entibus. Et Dominus ipſe, Si quis ſitiat, veniat ad me. Eſaias etiam. Bibite lætitiam. Contrà ſi quam prophetæ prædicunt vltionem, famem & caritatem minitantur: nec minus in Edem quoque fructũ aliquem conijcere licet, delicias animi, qui certus perpetuuſque vigeret, ſine aliqua tempeſtatum viciſsitudine. Arborem quippe vitę ſapientium ipſum, teſte Salomone, intelligimus, qui eſt ipſe Dominus noſter. Et Dauid, deliciare inquit, in Domino. Huic ligno ſiue arbori aduerſatur alia, cuius cibus eſt boni maliq; cognitio, vbi nõ pro ſcientia cognitio accipitur, quæ bonum diſcernit à malo, ſed affectus quidam eſt omni cũ delectatione. Cognouit Dominus, inquit, eos, qui ſui ſunt. Et ad Moſem, Cognoui te ſupra omnes. Ad improbos verò, Neſcio vos. Lignum igitur à quo permixta ſubmittitur hæc cognitio vitiũ eſt & malitia, quæ cùm peſsima ſit, aliquo tamen prætextu boni ſeſe commendat, ita vt dulces illius radices fructus proferant amaros. Quis enim in ceno libidinis ſeſe immergat, niſi voluptatẽ opinetur eſſe bonum? Talis igitur cognitio meritò vetatur, quæ ducit ad mortem, quæ vt à ſerpente, prima ſpecie boni commendatur, ita eos, quos alli-

allicit, ſeparat à Deo.

Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ. Et vniuerſis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea. Videntur hęc penitus contraria ſuperioribus: Quinto enim die protuliſſe aquam volucrum omne genus refertur, nunc, *formatis*, inquit, *de humo*. Præterea ſolus ex humo formatus fuiſſe videtur Adam, cętera iuſſa ꝓdijſſe. Verum hæc, quia ſummatim ac veluti ex epilogo repetuntur, haud ita diligenter expẽdenda: ſed quid neceſſe eſt, vt vi illius, ET, cõiunctionis omnia verba copulentur, ſatis eſt adiungere, *& formatis vniuerſis volatilibus cœli.* Quæ licet ex aqua vel terra iuſſu Domini extiterint, cùm tamen per eum ſuam formã acceperint, iure quoque formata dicuntur à Deo, ſicut creata & facta. Ge. Cap. 2. SEVER.

Ex his quæ dicta ſunt, neminem puto dubitare ne illum quidem, qui cõtumacior ſit, quin paradiſus exiſtat ipſa re, neque intellectui modo, quẽadmodũ nõnulli opinantur, ſed etiam ſenſibus pateat, cùm quatuor ibi flumina oculis videre eſſet, & ſua quidque appellatione notaretur. Quod ſi hæc corporea, nimirum & paradiſus, qui irrigabatur ab illis euidẽs ACACI.

lis euidens & ex materia rerum. Porrò ſi Paradiſus, item etiam plantæ: ſi plantæ & arbores, lignum quoque & ſcientię & vitæ. Sed fuiſſe Paradiſum ſenſib⁹ manifeſtum id, quod de Sodomis dicitur, perſuadere poteſt. Erat, inquit, tãquã Paradiſus Dei. Neque enim quod ad ſenſum pertinet, cũ eo cõparaſſet, quod eſt in intellectu, quomodo nullus etiam dicat hoc pulchrũ corpus, ſicut animus. Neque eſt, quãobrẽ aliquis admiretur, ſi per arbores, quæ ſenſibns occurrebãt, immortales fierent homines, boni malique ſcientes, quando & per aquam hanc, quæ apud nos eſt, abluãtur peccatorum feces, & panis vinumque ex hac materia veſcentes ſanctificet. Quin admonet nos quotidie experientia, nõnulla eſſe pharmaca, quæ præſentem afferant mortem. Vnde nemini videatur incredibile vitæ ſimiliter lignum ſuam habuiſſe materiam, cuius ope culpa fecit, ne frueremur. Sicut autem mortis duæ ſunt rationes, hæc nempe corporis, illa animi: ita etiam vitæ duplex eſt ratio. Vnde lignum fortaſſis vitæ, quod intelligitur, animæ ſubminiſtrat immortalitatẽ, quod verò ſenſibus apparet, corpus iugiter inſtaurat.

Tulit

Tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Conciliare ſimul genera Autor naturæ voluit, idcirco Adam quidem ipſum finxit ex humo, & mulierem ex Adam, vt eandem illorum naturam demonſtraret, & naturalem quendam infereret illis & mutuum amorem. Nam & ſi res ita ſe habet, viri nihilominus mulieréſque inter ſe diſſentiant atque contendant, quid ſi ex aliena diuerſaque materia mulierem deduxiſſet? prudenter igitur & diſpeſcuit & rurſus coaugmentauit. Nuptiæ ſiquidem in vnum genus coëunt, *& erint*, inquit, *duo in carne vna*, idque ex eo, quod ex ijs generatur, verum deprẹhenditur. E nuptiali ſiquidem copula vnus ex duobus pullulat fructus, qui ab altero ſeritur, educatur ab altero, & ab opifice demum naturæ abſoluitur. Ge. Ca. 2. THEO.

Hoc nũc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Cùm multa nos alia tũ hęc maximè monẽt Adã fuiſſe mutiplica gratia refertũ, qui cũ mulierẽ, dũ cõformaretur, nõ vidiſſet (dormiebat enĩ) ſimul tamẽ producta illi eſt à Deo, agnouit, vaticinaturq; nullã ꝑpterea mulierẽ ex homine oriturã quomodo de ſe ꝓdijſſet Eua. Id enĩ Ge. Cap. 2. DIODO.

eſt quod illa verba ſonant, *hoc nunc os ex oſsicius meis*: qeumadmodum verò Symmachus ac Thodotio interpretantur, hoc ſemel os ex oſsibus meis. Nam aliæ, qua propagabuntur mulieres, de mulieris virique copula, nuptiali lege exorientur. Sed nunc quamobrem de coſta, vt omnibus non modo vitæ bonis, ſed parentibus etiam anteferant ſe ipſi, qui in vnam carnem conueniunt.

GENNA. Cùm Deus mulierem à viro adamari naturaliter maximeque vellet, de viro conformauit illam, non ex ea quidem parte, quæ anterior eſt, ne illi videretur quaſi aduerſariam ſuſcitare, & quæ ex æquo contra ſtare poſſet, ſed neque ſimpliciter de poſteriori, ne vilior eſſet & minus dignaretur honore, verùm de coſta produxit, quæ medium tenere locum videtur, vt apud virum quendam ſeruet honoris ſubmiſſionisque tenorem.

Ge. Cap. 3. *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus.* Cùm ſerpẽs animal mutum ſit & irrationale, quomodo cum Eua colloqui poterat? inſtrumentum hoc erat eius, qui veritati ſemper infenſus fuit, quod in ſacris euangelijs Dominus apertè

pertè declarat. Nam cùm Iudæis dixiſſet, è patre Diabolo eſtis, addidit, ille homicida fuit ab initio. Hic igitur per ſerpentem cum Eua colloquitur, nam cum imperium à Deo accepiſſet Adam & Eua omnium animalium, ſub vnius prætextu ex ijs quæ ſub ditione illorum erant, laqueum obtendit, quò magis dolum perſuaderet. Quod autem à ſacris autoribus is, qui per ſerpentem noceat, vocitetur ſerpens, teſtatur Eſaias exclamans. Illo die adducet Deus gladium ipſius ſanctum, magnum & fortem aduerſus Draconem, ſerpentem obliquum & robuſtum.

Satan hoc loco ſerpens vocatur à vi, qua præditus eſt, nocēdi extortuoſo multiplicique ingenio: quemadmodum & autor ſalutis ait, Videbam Satan veluti fulgur de cœlo delapſum, en dedi vobis poteſtatem calcādi ſerpentes & ſcorpiones, vireſque omnes aduerſarij: Satan namque & Zamael, & ſerpens & malu & Diabolus ex ingenio ſuo appellatur. DIOD. & GENN.

Dixitq́, ſerpens ad mulierem: Quamrem præcepit vobis DEVS, vt non comederetis ex omni ligno paradiſi? Ex ijs verbis manifeſtum fit, Adam Euamque nihil Ge. Cap. 3.

hactenus deguſtaſſe, alioquin Diabolū non latuiſſent, neque fuiſſet quamobrem percontaretur, *cur præcepit vobis Deus ne comederetis ex omni ligno paradiſi?* Sed quid hęc interrogatio velit, penſitemus. Nouerat ille, vti par eſt, Adæ ſimul & Euę pręſcriptam fuiſſe aliquam legem, gnarus quicquid eſt tam rationis particeps, quam expers, item quod non manifeſtum ſit, aut manifeſtum viſui, cenſeri ſub aliqua lege, quęcunque placuerit creatori, quæ tamen ea lex eſſet, penitùs ignorabat. Neq; enim primo loco quod minimè verum erat, attuliſſet: quando maximè nequitiam perſuadere conabatur. Coniectura igitur ex certis indicijs vtitur. Conſtat enim Deum non vtiq; voce aut edicto tuliſſe legem primis noſtris parentibus, ſed impreſsiſſe (ſic dicam) in illis, ſua in rebus omnibus energia, formulam legis & obedientiam, perinde ac in prophetis efficere ſolet. Cùm itaq; Diabolus legē tenere nō poſſet, quā vox nulla expreſſerat, hominéque cęterorū modulo metiretur exlegē omninò nō arbitabrat̄. Porrò cętera animalia contēplās cibū ſibi cō paraſſe de terra ſimul edita fuerant in lucem, Adā verò & Eua nihil adhuc p̄libaſ ſe guſtu,

ſe guſtu, ita homine à Deo cõſtituo, ne aliarũ animãtum exemplo vẽtri ſemper ſeruire cogãtur, ſed ſtato ei rei tẽpore, ſi in cẽſu generis humani referri, non autẽ in beſtiarũ ordinẽ redigi velint, credidit omninò hoc non ex modeſtia naturali, ſed quòd ita iuſsiſſet Deus, illos non ſolniſſe ieiunium. Quocirca percontatus eſt Euam, quamobrem vos Deus ſolus eſſe ieiunos in tantis opibus iuſsit?

Eritis ſicut Dij ſciẽtes bonũ et malũ: Eritis ſicut heloym legitur apud Hebręos, quę dictio ęquiuoca eſt de Deo, Angelis, Iudicibusq;. Eritis igitur eximij, bonorum malorũq; periti: neq; ideò quiſquã exiſtimet ante vetiti pomi eſum fuiſſe Adã ſine intellectu aut ſine cognitione. Nã anteq̃ peccaret, imaginẽ Dei. i. intellectũ habuit, qui verũ à falſo diſtinxit, vnde eſt omniũ rerũ vera cgnitio: ſed neq; bonũ aut malũ, intellect⁹ eſt, ſed earũ rerũ, quę pertinẽt ad ſenſum. Cũ igitur Adam ante detrectationẽ pręcepti recto vteretur intellectu, pfectaq; natura, nulla vis ĩ eo excitabatur, quæ declinaret ad ſenſus, curareuue ea, quæ deinde extremi pudoris fuerunt, nudatũ corpus, & concupiſcentia carnis: ſimul verò peccauit, debilitatus eſt intellect⁹, at ſenſus emerſerũt.

Ge. cap. 3.

R A B. MOS.

Ge. cap. 3. *Et aperti ſunt oculi amborum.* Sed nec antequam de vetito ligno deguſtaſſent

THEO. conniuebant, alioqui non vidiſſet mulier, bonum ne lignum eſſet necne. Cognitio igitur, quæ peccatum ſequitur, ſtatim enim à peccato pungitur conſcientia, ſic à ſcriptura denominatur.

Ge cap. 3. *Aperti ſunt oculi.* Id eſt refocillati ſunt & recreati ita, vt ex naturali quo-

GENNA. dam corpore excitati ad concupiſcentiam nuptiarum incenderētur, quam de neceſsitate pudor eſt conſecutus, vnde in cognitionem facile venerunt & boni & mali. Quod autem refocillatio per apertos oculos exprimatur à ſcriptura, illud in primò Regum de Ionathan, qui cum in agmine mel imprudēs deguſtaſſet, Oculi, inquit, recuperarunt viſum, & paulò pòſt ad patrem, Viderunt oculi mei. Cæterum ipſe ſerpens cum multa ex arboris dignitate polliceretur mulieri, tum illa de ſuo vafer adiecit. *Morte non moriemini, & eritis tanquam Dij:* nihil enim ex ijs conſecuti ſunt poſtquàm de ligno comederunt, ſed eorum loco ſtatim carnis perturbationes ſenſerunt, & dānatos eſſe mortis, quod iam ad procreandos filios naturali quadam neceſsitate irritarentur.

Non

Non deſunt hoc loco ex hæreticis, qui ſerpentem dicant de hominibus bene meritum: quod eo ſuaſore mẽtis oculos lignum aperuerit, docueritq́; illos & bonum & malum: quaſi quod Deus inuidia negaret, ſerpens autor fuerit habendi, ignari penitus, quod ex apertis hoc modo oculis nihil omnino boni prouenit. Quid enim ex ea re cõmodi habuere, præterquam quod ſe nudos cognouerunt pudore ſuffuſi? niſi enim commiſſum naturam illorum conuertiſſet in mortem, de nuditate nihil ſenſiſſent. DIODO.

Vecordes nonnulli Diabolum præſtitiſſe dictitant, queçũque mulieri de ligno pollicitus eſſet. Nam ille, *aperientur*, inquit, *vobis oculi & eritis tanquam Dij*. Propheta verò paulò pòſt, *& aperti ſunt oculi amborum & cognouerũt ſe eſſe nudos*: ſed hæc quantum inter ſe differant, non animaduertunt. Diabolus ſiquidem per oculos apertos inſinuare conabatur mentis quoddam acumen & maiorem ſcientiam rerum, quę proxima Deum eſſet, ita vt bonum à malo dijudicare poſſent. Apud Moſem verò nõ ita ſe habent adaperti oculi, ſed idcirco, inquit, aperti ſunt, quia nudos ſe THEO DORE.

eſſe ſenſerunt:cum ante hac nullo pudo re afficerentur,neque vero dubium eſt, quin animi ratiocinium faciat ex ipſo aſpectu,modo hanc,modo illam affectio nem. Infantes enim non pudet,ſi nudi prodebãt in publicum,ſed nec adulti quidem, dum in balneis lauantur,nõ quod nuditatem non videant,ſed quod ex eo aſpectu nullam admittant in præcordia turpitudinem. Adam igitur & Eua nuper in naturã editi cum nihil adhuc peccaſſẽt,neque aliud quicquam turpe ſuæ naturæ cognouiſſent, pudendam nuditatem non putabant;à culpa vero iniecit illis Deus pudoris ratiocinium, quo veluti auxilio à patrando crimine deterrerentur,cum ſit ipſe pudor vehemẽs in comprimẽdis appetitionibus. Primus vero pudoris ſenſus neceſſario circa genatilia fuit,vt longius pudor abigat hominibus intemperantem coitum.

Ge. cap. 3. *Et cum audiſſent vocem Domini Dei ambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiẽ, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei,in medio ligni paradiſi.* Vide an or do ſit ſtructuræ dictionum,*& cum illi ad auram poſt meridiem vocem Domini audiſſent deambulantis in paradiſo.* Namque ad aurã.i.ſub dio tunc fuiſſe Adam cũ cõiuge ſuo

S.S.

ge ſua, ſequentia docent: Simul enim ſonitum aduenientis Domini inaudierunt, ſub arboris tegmen ſeceſſerunt.

Quia feciſti hoc, maledictus eris inter omnia animalia & beſtias terræ. Quid igitur ſi Diabolus fraudis eſt autor, ſerpens inſtrumentum damnatur? Hanc prorſus imprecationem iaculatus eſt Deus in autorem facinoris, nã & ille ſerpẽs cognominatur nõ quod à Deo eiuſmodi naturam acceperit, bonus enim creatus fuit inter eas poteſtates, quę ſunt incorporeę, ſed cum ſua ſponte deflexerit in malum, ab eo, quo fu erat honore inſignis deturbat⁹ deiect⁹q; in terras, illic quoq; talẽ in eodem inſtrumẽto execrationẽ ſuſtinet: cũ enim ſerpẽtẽ videm⁹ ſinuoſo ſe corpore volutare p cenũ, antiquę imprecatiõis memores addiſcim⁹, quãta mala peccatũ conciliet ijs nõ modò qui peccãt, ſed etiã qui peccatũ ſuadẽt: atq; ex hac re nullo ſerpẽs affi citur incõmodo, vtpote cui naturale ſit ſerpere humi. Quicquid enim à natura eſt moleſtia carere videt. Homo verò ex ea ſpectaculo nõ parũ ſibi vtilitatis recipit. Sed Deus cur Diabolũ creauit gnarus in q̃ partẽ ꝓlapſurus erat? Cũ Deus naturã illã fecit incorporeã immortalitatis ratio niſq; priuilegio cõdecorauit, cui peculiarẽ ſuũq; eſt rerũ arbitriũ, liberatq; volũtas Gc. Cap. 3.

Ex his igitur partim creatorem ſuum agnoſcētes ſuā in eum dilectionem integerrime coluerunt, partim in contrariam partem deflexerunt, id quod in hominibus videre etiam licet: quorum alij ſunt virtutis, alij vitiorum ſectatores, neque ob eam rem incuſandus eſt autor omnium rerum Deus. Si in electione liberáque voluntate amorem virtutis eſſe voluit, nō autem inſitum in natura, alioqui defraudarentur ſtrenui virtutis Athletæ legitimo p̄mio. Ecquanā ipſi ratióe deprehēdi poſſent? Cū igitur bona vel ſecus eligendi copiam habeat animus noſter, hi merito victores coronantur, illi pœnas luunt eorum, quæ ex electione ſentētiáque ſua perpetrarunt.

Ge. cap. 3. SEVER. *Super pectus tuum gradieris & c.* Cùm Satan ipſum vocauerit ſerpentem, non potuit elegantius denotari conditio naturaque illius, quam in eiuſdē metaphoræ deſcriptione ſeruata: cum enim nihil ſit illi cum cœleſtibus, neque ſe poſsit ad ea erigere truncus veluti pedes, merito humi ſerpere dicitur, terrámque comedere angelorum pane priuatus. Præterea cum nequeat ille ex aduerſo nocere nobis, vtitur inſidijs & inuadit à tergo, à filio nunc hominis conculcatus Chriſto

Ieſu,

Ieſu, vnde maledictus cum fuiſſet in præſenti tunc tempore, cætera reſpexere futurum tanquam vaticinia.

Maledicta terra in opere tuo, in labore comedes ex ea. Sunt qui DEVM audeant inſimulare inhumanitatis atq; ſęuitiæ, quod ob exiguum cibum ſæuam irrogauerit pœnam non modo criminis autoribus, ſed ijs etiam qui de illorum genere procreantur. At vero qui pietatem colunt, in primis credere oportet, quicquid à Deo fit ſiue iubetur, ſanctũ, iuſtum, bonum & humanum eſſe. Nam ſi hæc omnia ineſſe fatemur in Deo, quæcunque etiam ab eo adminiſtrantur non poſſunt eiuſdem rationis non eſſe. Adhæc illud pro comperto habendũ, quod lex omnis etiam ſi de minimis caueat, eiuſdem eſſe autoritatis cum ea, quæ grauiores res coërceat, iubeátue, præcipue verò diuina. Attamen quæ de circumſecãdis pueris lata lex eſt, nónne vides etiã ſi non ſeruetur, nullam inferre proximo noxã. Legis tamen lator, quicunq;, inqt, mas non circumciditur octauo die, exterminabitur: Nec quæ de homicidis adulteriſque lata pœna eſt, reos omnes condemnat. Quia tamen infandi hæretici inſtrumẽto veteri ſemper infenſi eiuſmodi legem

Ge.cap. 3.

THEODORE.

legem damnare non ceſsant, ex Euangelicis edictis idem efficere iuuat. Eſt igitur inter ea edicta, quicunque petulanter mulierem aſpexerit: reus eſto adulterij: Et qui temerè iraſcitur, iudicio addicitor. Quiſquis iureiurando vel ꝙ verũ eſt affirmet, in diabolicam factionem referatur, atque id genus alia multa, in quibus omnibus Deum dictitant æquum & bonum, ſæuũ vero & immitem apud inſtrumentum vetus: at hæc multo triſtiora videntur, & magis inhumana. Sed hęc illi, quod ſuum eſt maledicum ingeniũ effutire audeant, nos vtriuſque legis autorem Deum agnoſcimus: diſcrimen verò fecit perſonarum ratio, quibus illa ferebãtur. Etenim ille veluti prudens magiſter infirmis parum robuſta propoſuit, perfectis verò perfecta præcepit. Adhæc animaduertendum eſt etiam illud, quod primo tempore reus perluit multas & alias & inexorabiles, vt cæteri eorum exemplo à ſcelere deterreantur: veluti in Sabbato colendo, qui eo die vel ligna tantum colligeret, ab vniuerſo tunc populo lapidibus obruebatur ita iubente Deo, vt pœnarum ijdem exactores facti, magis exhorreſcerent trãſgreſsionem. Succedente verò tempore

cum

cum multi iam Sabbati legem negligerent, patienter hoc tulit legis lator. Sic & Cain primum homicidam ſine venia mulctauit, vt eius temporis homines ſimul & poſteros ab eo facinore deterreret. Cum deinde multiplici ſe homicidio polluerent homines nõ de ſubito pœnas irrogauit. Oportebat igitur etiam Adam, qui primus legem acceperat, quæ facilis leniorque eſſet, cæterarum ſiquidem arborum facta illi copia eſt, vnius tantum vſus interdictus, dare culpæ pœnas, vt ſuo generi foret exemplo. Quod ſi Deus grauiter iraſcitur, quemadmodum ab impio Marcione dicitur, qui leuem ob culpam edulij mortem irrogauerit, quid eſt, quòd cùm mortale genus eſſet in omnem impietatem iniuſtitiamque delapſum, non modo non perdidit, ſed oblato vnigenito filio per crucis patibulum ſalutem mundo recuperauit? Atque hæc omnia dicuntur à me in eos, qui DEVM volunt iracundia percitum parùm humaniter in homines ſe habuiſſe myſterium diſpenſationis penitùs ignorantes. Eos enim qui in rebus ſacris eruditi ſunt, latere non arbitror, nihil à Deo fieri pœnitendum: hoc enim accidit ijs, qui inſta-

bili

bili ingenio ſunt & inconſtantes: his mo do rebus, illis modo perculſi ac futurorum plane ignari. Totius autem naturæ Deus immutabilis eſt: & quæ nondum facta ſunt perinde tenet, atque ea, quæ dudum fuerunt. Is igitur ſtatim à principio prouidens Adam fore ſua culpa mortalem ita eius naturam temperauit, vt maſculum corpus fœmineumque ſimul conglutinaret ad procreationem filiorũ propagationemque generis maximè neceſſarium: naturæ ſiquidẽ immortali nihil opus eſt fœmina: quapropter ſubſtantias incorporeas Deus vno veluti iuſſu oẽs edidit: mortalium verò naturã per interualla condidit marem & fœminam addita multiplici benedictione. Verùm cum omnia alia Deus Adæ comedenda propoſuiſſet ante edictum, quod futurum erat, præſignificauit. Quid enim cum immortali cibus? totus hic vſus mortalium eſt, id quod etiam Dominus noſter monere videtur, nam poſt reſurrectionem dixit, nullas nuptias celebrabũt, ſed quales angeli in cœlis. Suppliciũ itaque Adæ non ad iracundiæ motum, ſed ad prudẽtem rerum diſpenſationem referendum. Quo igitur à poſteris minus præcepta negligerẽtur, vt quæ mortem inducerẽt,

eo calculo protoplaſtos damnauit maximum concitans odium aduerſus peccatum procurato nihilominus ſalutis noſtræ remedio per vnigenitum ſuum & à mortuis excitationem & immortalitatem. Sed ne illud quidem immite ducendum. Terra es, & in terram reuerteris. Te, inquit, de terra effingens in multo præſtantiorem naturam prouexi, cùm verò legem ſeruare nolueris, in priſtinam conditionem prolabêris. Ecquid hoc ne leue commiſſum videri poteſt? Quomodo illi copia fuerit omnium aliarum rerum, de ſola tamen arbore comeſſe primum libuerit, quæ vetita erat, poſthabitis alijs: cuius maximę rei damnati ſunt. Nam *quis*, inquit, *indicauit tibi quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, cõediſti?* Non ea culpa leuis, quę primum inuadat, quod vnum vetabatur, quanquam mors legem trangreſſis maximè cõfert, Si enim immortales immortalia peccarent, irritamenta corporis nunquam exuerent.

Quid in cauſa, quod cùm Deus dixiſſet, *in quocunq; die comederis ex arbore ea morte morieris*, ſtatim tamẽ à culpa nõ perierũt. Contraria hęc ſuperiori calũnia.

Paulò antè Deũ triſtem inhumanũ dictitabant,nunc eius damnãt humanitatem. At benignitatẽ laudare Dei magis q̃ vituperare decebat:more ille ſuo grauiora minitatur q̃ exigere velit,ſicuti paſsim legere eſt,in codicib.ſacris. Verũ hoc loco mortem ꝓ mortaliũ conditione accepit, quẽadmodũ Symmachus etiã expoſuit: Quo igitur die qs comederit, morte morietur.i.mortalis euadet.Simul eñ damnati ſunt,mors interitũ quotidiè intentabat.Qui verò nunc Chriſto credentes iugulantur, viuunt magis in dies reſurrectionem expectantes regnumq́ue cœleſte.Spe ſiquidem ſeruati ſumus.

Ge. cap.3. GENNA *Conſuerunt folia fici fecerũtq́; ſibi perizomata.* De ficu ꝓcul dubio,patet ex his,ꝓcepiſſe Deũ,ne quid illi veſcerẽtur: neq; enim veriſimile eſt, cũ deguſtationẽ illicò ſecutus ſit pudor,relicta proxima arbore alias errabundos quęſiſſe cuius folijs cõtegerẽtur.Sed neq; cùm aduenientem Deum pſentirent,ſub ea arbore latitaſſent,q̃ reos feciſſet illos. niſi ſub ea etiamnum comedentes deprenſi fuiſſent. Illud etiã monuiſſe hoc loco non fuerit abs re, ꝙ homo die ſexto conformatur, in paradiſo collocatur, præceptũ de arbore accipit, & reus expellitur:cùm igitur

tur nihil adhuc decerpſiſſet, ſuadetur à ſerpente, vt in yetitum conuertatur. Attamen cũ res ita ſe habeat, tanta tamẽ eſt nõnullorũ ſtoliditas, vt de arbore ficu ſententiã nõ admittãt, nouũ hoc aliud lignũ itelligi dicẽtes oportere, quaſi verò genus aliqđ ligni aut nouũ eduliũ culpã faciat, non aũt ꝑceptũ, quod ꝑſcribitur quotieſcunq; negligatur in oĩbus rebus. THEO.

Fecit quoq; Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, et induit eos. Sũt qui ꝑ tunicas Allegoricè carnẽ ipsã noſtri corporis intelligãt: alij detractis arborũ corticibus pro veſtib⁹ vſos dixerũt. Neutrũ probo: hoc em̃ nimis videtur affectatũ, illud fabuloſum eſt. Cũ enim corp⁹ Scriptura prius factũ q̃ animã fuiſſe teſtetur, nõne ridiculũ, ſi poſt cõmiſſum carnem iuduiſſe mortalẽ credant? O nos curioſos, qui vnde fuiſſe pelles Deo, perſcrutemur ad noua indumenta. Acquieſcendũ potius eſt ijs, q̃ ſcripta ſunt, & ꝑ comperto habendũ, nihil vnq̃ deeſſe Deo, nihil in theſauris ſuis non contineri. Quin poti⁹ benignitatẽ ei⁹ immẽſam admirari debemus, q legis quoq; tranſgreſſos refouẽs indumẽtorũ deſiderio deeſſe noluit. Ge. cap.3. DIOD.

Venit in quęſtionẽ, quid ſint tunicę ex pellibus, quibus indutus eſt Adã, quãdo THEO.

eo tempore nullum adhuc animalium genus cedi deſtinari poſſet, vix dũ mare fœminaq́ue creatis: neq; etiam veriſimile eſt iuſsiſſe Deũ, vt in hanc rem iugularẽtur, preſertim cũ homines nõdũ carne veſcerẽtur. Nec minus abſurdũ videtur, tunicas de nihilo creaſſe, qui in cõdendo homine deſijt ex nõ extãtibus aliquid creare, abſoluto orbe. Verũ qui in eiuſmodi queſtionibus curioſi ſunt, ignorare videntur, quod eo verbo nõ pelles tãtum ab animalibus, ſed cortices etiã detracte ex arboribus intelligim⁹: ijs igitur arborũ libris, quos ad eam rẽ aptiores inuenit Adam tunicas ſibi cõparauit inſpirãte Deo.

Ge. cap. 3. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum*. Quia dixerat Diabolus, *eritis tãquam Dij boni maliq́ſcientes*, atq; ex ea re mortẽ acceperãt premiũ, cum ironia ꝓnunciauit hoc Deus, nullas eſſe Diaboli pollicitationes oſtẽdens. At de arbore vite nihil eos guſtare voluit, haud equidẽ inuidẽs, ſed à curſu peccati potiùs reuocãs. Medicina igitur mors, non ſuppliciũ: Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus à eſt peccato, autore Apoſtolo. Ex aduerſo paradiſo collocauit, vt prioris iucũde vite ſemp memores pecca

tum de-

tum deteſtarentur, vtpote vitam apportans duram & pœnitendam.

Ecce Adam quaſi vnus ex nobis. Talium pnũciatione verborũ maximè vellicatur Adã: Intelligit enim lõgè aliter illi eueniſſe ac ſerpẽs promiſerat, dixerat enim, *eritis tanquam Dij.* En, inquit, habet Adã, quod ſperauit ex arbore vetita, morti nũc obnoxius, vnus eſt ex nobis: interea quam primũ diſcedat ex ijs ſedib⁹, mortalem veſci immortalitate non decet. Ge. cap. 3. GENNA.

Et collocauit ante paradiſum Cherubim, & flammeũ gladium atq; verſatilẽ ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. Cherubim poteſtates ſunt ex ijs, quę dicũtur incorporeæ & viſu nõ manifeſtæ: eę cũ ad cuſtodiendam paradiſi eligerẽtur, cõformaſſe gladios dicũtur, qui ipſo aſpectu ignei viderẽtur, ſemperq; mobiles, atq; ita Adã ab ingreſſu excluderent. Ge. cap. 3.

At hęc opinio non probatur à nobis, quid enim illic quod nõ cernatur, quales ſunt Cherubim, profeciſſet? Adæ ſiquidẽ nihil impedimẽto fuiſſet, quod nõ appareret: quãuis enim gladius igneus, natura ignis non erat, neq; Cherubim ſunt animãtes, ſpecies tamen quidẽ videbantur. Nam & Iezeciel quadruplici facie vidit Cherubim quę forma naturæ nõ cõ- THEO.

 uenit,

uenit,ei q̃ nõ apparet viſui. Cherubin igĩt vocat omnẽ potẽtiã. Quale illud: q ſedet ſup Cherubin: ideſt q potẽter regnat: & aſcẽdit ac volauit ſup Cherubin, hoc eſt, maxima cũ potẽtia aduenit. Cherubĩ igitur cõſtituit De⁹ .i. ſpeciẽ quãdã velut animaliũ formidoloſorũ impoſuit ꝓ forib⁹ paradiſi, ne illuc Adã penetrare auderet.

Ge. cap. 4. *Ad te conuerſio ipſius, & tu dominaberis illius.* Duplicẽ hęc ſenſum habẽt, aut enim de ſua oblatione dicũtur, id eſt habebis tu rurſus, quę tua ſunt, neq; Abel ex his aliquid percipiet: vel fortè de ipſo Abel potiùs loquitur, ita vt nihilomin⁹ vſurũ Cain priuilegio dicat etiam nunc, quod primogenitus ſit Adæ, ita Gręci: Latini verò codices habẽt, ſed ſub te erit appetit⁹ eius, & tu dominaberis illius, ea forte dicẽdi figura, qua dicitur, nõ mœchaberis, nõ occides, admonẽs illũ latẽter, vt quieſcat, neque malum malo adiungere velit.

Ge. cap. 4. *Omnis igitur qui inuenerit me occidet me.* De hominib. bellè intelligi poteſt, qui ex Adã iam ꝓgeniti eſſent, vnde, puto, Cain vxorẽ accepiſſe: potiùs quam de feris, à quarũ ſęuicia ſibi, vt nõnulli exiſtimãt, ille timebat ex Edẽ excluſus: ſeptẽ vltiões perluet. Nõ quod ſepties peccauerit Cain prefi-

in prefinitũ numerũ poſuit, ſed ita perfe ctã abſolutãq; cędis dãnationẽ appellauit. Nãq; ſcriptura per numerum ſeptẽnariũ ſępenumero pfectũ, qd integrũq; pſcribit. Nihil, inqt, ò Cain te perterreat, nã etſi mori cupis aliena vi, huius voti tñ nõ eris cõpos: ita enim maximo te ſupplicio, quod in caput tuũ coaceruatũ eſt, citius quã par eſſet, eriperes: dabis, inquã, meritas pœnas tãti facinoris, quãdiu viuas, ſugillat⁹ homicida omnib. occurres.

Ec quę ſunt, & quãobrẽ repoſcuntur ſeptẽ ſupplicia vnius cędis cauſa? nẽpe totidẽ quoq; fuere pccata. Quod nullã oblationis rationem habuerit in eligendo. Quod dolens & iratus ex ea re. Quod quieſcere noluerit, licet id iuſſerit Deus. Quod fratri inuiderit. Quod fratrẽ q ſe illi crediderat, interfeciſſet. Quod de ea re interrogat⁹ à Deo, mẽdax extiterit. Pręterea ꝙ genitores maxima triſticia affecerit perẽpto fratre. Nõ iniuria igitur totidẽ ſupplicijs addicitur. Et primũ quidẽ illud eſt, quod execrabilis in execranda terra verſabitur: hæc em̃ per hominem, homo verò p ſe ipſe venit in execrationẽ. Secundum, qd ꝓuentus de terra malignos nec ꝓ ſuo labore feret: Tertiũ habet gemit⁹. Quartum formidinem, vel vt, alij dicunt, DIODORVS.

errorem,incertamque ſedem. Quintum alijs eſt magis triſte & tollerabile minus, lõgius à Deo ſemigrare. Sextum, omnia hæc ad extremam vſque ſenectutem perpeti,quibus ſe per mortem explicare ſæpius exoptauit. Septimum,nota eſt, qua factus inſignis ab hominibus imprudenter interfici nõ poterat,quod ſanè genus ſupplicij grauiſsimum fuit & ignominioſum:ita enim veluti fugitiuus ſeruus & in facinore depræhenſus ſugillationem circumferebat omnibus locis.

Ge.cap.4. *Poſuitque Dominus in Cain ſignum vt nõ interficeret eum omnis qui inueniſſet eum.*

Ecquod hoc ſignũ fuit? ipſum vtique Dei decretum pro ſigno fuit,ne interficeretur:præterea tremor ipſe membrorum ſatis illũ vbique prodebat.Eſt operæ precium,quæ Cain commiſerit ſimul recenſere,vt eius exemplo à tanto facinore abhorreamus.Iram in ſe Dei concitauit,patrem contriſtauit, fratrem occidit,mendacio vſus eſt,terram infecit,coram Domino ementitus eſt.

Ge.cap.4. *Occidi virum in vulnus meum,& adoleſcentulum in liuorem meum.*Haud ſane Lamech duos occidit viros, quemadmodũ exiſtimarunt nonnulli,virum ſcilicet Cain & adoleſcentulum quendam, verùm

ſolum

ſolum vnum et quidem iuuenem, *virum*, inquit, *interfeci in meum vulnus*, & admaiorem commiſerationem adiecit, *& adoleſcentulum*: elapſus verò iudicium eſt, neq; de pœnis agitur, propterea quod ingenue peccaſſe fatetur. Cumq; ipſe ſibi calculũ tuliſſet dãnationis, abſolutionẽ meruit à Deo. Et veriſsimile quidem eſt, vt ait Ephrem, homicidium feciſſe Lamech propter mulieres, quas deinde in vxores accepit, tunc præſertim temporis regnante incontinentia.

Vixit Adam centum triginta annis & genuit filium ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauitq; nomen eius Seth. Neq; hoc temerè eſt additum, nã quos genuit Adã filios poſt Abel nõ habuerunt, ſic dicam, humanam formam, ideſt rectã rationem & intellectum: vnde Sapientes nonnulli dixerunt Diabolos ante Seth genuiſſe. Sethem verò cum iam deprecatus eſſet iram Domini edocuit & inſtruxit ita, vt intellectum in eo ſeruauerit, meliorem-que reddiderit iuxta hominis formam. Ge. cap. 5. RAB. MOS.

Ambulauitq; cum Deo & non apparuit, tulit eum Dominus. Quó nam tranſtulit Deus Enoch? non ſunt curioſius perſcrutanda, quæ ſilentur: & acquieſcere ſcriptis debemus: id autem opinor fa- Ge. cap. 5. THEODORE.

 ctum

ctum à Deo ad amãdos virtutis athletas. Nã cũ Abel primus iuſtitię fructus intẽpe ſtiuè cõuulſus fuiſſet, nullaq; adhuc eſſet hominib. ſpes reuiuiſcẽdi, trãſportauit optimũ Enoch ſeorſum ab hac mortali vita, vt quilibet pietatis amator ſecũ ratiocinaretur, nõ eſſe apud Deũ Abel inhonoratũ, & piũ, & iuſtũ, quod Enoch tali affecerit honore. Idcirco alterum quidẽ permiſit interfici, alterũ alio traduxit: vt ex eius rei p̃dicatione, futura ſignificaret̃ reſurrectio. Qui enim in hac vita virtutis mercedẽ non acceperit, in altera ꝓculdubio cumulatius feret. Hic ille eſt Enoch, qui primus hominũ placuit Deo, qui primus literas didicit, primus deſcripſit cœleſtia ſigna, mẽſiumq; cõuerſiões obſeruauit.

Ge. cap. 5. *Et factum eſt omne tempus,* &c. Cur Adã criminis reus poſtea tamẽ mortuus eſt, q̃ Abel iuſtus? infirmũ voluit Deus iacere mortis fundamentũ. Si eñ primus Adam mortuus eſſet, ſolidam habuiſſet illa baſim, vt quę primũ confeciſſet, qui primus peccaſſet. Nũc verò cum qui iniuſte mortuus eſt, primũ ſibi habuerit, nequaquã firmum iecisse fundamẽntum videtur.

Videntes filij Dei filias hominũ, &c. Ex hoc

Ge. cap. 6. loco libido oĩa verſat, & exoritur omniũ rerũ perturbatio. Sed quoſnã Moſes vocat

cat filios Dei? Stolidi quidã & ingenio
ſtupidi hoſce fuiſſe Angelos autumant,
hoc forte ꝑtextu ſuam intempantiã de-
fendẽtes, ſi Angelos etiã poſsint eiuſdẽ
criminis incuſare. At iſtos ſane Deũ inau-
dire oportuit, *Non*, inq̃t, *permanebit ſpiri-
tus meus in homine in æternũ, quia caro eſt,
eruntq́ dies illius centum viginti annorum.*
Quæ verba ſatis illos admonent, carnem
de incorporeis nullã dici, neq; vllo tem-
poris ſpacio ꝑfiniri q̃ immortales creati
ſunt. Nec minus quę ſubſequũtur, eandẽ
præ ſe ferũt ſententiam. *Cùm enim vidiſſet
Dominus DEVS, quòd multa malitia ho-
minum eſſet in terra.* Quibus etiam verbis
liquido declaratur, homines eos fuiſſe, q̃
vitam viuerent impiã & exlegẽ. Quod ſi
Angeli puellas hominũ viciaſſent, ini-
quus Deus, q̃ nõ de autoribꝰ ſcelerũ pœ
nas ſumpſit, ſed de his, qui affecti ſunt in-
iuria. Quod ipſum ne mẽdacij q̃dem pa-
ter dicere audeat. At in hunc adeo abſur
dum errorẽ facile incidũt ij, q̃ temere oſ-
citanterq; ſacra ſcripta lectitant. Nã cum
Scriptor meminiſſet ex Adã progenitũ
Seth, atq; ex ipſo Seth Enòs, adiecit, hic
ſperauit vocari nomine Domine Dei, ſe-
cũdum hebraicã lectionẽ, quod Aquila

ſic

ſic interpretatur. Tunc exorſus eſt appellationem in nomine Domini. Quæ verba ſignificare videntur, quod hic ſua pietate primus diuinum nomen adeptus eſt ita, vt à conſanguineis Deus appellaretur, à quo deinceps poſteri filij Dei pin de ac nos à Chriſtiano Chriſtiani. Quod ſi cui explanatio hæc Aquilæ minus placeat, audiat Prophetam: Egô dixi Dij eſtis, & filij altiſsimi omnes. Item: Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat, vbi de iudicibus optimatibusque loquitur, ſicuti ex ijs, quæ ſequuntur, apparet: Qua vſurpatione etiam legiſlator Dijs, inquit, ne maledixeris, quos ille iudices tanquam pios & iuſtos appellauit Deos. Seceſſerat, inquam, genus ipſius Seth lõgè à Cain, neque vllũ cum poſteris eius cõmerciũ habebant propterea quod deteſtabilẽ Deus illum apud omnes homines feciſſet, attamen ſuccedente temporis interuallo (duo nempe millia annorum interceſſerunt, aut eo amplius antequã diluuium orbem inundauit:) cum filias bona forma vidiſſent in cognatione Cain, earum pulchritudine illecti ſimul, & muſicis inſtrumentis, quæ apud eos homines inuẽta ſunt, emolliti (Iubal enim eius generis pſal-

pſalterium citharamque inuenit) in con tubernium admiſerunt, ſuam illorum in genuitatem paulatim remittẽtes, quemadmodum Iſraëlitico etiam populo vſuuenit ex contagione Madianitarum mulierum. Et commixti ſunt in gentibus & didicerunt opera eorũ. Illud ſilentio non prætermittam, ꝙ non ſimplex eorũ crimẽ taxatur à diuina Scriptura, ſed ſtudium potius & ſollicitudinem patrandi criminis examinat. Vnuſquiſq;, inquit, quotidie cogitat in corde ſuo ſtudioſe facinora. Qui enim peccatum oderunt, ſi quid ſua tamen infirmitate peccarunt, merẽtur veniam, illi verò qui clauſtra totius modeſtiæ prorũpẽtes nouas ſibi ſcelerũ ſpecies comminiſcuntur, neque hoc ſemel atque iterum, ſed quamdiu viuãt quam veniam merentur? Ecquæ digna poteſt vltio excogitari contra mores tã perditos? nimirum, vt funditus omnes intereant.

Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. Seculum hoc loco vitam præſcribit humanam, quemadmodũ Dauid: Seculum noſtrum ad illuminationẽ vultus tui. Haud, inquit, totum illorum viuendi ſpacium abſoluent homines huiuſce tempeſtatis: in his, in- Ge cap. 6.

quam

protulit, vt contaminatis Seth poſteris vi uẽdi ſpaciũ diminueret, cum verò poſtea videret in peius ſemper ruere humanum genus, et in pręcipiti ſtetiſſe vitiũ, alteram ſententiam tulit. Delebo, inquit, hominem quẽ feci à ſuperficie terrę, quod ipsũ pręſtitit vniuerſalis inũdatio cataclyſmi. • Ge. cap. 6.
Gigãtes erant ſupra terrã. Quos hîc gigãtes THEOD.
appellat Scriptura? Alij eos intelligũt, q ad multã ętatẽ vixerĩt: alij hoĩes impios, nulla habita ratione de ꝓceritate corporis. Ego verò cũ ĩ ſacris ſcriptis legã Enac à gigãtib. duxiſſe originẽ, et Og regis cubile ferreũ fuiſſe 9. cubitorũ lõgũ, 4. latũ, de quo ſpeculatores eramus, inquunt, nos corã illo veluti locuſtę, ꝙ ipſum etiã teſtimonio Dei cõmunit. Ait eñ, tradidi tibi Amorręũ cuiꝰ ꝓceritas cedrũ adęquabat et robuſtꝰ ꝑinde erat, ac robur. Preterea ſtaturã Goliad admiratus, facile mihi ipſe perſuadeam, hoĩes quoſdã vixiſſe in terris immoderatę magnitudinis ita iubẽte Deo vt intelligamus nõ ex infirmitate cõditoris tantulã hominib. eſſe ꝑſcriptã menſuram, quãdo in ꝓcliui illi fuiſſet multo etiam maiores facere: ſed vt ſupbię tumorem reprimeret. Nã ſi in tantillo corpore non inter ſe modo, ſed in ĩpſum quoque conditorẽ ſuperbiunt, ꝙ intẽtatum reliqſſent, ſi vaſto corpore concitarent?

Gē.cap.6. *Et poſtquam ingreſsi ſunt filij Dei ad filias hominum illaq́; genuerunt, iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi.* Poſtea verò quàm, GENNADIVS. inquit, à Deo deſciuerunt filij Dei ad filias hominum, & generauerunt ipſsis, illegitimis ſe nuptijs implicantes, pullulauit agmen illud impiorum hominum à cæteris quàm longè differens, de quorum impietate multus olim rumor increbuit apud Maiores. Eos enim homines Scriptura ſolet appellare Gigātes, qui impij ſuperbique præter modum ferantur in omnia, ſuis viribus confidentes. Quemadmodum Pſalmographus cecinit: Gigas non ſeruabitur in multiplici ſua fortitudine.

Non temere appoſuit Moſes, Et *Gi-* DIOD. *gantes erant eo tempore in terris.* Nam cum iratus Deus dixiſſet, *non permanebit ſpiritus meus*, id eſt vitalis in his hominibus quia non modo ſceleſti, ſed ſcelus ipſi ſunt & peccatum, id enim ſignificat, *quia caro ſunt*, ſed erunt anni eorum, pro nongentis aut eo amplius, centum viginti, ſtatim mox intulit, *Gigantes erant ſuper terram*, id eſt homines, qui ad multam ætatem viuebant. Adhæc illi, inquit, erant, qui dicti ſunt Gigantes homines à ſeculo celeberrimi, id eſt filij Dei, qui

cum

cùm vxores filiorum hominum accepiſſent, filios ſibi, non amplius Deo procrearunt, mortalia caducáque ſapientes.

Et cuncta cogitatio cordis eſſet intenta ad malũ omni tẽpore. Ita ſcilicet vt lex ipſa naturalis omnino ſuffocaretur, neque in rebus agẽdis ſuos amplius monitus interponere poſſet. Ge. cap.6 SEVERI.

Et tactus dolore cordis ſui intrinſecus. Hęc verba adeò prauatum Deum oſtendunt ſceleribus hominum, vt ſecretum hoc de diluuio noluerit per aliquem reuelare prophetam. Lex enim de Deo ſemper loquitur vulgari idiomate, & cõmuni vtitur lingua, quò facilius homines, qui nihil ſine corpore intelligunt, Deũ eſſe comprehendant, ei quicquid apud illos perfectum videtur attribuentes, & imperfectum quod eſt, remouentes. Ideò nunquam de Deo edere, bibere, vel ægrotare dixerunt, verùm videre, ambulare, deſcendere & ſedere,: atque hoc apud Hebræos eſt frequentiſsimũ, quorum lingua ſcatet æquiuocis, vnde plerunque confugiunt ad metaphoras, vt cum in Deo ſtabilitatem naturæ eius, quæ nulli vnquam addicitur cõmutationi exprimere volũt, ſedet, inquiunt ſuper cœlos & ſedebit Dominus in æ- Ge.cap.6.

ctaq́; pręſentiẽs omnib. maxima ꝓuiden tia moderetur, quomodo pœnitẽtię locum dabit? Pœnitentia igitur in Deo nihil aliud eſt, q̃ diſpẽſationis permutatio. Pœnitet me vixiſſe Saulem Regem, id eſt decreui deponere illũ de regno, aliumq́; in eius locum ſubrogare, neq; hoc etiam loco ſecus: *pœnituit me feciſſe hominẽ*, ideſt dignum putaui humanum genus abolere, verũ, quæ mea eſt in homines humanitas, ſeruaui Noë in natura. Quia verò & reliquarum animãtium genera ad vſum hominũ creaſſet, hęc itidem ſimul cum hominib. periere, preterquã quę cũ Noê in Arcã ingredi iuſsit: quorũ par de quolibet impurum genere ſeruãtur, ſeptena verò de mundis, id eſt multò plura, tum quia eſus carnium hominib. poſt diluuium cõcedere voluit, tum quod ad ſacra peragẽda ſatis eſſe poſsint, quę pro incolumitate offerri deberent: tria videlicet paria ad mortalium vſus ſobolemq́; propagandam: ſingula verò, quæ diſſociata erant & imparia ad ſacrificium: quod ſimul reſederunt aquæ, operatus eſt Noë pro gratiarum actione de quocunque quadrupedum volucrumq́ue genere ſeruatis nihilominus integris copulis.

pheta: pœniteat te Deus illarum rerum &c. non hæc ille incuſans Deum quaſi perperam agētem, at vt ad pœnitentiam reuocet, ſed vt in meliorem ſtatum res corrigantur, exoptat. Cuius rationis illud etiam eſt: Recordatus eſt Dominus Noe. Diuina ſiquidem ſcriptura ita cū hominibus loquitur, atque eo modo ſermones conformat, vt percipi à mortalibus poſsint. Haud enim oblitus erat Deus ipſius Noe, ſed incredibilem eius erga hominem beneuolentiam declarāt hæc ipſa verba. Haud enim tantummodo hominum, ſed eorum, quæ vſui hominum ſeruiunt, meminiſſe dicit: Recordatus eſt, inquit, Noe, & omnium animantiū volucrum, ſerpentū, ita vt quā primum iuſſerit tantam molem aquarū in ſuos ſecedere ſinus. Sed de hac beneuolentia Dei meminit etiam Dauid. Qui ſubmittit fœnum iumentis & herbam in ſeruitutem hominum. Item: Homines & iumenta ſeruas Domine. Nos quidem noſtraque curat clemētiſsimus Deus.

Cœnacula & triſtega facies in ea. Symmachus κατὰ δίστεγα καὶ τρίστεγα ποιήσεις αὐτὴν legit, ideſt, per duplices triplicesq; cōtignationes facies eam, vt aſſurgens in pyramidem per hæc veluti tabulata locu Ge. cap. 6 ORIG.

 lis, &

lis,& vt ipſe dicit nidis diſtincta facilius diuerſa animalium genera contineat. Et vero ſimile videtur, quæ eſſent immitioris naturæ inferiores tenuiſſe ſtationes, ſuperiora loca mitiores, ſuprema verò Noë cum filijs ſuis, infimum erat horreum. Sed & cubitorum ratio longè maior apud Aegyptios Geometras protendebatur: nam hæc noſtra dimenſionis regula ne vnum quidē par caperet elephantorum.

Ga.cap.7. *Ex omnibus animalibus mundis tolles ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam: de animantibus vero immundis, duo & duo,*

DYDYM. *maſculum et fœminam.* Hinc admonemur apud Patriarchas in lege naturali fuiſſe earum rerum rationem, quæ deinde in lata ſcriptaque lege ſanciuntur.

Ge.cap.7. *Menſe ſecundo, ſeptimo decimo die menſis rupti ſunt omnes fontes abyſsi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt.* De principio anni apud Hebræos varia ſententia eſt, pleriq́ue tamen ſcriptorum conueniunt à verno equinoctio incœpiſſe, preterquā cū in Aegypto peregrinati ſunt, qua tempeſtate mundus conditus motum ſolis ab Arietis principio exegit.

Ge.cap.7. *Et quæ ingreſſa ſunt maſculus & fœmina,*

Deus,

ex omni carne introierūt. ſicut praeceperat ei Deus, & incluſit eum de foris. Videatur forte cuique ſuperflua hæc repetitio, cum paulo ante dixerit, *bina ex omni carne*. Sed is omnino animaduertat, quemadmodum Rabi Moſes in libro de equiuocis refert, Moyſen prophetam & ſi properat in ſuis ſcriptis ita, vt commentaria potius quàm hiſtoria videatur, nam que alij maiores per traditionem acceperant, vt in ſchola iudicij Heber, in ſchola Matuſalem, Enoch, Noé & Abraham, eadem ſuis minoribus tradentes, hæc omnia Moyſes literis commendauit, attamen ſedere in rebus alicuius momenti diligentiorem eſſe, ad maiorem ipſius legis confirmationem. Qualis in repetenda generatione Adam & filiorum Noe, & locis habitationibusque illorum, item in filijs Sem & in Regibus Edom iterum atque iterum recenſendis. Cum enim primus legis ſcopus ſit, docere homines creatum fuiſſe à Deo mundum, atque ab vno Adam propagatum genus humanum, ſi in hominum cenſu dormitaſſet, homines in longinquis regionibus cum autorem ſui generis nullum agnoſcerēt, potuiſſent nullo nego-

cio ſacram hiſtoriam arguere vanam. Quanquam ſi mores opinionesq́ue illorum temporum aut videre aut cognoſcere poſsimus, ne verbum quidem vnum iacere in codice totius legis videmus. Vbicunque enim Moyſes eandem rem no bis inculcare videtur, latet maior quædam neceſsitas, cui occurrendum ſit perinde ac in deſcriptione vniuerſalis inundationis, quæ cùm impugnaretur à multis, non piget omnia ad amuſsim deſcribere ab ipſis generibus deueniens ad certas ſpecies rerum.

Qui fuit in arca ferarum cibus? frumẽta ſcilicet omnia & ſemina. Deus enim ad Noë, ait, *Tolles tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi, quam illis in eſcam.* Hæc enim antea præſcripſerat tam hominibus ad veſcendum, quàm ceteris animantibus. Ecce, inquit, dedi vobis omnem herbam iuxta ſemen ſuum, omneq́ue lignum, quod habet in ſe ſeminis fructum, vt vobis eſui ſit, omnibusq́ue feris terræ, volucribusq; cœli. Vnde liquido patet, tam homines quàm feras ab eſu carniũ abſtinuiſſe ante diluuium, victum ſibi de fructibus terræ comparantes.

Ge. cap. 8. *Reuerſeq́; ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes.*

untes,& cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies. Id eſt ad ſuam naturam redierunt prout erant ante inundationem, & nunc etiã ſunt. Omnia, inquit, Eccleſiaſtes, flumina intrant in mare, & mare non redundat, ad locum vnde exeunt fluuij reuertũtur, vt iterum fluant: At vero tempore maximę inundationis eruperunt flumina, neque reuertebantur, imo quæ tota eſt aqua in viſceribus terræ, in ſuperficiem tunc temporis ſupernatauit.

Et dixit Dominus Deus ad Noe, egredere tu & vxor tua, & filij tui & vxores filiorum tuorum tecum. Nonnulli diſcrimen verborum hoc loco adnotantes in ordine, quo ingreſsi ſunt in Arcã, & quo rurſus egreſsi, cũ in ingreſsũ legantur filij poſt ipſum Noe introiſſe, deinde vxores. Hic autem Scriptor vxorem ponit aſſequentem virum, poſtea filios vxoresque eorum: rationem huius diſpoſitionis nauiter reddiderunt. Tunc enim, inquiunt, Deus cum non, ſeruatis ordine cõiugijs illos introduxiſſet, neq; em̃ in arca matrimonio operam dare oportebat, nunc cũ ſua quẽque coniuge dimittit, quos rurſus creſcendi benedictione proſecuturus erat. Ge cap. 8. GENNA.

Et odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis. Id eſt, excepit gratũ Noe animũ, haud Ge cap. 8. THEO.

equidẽ indore delectatus (oſsiũ vſtrina nihil ingratius) ſed offerẽtis mẽtem com probãs. Non enim Deus aut corpus, aut corporis aliquas partes habet, vt nares etiam illi ſuſpendamus, quib. odor permeat ſenſum, hoc igitur gratiarũ munus repẽdit benedicendo. Cumq; Noë ſeminariũ foret humani generis, matrixque naturę, ac ſecũdus Adã, eodem modo benedicitur, quo Adã, ſimul conformatus fuit, Deus benedixit. Creſcite, multiplicamini & replete terrã, & formidoloſi ſitis omnib. feris terrę, volucribuſq; & ſerpentibus. Verba fides ſecuta eſt: omnia ſiquidem vel hominis vmbram reformidant. In his legem tulit de eſu carniũ, quibus illos veſci iuſsit tanquã olerib.

Ge. cap. 8. *Et dixit Dominus Deus ſecũ meditatus, nõ cõmittã vt rurſus terra execretur propter hominum facinora, quomodo inhæret cogitatio hominis.*

DIOD. Pollicetur Dominus, vniuerſale poſt hac diluuiũ fore nullũ, verum ſi animus hominũ in ſua iuuẽtute declinet in vitia, ſceleribus quidem implicentur, nõ tamẽ quãdiu viuant, quomodo ante diluuiũ. Dat nõnihil venię iuuẽtuti, ꝓpterea quòd ea ętas in lubrico ſit, facileq; labatur. Noui, inquit, apud poſteros iuuentutẽ maximè fore procliuẽ in volup-

tates,

tates, attamen ne timeatis, nequaquam eius rei cauſa delebo mortale genus.

Cũctiſq; diebus terræ, ſemẽtis & meſsiſq;, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies, nõ reqeſcent. Nulla em̃ hęc quãdiu terras obruit aqua neq; temerè additũ, *diebus terræ*, id eſt qui pertinẽt ad terras, nã quatũ ad reliqua elementa ijdem ſemper viderẽtur dies: neque diluuiũ nihil niſi terras perturbaret. Ge. cap. 8 S. S.

Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. At venenoſæ omnes viroſęq; animãtes mouẽtur & viuũt, quin homines ipſi, attamẽ in cibũ nõ veniũt. De hominib. cauetur paulòpòſt euidẽter in vniuerſum, nullo modo licere neq; extranei neq; ꝓpinqui ſanguinẽ ꝓfũdere. Si verò mores aliarũ gẽtiũ perluſtres, nullũ fortè animal brutũ nõ venire in eſcã cognoſces, preterquam quod & apud nos ex viperis catapotia conficiuntur. Ge. cap. 9. S. S.

Excepto quod carnem cum ſanguine nõ comedetis. Aliud eſt hoc edictum, quam quod in Leuitico de ſanguine præcipitur. Hîc enim Deus cùm homines admittat ad eſum carniũ quod ferarũ eſſe videtur, vetat in ea re ferinã ſęuiciã. Velim inquit, poſthac carnib. quoq; veſcamini, ita tamẽ ſi priꝰ ſanguis paulatim cũ aĩa ꝓfundatur Ge. cap. 9

fundatur:neque enim & ipſę feræ impunè veſtro fruentur.

THEODORE. Quam ob cauſſam ſanguine interdicũtur,apertius docemur in lege. Namquod eſt animus in homine, hoc in cæteris eſt ſanguis. Igitur carnibus veſcebantur ſine ſanguine quaſi oleribus, quæ ſine anima ſenſuque vigent. Quod ſi comedas cum ſanguine, iam & animam voras:ait enim. *Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum*. Quo loco reſurrectioné innuit: non quod feras ante tribunal ſiſtere velit,tanquam reas homicidij, ſed quæ ſint ab eis deuorata corpora colligere & ad vitam excitare. Nã ſi in manu eius ſunt omnes fines terrę,nullo negocio noſtrum vndecũq; corpus recuperabit. Sed quod híc ſubobſcurè de reſurrectione, hoc ab Ezechiele certius explicabitur.

DIODORVS. Atqui ſanguis concretus terræ magis naturam ſapit, neque facilè concoquitur,idcircò carnes commendat exangues:quanquam ſanguiné híc demonſtrat aut animæ præcipuè conuenire,aut cauſam vitæ cõtinere. Vnde illud: Carnem in ſanguine animę ne comedatis. Vbi carnem viuentem adhuc denotare videtur, ne more ferarum crudis delectemur,ſed occi-

occiſis curatiſque.

Quid eſt quod de comedenda carne certam legem tulit?Deus ſimul hominẽ creauit,fructus tantum qui de ſegetibus arboribusq; legũtur in eſcã elargitus eſt. A diluuio verò malori vsꝰ eſt liberalitate, nõtamẽ vt aliquo modo animas reficeret corporaque labefactata,ſed vt ſic homines afficeret,vt maiores culpas deuitarẽt. Prouidebat enim fore quandoque,vt in eam dementiam dilaberentur,vt vel bruta animalia dedicarent in templis. Admonet igitur pulpamentum, vt impietatem amoueat.Extremæ vtique inſanię eſt,paratis ad cibum ſupplicare, præſertim cũ ex his multa ſint impura,quæ ne in ciborum quidem cenſu referri debeant. GENNADIVS.

Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram. Signum,quod in omnes generatiões proponendum fuit ad timorem diluuij tollendũ ex ipſa natura, quod opus eſt Dei, merito ſumitur,vt ſæpius eiuſmodi ſolatium appareret hominibus,quod ſecum ſerenitatis indicium afferret. Iris enim in nubibus non appareret, niſi Sol in aduerſa regione luceret hominibus, pluuia igitur eo tempore vniuerſalis eſſe non poteſt. Ge.cap.9. S. S.

Bibensq;

Ge.cap.9. *Bibensq́; vinũ inebriatus eſt,& nudatus in tabernaculo ſuo.* Quamobrẽ igitur Noë ebrietatis culpa vacat?

THEOD: Imprudẽtię fuit hęc non intẽperantię culpa. Primus eñ mortaliũ vuas cum expreſſiſſet, ignarus, quis & quãtus eſſet vſus potionis facilè nõ ſeruato modo ab alienatione mẽtis laborauit. Nec mirum etiam, ſi nudatis verendis iacuit, quotidie videmus conſopitos ſomno membra temere iactare detecta.

Ge.cap.9. *Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nũciauit duob. fratribus ſuis foras.* Cur hoc loco, cũ de filijs agatur Noê, vnius quoq; nepotis mentionẽ facit? An qa ipſe Chanaã impietate quadã cæteris p̃ſtaret, cumq́; ſpiritus oſtẽdere vellet ſimilitudinẽ inter patrem & filiũ, ſeiungit quodãmodo ab aliorũ fratrũ pietate. Filij quidem oẽs erãt Noe, quantũ ad genus: vnus hic non filius, quantũ ad mores, ſed pater ſimilis nati, quo circa emphaticè dicitur, *ipſe pater Chanaan.* Afferebat etiã Hebræus quidã ad huius loci explicationẽ maiorũ ſuorũ traditiones. Quod primus omnium Chanaam cùm pudenda vidiſſet Aui, retulerit patri ſuo nõ ſine irriſione ſenis: Cham verò cum patrẽ excuſare deberet obiurgans q ridebat, acceſsit impudẽter & cõſpicatus eſt, neq; eo cõtentus, fratrib. et-

ſã ꝓdidit. *Euigilans Noë ex vino, cognouit quæ fecerat ei iunior filius*. At ipſe Chã natu minor non erat, imo ſecũdus. In Iaphet ergo talis culpa reij ceretur. Cęterũ cũ Auus more ſuo filios etiã appellet eos q nepotes ſint & ꝓnepotes, patet hęc de Chanaã à ſcriptura referri, ꝓut ex ijs, q̃ ſequuntur, certius adhuc apparet, *Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis*. Quod ſi qs admiretur q̃obrem ipſe Cham vir eiuſdẽ cum filio impietatis expers fuerit maledictionis, animaduertat ex ea imp̃catiõe, ſi ad Chã quoq; ſpectaret, fratres etiã ſuos perinde ac minores Chanaã in partẽ ſeruitutis traxiſſet. Verũ ſi nulla de parẽtũ veneratiõe lata lex erat, q̃obrẽ Chã tanq̃ homicida damnat̃? Naturę indidit De⁹ neceſſarias leges, quarũ calculo & Cain dãnat⁹ fuit. Nã & ille ſatis admonebat̃ cędẽ nõ pmitti, vnde dolo primũ aggreſſ⁹ eſt fratrẽ, cũ lõge à parẽtibus abduceret. Sed & Deo ſciſcitãte, vbi Abel frater tuus? iuit inficias, nõ ob aliã causã, quã ꝙ cõſcius erat admiſsi facinoris. Deprenſus porro à iuſto iudice id peccaſſe fatetur, ꝙ omnino expiari non poſſet. Nec minus Adã p̃ſentiã Dei latẽre conat⁹ eſt gnarus eſſe in culpa. Eodẽ modo Chã, ꝙ contra naturę legẽ auſus ſit,

iure

iure damnatur. Quòd autem natura doceat nos venerari parentes, fratres ipſius Chàm conteſtātur, qui cognita re perculſi pudore obliquo greſſu patrem pallio velarunt, ne cernerent oculis vnde progeniti viuerent. Benè igitur eſt, ſi pater illis benedixit.

Ge. cap. 9 *Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanā ſeruus eius.* Cur hoc de ſolo Sem dicitur,

DIOD. atque excipitur Iaphet, qui eadem reuerentia proſecutus eſt patrem? An quia ſpiritus ſanctus ſemen ex ipſo Sem fidele prouidebat? Qualis Abrahā cum poſteris ſuis, ac Dominum præcipue Ieſum ſecundum carnem? At verò Noë ſub prætextu malè beneque dicendi, vaticinatur. Namque Perſis Romaniſque ſeruiuit, ſeruitque etiamnum genus Chananeum. Verùm ipſe Cham expers eſt execrationis, quoniam Deus ſemel iam illi benedixerat, neque auſus eſt Noê maledicere, cui iam Deus benedixerat. Quid illud, habitet Iaphet in tabernaculis Sem? nónne apertum eſt vaticinium? Etenim poſtea Mada, id eſt Medus filius Iaphet, pulcherrimam omnium regionū in quibus Sem conſederat, occupauit: Medeam ſcilicet, quę bona pars eſt Perſici agri.

Impre-

Imprecatio ſit in Chanaan potius quã in ipſum Cham, tum quod æquum, puto, erat, filium peccantem aduerſus patrem pœnas in filio dare, tum quia futurum erat genitos de Sem in regione ipſius Cham figere ſedes. Ingreſſus eſt enim Iſrael in Aegyptum, & Iacob habitauit in terra Chã, & in diuidendo Chananæo agro euenit, vt alij quidem tollerentur è medio, alij quales Gamaonitæ, pro calonibus ſeruirent. Illud verò dilatet Deus Iaphet, & inhabitet in ædibus Sem, fiat Chanaan puer illorum, in bene dictione ipſius Sem docet complecti etiam Iaphet, vel inhabitet in domibus Sẽ Deus. Vt ſenſus ita ſe habeat. Quia benè Deus faciat etiam ipſi Iaphet, omnem ſuam prouidentiam ponat in Sem atque in eius dirigenda domo.

Si Cham peccauit, cur in filium cadit imprecatio? Præter ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt, illud etiam animaduertendum: quod ſi ipſum Cham imprecationi addiceret, in omnes ſuos poſteros deriuaretur eadem pœna, quæ ad minimũ eius filium tantùm pertinebat. Eſt etiam adnotatione dignum, iuſta hæc viri verba non maledictum, ſed vaticinium eſſe. Cum enim de proſapia Sem exorituro Iſraëli THEOD.

regnũ Paleſtinę deberetur, quę olim ab ijs,qui de Chanaã oriundi erant, tenere-tur, ad imprecationẽ trahit vaticinium, vt & futura ſimul enunciat, poſteroſque deterreat ab irriſione parentum : idque nobis apertè demonſtrat benedictio ad Sẽ pertinẽs: *Benedictus Dominus Deus Sem & ſit Chanaan ſeruus eius*, nõ hoc ad vtrũque,ſed ad vnum Sèm pertinet. Ipſi verò Iaphet generis multitudinem mutıpli cemq́; ſobolem prędicit, alteri pietatem & religionem,cũ in eius tabernaculis habitaturũ eſſe Deũ dicat,primũ in Patriarchis atq; ꝓphetis, deinde in ſancto tabernaculo ac Hieroſolymis.Sed ad vnguem pręſtitit, quod pollicebatur prophetia, myſterium diſpenſationis, quãdo Deus verbum & Dei patris vnigenitus corpus noſtrũ induit, tẽplum ſibi cõparãs de genere Dauid Abrahæq́; de proſapia Sèm. Porrò ſeruitus Chanaan in Gamaonitis, fidem vaticinij liberauit.

DIOD. Noẽ ſuis verbis non tam filijs imprecatur aut benedicit,quàm ad poſteros futuraq́; tẽpora reſpicit.Nam ſi exactius pẽſitatur, neq́; Chanaan ſeruitutem ſeruiuit, etenim pater Sidonis fuit ſeptemq́; nationum:ſed multis pòſt ſeculis ad poſteros deuoluta eſt conditio ſeruitutis aliam ob

liam ob cauſam. Sed Scriptura hoc maximè voluit, vt alios abſterreret à parẽtũ contumelia, veritas autem, vt quę futura erant prædicerẽtur, quomodo eueniſſe videtur Iacob, quando Simeoni & Leui mala precatus eſt propterea quod Sicimitas deturbaſſent. Diuidã, inquit, eos in Iacob, & diſperdam eos in Iſraël, ſed & Ruben eadem ratione propter illegitimum cubile. Qui cum Simeone poſtea dedit aliorum facinorum pœnas. In Leui autem locum habuit vaticinium patris haud in malam rem, ſed in fœlicem euentum. Sacerdotes enim Leuitęque renunciati tribus omnes abſoluerunt.

Ex his igitur cognoſcere eſt, alia dictis conformari, alia factis in ſacra ſcriptura non ſine rerum optima diſpenſatione & œconomia: qua ſanè ratione multa, quæ ſolent in quæſtionem venire, facilè diſſoluentur. DIOD.

Et erat robuſtus venator coram Domino. Ge. cap. 10
Modus hic loquendi apud Hebræos S.S.
qui quoticſcunque volunt alicuius rei excellentiam deſignare nomine Dei vel Domini vtuntur. Nam & montes altiſsimos lex montes Dei appellant: & Hemrod cùm præ cæteris vide-

retur robuſtus, non coram hominibus, ſed quod multo maius eſt, etiam apud Deũ, dictus eſt hoc de ſe præſtitiſſe.

Ge.cap.10 *De Sem quoque nati ſunt patre omnium filiorum Heber, fratre Iaphet maiore.* De Grecis certior elicitur ſenſus, Καὶ τῷ Σὴμ ἐγενήθη, imperſonaliter dictũ: Et de Sem quoque procreatum eſt. Cùm verò vltimo loco huius genealogia referuatur, vtpote neceſſaria ad ea, quæ ſequuntur, his verbis omnem tollit ambiguitatem, de quo Sẽ orti ſunt ad quos ſcribit hæbræos. Ipſi quoque Sem, inquit, generatum eſt, qui pater fuit omnium filiorum ipſius Heber, & frater maior Iaphet. De Cham verò non eſt quamobrem meminiſſe voluerit, vt qui aliò ſe conuerterit.

Ge.cap.11. THEOD. *Erat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem.* Quæ nam erat hæc lingua, & quæ aliarum eſt antiquiſsima? nempe qua Syrij vtuntur, quod ex ipſis depræhenditur nominibus. Adam enim Syra lingua terram ruffam ſignificat, vt ſit ille quaſi teſtaceus ſiue terrenus. Cain verò poſſeſsionem dicunt, quomodo ipſe Adam collaudans Deũ cecinit: Poſſedi virum per Deum. Abel luctus interpretatur: Primus enim is mortuus iacuit, primusq;

primuſque ſuis genitoribus luctum prębuit. Noë quoq; apud illos requiem ſonat.

Heber poſtquam genuit Phaleg, annos vixit quadringẽtos triginta: & genuit filios & filias. Si igitur Heber genito Phaleg tot vixit annos, Phaleg verò centeſimo trigeſimo quarto ſuæ ætatis anno ſuſtulit Ragam, quanto iam turris ſubſtruebatur, patet, ipſum, Heber multo pòſt tempore, quã turris ædificaretur è vita migraſſe, Hebręa igitur lingua ab Heber hoc cognominata ſeruatur incolumis alijs in alias linguas diuiſis, vtpote qui illorum ſententiæ de turri ædificanda nõ ſubſcripſiſſet. Ge. cap. 11. DIOD.

Multi hebraicam linguam exiſtimant ab Haber nomen accepiſſe, propterea quod ſolus ille priſcum retinuerit ſermonem, vnde etiam gens Hebræorum. Ego tamen Hebręos, opinor, appellatos fuiſſe, quo tempore Abraham à Chaldęis profectus in Paleſtinam Euphratem transfretauit. Hebra enim apud Syros transfretator nominatur. Nã ſi ab Heber vocarentur Hebræi, in eodem nomine multæ aliæ gentes continerentur, quarum autor fuit idem Heber, quas inter præcipue ſunt Iſmaelitę, Amalacitæ, Mo- THEOD.

abitæ, Ammanitę. Sed & qui Charras incolunt à Nachor & aban genus deducunt, quorum nulli Hebręa vtuntur dialecto. Quin & ipſi Abrahæ hoc idem nomen inditum fuit: ait enim Scriptura. Cum Lot captiuus abduceretur properans nuncius Abrahæ *transfretatori dixit, quomodo apud Hebræos codices legi. Cæterum in his contendere, quæ ad rem pietatis nō faciunt, ſuperuacaneum.

*περάτῃ.

Ge. cap. 11. *Thare annos natus LXX. genuit Abrahā Nachor, & Aram.* cum adhuc ſcilicet eſſet in Chaldæorum regione. Pauloque inferius inquit, *Et facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum. Et mortuus eſt in Haran*. Si igitur ſeptuagenarius Thara ſuſcepit Abrahā & Nachor, quinto autem & ducenteſimo pòſt anno moritur, quonam modo egreditur deinde Abraham de Haran annum agens LXX? Tunc enim temporis centum & XXV annorum fuiſſe ratio temporum ſupputare videtur. Pertinet hæc queſtio ad eos nimirum, qui oſcitanter ſcripta diuina legunt Illud enim Moſaica verba demonſtrant, ſeptuagenarium quidem Tharam procreaſſe filios, at non ter geminos, licet vno veluti tempore enumerentur à Moyſe, qui ad numerum filiorum reſpexit, non ad

ad temporum ſucceſsionem. Nam & de Noe dicitur, cum quingentorum eſſet annorum, genuiſſe tres liberos, neque hos eodem partu, verum vt hiſtoria narrat diuerſo quenque tempore. Docemur etiã experiẽtia duce alijs primogenitum eſſe præcocem, alijs ſerotinum. Sed & ipſe Aran, de quo poſtremo loco meminit autor, maior tanto depræhẽditur fratre ſuo Nachor, vt filiam ſuam Melcham acceperit Nachor in vxorem, quod ſi maximus natu recenſetur vltimus, veriſimile eſt, ætate poſtremum primo poni loco, de quo magis hiſtoria laboraret. Nam vbi primogenitum ſibi demonſtrare neceſſe habet, ſeriem temporis obſeruat, alioqui nobiliorem præponit, licet ætate minorem: Et quidem Sarra patruelis erat Abrahæ. Etenim verè, inquit, ſoror mea eſt, ex patre quidem, non quantum ad matrem. Quomodo etiam Lot fratrem ſuum appellat fratris filium. Veroque ſimile eſt Aran mortuo filias eius vxores fratrum fuiſſe, qui non ſuſtinerent pro derelictis haberi, præſertim cum de Chaldęa properarent in Haran. Abraham igitur & Nachor fratris ſui filias acceperunt in vxores.

Et facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum, et mortuus eſt in Haran. Ge. cap. 11. DIOD.

Si pater Abrahæ ſeccdens in Paleſtinam obijt in Charram, vel, vt alij legunt, in Haram, cur Deus Abrahæ dixit, *egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in regionẽ, quã monſtrauero tibi*, quaſi ignaro quo proficiſci oporteret? Totam hanc addubitationẽ diluit B. Stephanus, quando ait: Apparuit Deus patri noſtro Abrahæ prius quá habitaſſet in Charram. Vnde liquidò patet Tharem à viſione, quam vidit Abraham in agro Babylonico ſeceſsiſſe vnà cum ſua domo in Paleſtinam: quia conſilium Dei erat, vt Abraham ſolus, eiuſque poſteri terram promiſsionis hæreditate poſsiderent, Thare quidem manſit in Haram cæterique eodem modo poſt obitum ipſius Tharæ, Solus autem Abraham ſuperſtite adhuc, opinor, patre, ſecundo euocari meruit ad hæreditariam regionem, & *egredere*, inquit, *de terra cognationeq́ tua, & de domo patris tui*, vt in patre Eccleſiæ Abraham illud etiam nõ deſideraretur. Quicũq; patrẽ vel matrẽ magis diligit, quàm me, nõ eſt me dignus. Si quis verò dicat Abraham poſt obitũ patris de Charã ſeceſsiſſe, nõ poterit ſupputatione annorũ ſe de Abrahę ætate explicare, quemadmodũ notauimus

uimus in ſuperioribus. Quod autem ſolum Abraham Deus voluerit hæredé eius regionis, monent etiam quęcunq; in ſemigratione ipſius Lot euenerunt.

Et ſublata eſt mulier in domum Pharaonis. Quid hoc loco Scriptura ſilétio prętermittit Sarram ſeruari intactam: in hiſtoria verò de Abimelech ſedulò omnia refert? nimirum quia eo tempore cùm Iſaac parere deberet, ne qua ſuſpectum Abrahæ ſemen eſſe poſſet, appoſitè loquitur Scriptura, Abimelech nequaquá tetigiſſe Sarram: ſi verò quemadmodũ autumãt nonnulli, non abſtinuit Pharao concubitu Sarræ, non video, qua precipua cura dignatus ſit, ſi Deus vxoré illius vitiari æquo animo tulit. Ecquid erat opus tã grauiter regem vna cum domo plecti, ſi illegitimum nolebat prohibere cõnubium? quanquam ex verbis ipſius Pharaonis, quibus ſe apud Abraham excuſare conatur, ſatis omnibus facit, nullam Sarrę contumeliam attuliſſe, ſed & volenté morbus ſuperueniens abſterruiſſet. Cæterũ vtrobique videre eſt, quod & barbaros natura docuit, adulteriũ annumerari inter flagitia, quę ſupplicio vindicari oporteat. Pręterea apertè Scriptura demõſtrat, quod ratio diuina ſtudio-

Ge. cap. 12

THEO.

dominici ſacerdotij gerebat. Nõ abs re itaq; panẽ vinumque repẽdit, vt qui fortè talia offerre Deo cõſueuiſſet, in qua re etiã typus maximè deſiderabatur.

Domine Deus quid mihi dabis? ego vadam abſq; liberis. Hec quia cum illi Deus præmium, & quidem magnum, pollicit⁹ eſſet, exprimẽs ſuum dolorẽ, quaq; animi triſtitia cõficeretur ꝓpter orbitatẽ ſubnectit, & quo ſibi magis miſericordẽ Dominũ cõciliaret, non cõtent⁹ his addidit. Ge. cap. 15. IOAN.

Mihi autem nõ dediſti ſemen: & ecce vernaculus meus hæres meus erit. Maximam hæc doloris intentionẽ præ ſe ferunt, vt quæ tãtum nõ reſonent, ego ne dignus quidem ſum ijs, quib. verna fuit, ſed orbus abibo, ille, quæcunque mihi dono dederis, hœres perfruetur, licet hæc identidẽ mihi ſeminique meo pollicitus ſis.

Credidit Abraã Deo, & reputatum eſt illi, &c. Si fidẽ habuit Abraã, quî fit, vt auſus ſit dicere Deo, quo nã modo cognoſcam hui⁹ hæredẽ fore? Nõ ſunt hæc verba hominis increduli, ſed eius, q conſiliũ rationẽq; hæreditatis cuperet ĩtelligere, cũ enim plurimas gẽtes videret occupaſſe Paleſtinã, quærebat quonã modo eiuſmodi regnũ adipiſcerẽt, bellíne iure interimerent, an expellerẽtur. Idcircò De⁹ Ge. cap. 15. THEO.

ſacris

ſacris peractis cognoſces, inquit, procóperto inquilinũ fore ſemẽ tuum in aliena regione, & in ſeruitutẽ redactũ exagitari annos cccc. Quibus verbis facile videre eſt, qui ſit huius interrogationis tropus. Docetur enim quo pacto, quo etiam tempore imperium eius prouinciæ potietur. Cuius expertem fore Abraham demõſtrat, quando ait. Tu verò in pace vitam abſolues. Quamobrem verò differat in aliud tẽpus hæreditatem, inde fit manifeſtũ, quod Amorræorũ flagitia nõdum numeros oẽs abſoluiſſe dicat, vt ad internecionẽ deleri promererentur. Nã eo tempore ſupererãt illis nonnulli inſignes pietate viri, qualis Melchiſedec, Abimelec, quiq; inhabitabant Chebron, ij admodum officioſi fuerunt in Patriarcham, quem cùm regem ſibi à Deo eſſe acclamarent, cadauer tuum dixerunt in noſtris ſelectis condito monumẽtis.

Ge. cap. 15. *Iſte Damaſcus Eliézer.* Quia nullus mihi filius eſt, Eliézer ex Maſech ortus

GENNA. Damaſcena, meus ſcribitur hæres. Alij duo hæc nomina de vno eodemque intelligunt, vt cui duplex hoc nomen inditum fuerit: nam & aliorum proprium nomẽ è duob. integris cõponitur. At Eliézer adiutor domus interpretatur, cuius

in

in Damaſco adiutorē habuit Dominū.

Domine vnde ſcire poſſum quod poſſeſſurus ſim eam? Sume, inquit, *mihi vaccā & capram trimam, & arietem annorum trium,* Ge.cap.15. *turturē quoq; & columbam* . Vide quam humane fœdus cum illo percutiat. Solemus enim quotieſcunque fidem promiſsis conciliare volumus, indicium pignúsue aliquod offerre, ad quod alter reſpciens habeat pro comperto fidem promiſſa pręſtaturū. Nec minus & ipſe Deus, vt patriarcham ſolaretur, ad rem alioqui humilem deſcendit & craſsioris notæ, nolens à conſuetudine illius tēpeſtatis diſcedere.

Damaſcenus apud Hebræos legitur, DIOD. nō Damaſcus, quòd è Damaſco matrem habuerit. Cęterū per animalia trima, generationes eius populi denotantur iuueneſcentis adhuc & incōſtantis. Iuuenca enim quæ prima nominatur, primum merito genus deſignat. Sicut enim iuuēca indomita eſt expersque iugi: ita quo primum tempore in AEgytum populus venit, liber ab eius gentis ruſticitate ſeruatur. Capra verò quæ poſt iuuencam aſſumitur, ſecūdā videtur innuere generationem. Quēadmodum enim capra fructui eſt Domino ſuo, licet tenuis ille

ſit:ita

ſit:ita & ſecūda in Aegyptū ſemigratio in ſeruitutem, quæcunq; ea fuerit, populū coegit. Tertius adducitur aries tertiā ꝓculdubio p̄monſtrās. Hic em̄ vberem de ſe fructum Dn̄o præbet. Nec minus Aegyptijs tertius fuit vſus populi Iſraelitici. At verò turtur atq; colūba ꝑfectionem ex Aegypto prædixêre: turtur quidem eremo gaudens, q̃diu populus per ſolitudines circū agitur oſtendit. Columba verò mitis ingenio & cū hominib. ferè cohabitās Iſraelis iam terras ꝓmiſſas incolentis typus fuit. Per diſſectioné verò animaliū afflictationes ſignificātur & erumnæ, quib' in Aegypto laborarunt. Quod ore aduerſo ꝑpoſuerit, præmonere eos voluit ſeruitutis, cuius inuicē participes futuri eſſent: Aues aūt integras ſeruauit, vt exeūtibus ex Aegypto oſtēderet finem ſeruitutis. Auiū porrò volatus ad diſſecta cadauera impetus ſignant Aegyptiorum in populū Iſraeliticum: aſsidens verò Abram ad abſterrēdas aues, Dei præſefert prouidētiam curāq; in populū ex ijs, quæ iam Abrae pollicitus erat. Illud aūt, *cūq́ ſol occumberet*, id eſt extremo die, temporum cōſummationem deſignat: exceſſus preterea mentis Abram, *& horror magnus & tenebroſus inuaſit eum*: nō ob aliam, puto, cau-

to, cauſam,q̃ vt ipſum redderet animi pédenté,quò attétius quæ dicerentur, exciperent. Hanc formã typũq; rerum veriſimilé magis faciũt,quę peractis ſacris dicuntur à Deo. *Cognoſces*,inquit,*quod inquilinum erit apud externos ſemen tuũ*, deinde ſubiũgit. *Quarta verò generatio pedẽ referet huc*. Ternæ igitur trimęq; animantes quadrupedes addicũtur ſacris, ad prędictioné triũ generationũ,q̃ fuerũt apud alias natiões. Auiũ verò altera generatiõe ſignicauit,q̃ vitam in eremo duxit,altera, q̃ in ſuis ſedibus tandé collocata quieuit.

Et vtraſq; partes cõtra ſe altrĩſecus poſuit, aues aũt non diuiſit. Hæc omnia Deus de Chaldęorũ more fieri permiſit, q curioſius auiũ volatus obſeruabãt, oeconomica ratione,qua plerunque vtitur in rebus humanis, vt futurarũ rerum admoneret Abrã.Qui ſi ſedé territabat aues,nihil mirũ.Abſurdũ quippe fuiſſet,ſi q̃ ad ineũdũ fœdꝰ dedicaſſet,volucrib.abieciſſe videretur,antè p̃ſertim,quã ratum fuiſſet.Reſpicit illud item ad eundem moré,diuiſit ea per medium,cum apud Chaldęos tutius habeatur,ſi per animalium ſectionem ſanciretur iuſiurandum, eadem imprecantes deſertoribus mala. Et ſolis quidé occaſus triſtia portédit, cum in tenebris Gc. ca. 15.

metu

metus, non in lumine patrem corripiat eorum, ad quos eiuſmodi prædictiones pertinebant. Quod autem quarta generatione potiti ſunt regiõe promiſſa, phœnice ea eſt & Paleſtina, quæ tunc temporis à Chananeis incolebatur, patet exemplo poſterorum, nã cũ Leui, verbi cauſa, deuenerit in Aegyptum, Eleazar deinde filius abnepotis egreſſus inde agrũ promiſsionis accepit.

Ge. cap. 15. *Cum ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumigans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas.*

THEODORE. Quod occidente ſole clibanum viderit fumigantem & inflammatas faces, & illum litaſſe portendunt, & extremo afflictionum tempore fore, vt appareat Deus in igne fumoque primùm Moyſi, deinde vniuerſo populo. Sub hac ſpecie ignis intelligitur more Chaldeorum Deum fœdus feciſſe ratum: nec etiam Moyſi lex ſine igne ſancitur.

Ge. cap. 16 *Ingredere obſecro ad ancillam meam, ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios.* Intemperantes nonnulli hîc ſuæ libidini applaudunt, cum patriarcham videãt pellicem habuiſſe.

THEODORE. Sed ſi hæc, quæ pertinent ad Agar, paulo rectius conſideremus non libidine victum feciſſe hoc Abram videbimus

mus

imus, ſed vt ſibi, obſequens vxori, pararet hęredem. Nam cũ Sarái deſperata ſobole iniquum putaret, domũ viri ſui per ſe ſine ſucceſſore deficere, obtulit ancillã nõ ſine prece. Quid igitur peccauit Abrahã, prę́ſertim cum neq; natura, neque lex adhuc vlla plures vetaret vxores? Atqui, quod precib. vxoris potiùs quã cupiditate deflexerit in ancillã, vt ſibi natura filiũ, vxori adoptione ꝓcrearet, quę ſequũtur oſtendunt. Nã & ipſam Agar, quãquã cognouit iniuriá inſimulari, tradidit in vxoris poteſtatẽ, quo tempore illa parturiebat. Verũ de religione ſanctiſq́; moribus Abrahę cũ multi ſcriptores, tũ Rabi Moyſes in tertio equiuocorũ: qui ex arcanis Zabiorũ Chaldęorũq́ue monumẽtis refert, Abrahã cũ in ea gente natus eſſet, quę ſeruiret igni, ſoléq́ue prę́cipue lunãq́; colerẽt, tantum abfuit, vt eorũ ſuperſtitioni acquieſceret, vt primus audacter monuerit eã gẽtẽ falſę religionis, quãobrem multa illic grauia pro veritate perpeſſus meruit à Domino aliò ſeuocatus audire, benedicam benedicentibus te, & maledicã maledicẽtibus te. Quanta porrò beneuolentia fratrem eiuſdem religionis ſociũ proſequeretur, ſtratagema viri demonſtrat,

qui cum paucis auſus eſt prælio congredi cũ quatuor regibus, ſed neq; vlla bonorum externorum cupiditate laboraſſe declarãt illa: A filo ſubtegminis vſque ad corigiam nõ accipiam de omnib. bonis tuis. Eum igitur, qui tot virtutib. inſignis vxorem haberet omniũ formoſiſsimam, ancillam appetiſſe non credendũ.

Ge.cap.16 *Quæ videns quod conceperit, deſpectui me habet.* Nõ cuiuis eſt ſuſtinere honores: en

ORIG. quæ à Domina eo honore afficiebatur, vt in partem thori vocaretur, dominæ paulò pòſt inſultat.

Ge.cap.16 *Cùmq; inueniſſet eam Angelus Domini.* Idcirco inuenit, quod in vtero ſemen Abrahę geſtaret. Vnde omnes, quos vocãt Iſmaelitas, à noſtris dicũtur Saraceni, ij ſunt Arabes, Aegiptij & Aphri.

Ge.cap.61 *Vocauitq; nomem Domini qui loquebatur ad eam.* Ex his verbis lex ſuo more declarat, Agar agnouiſſe Dominũ nõ ſine admiratione, cùm lõgius abeſſet ab Abram familiari, ſic dixerim, Domini, inquit, enim, *tu es Deus qui nunc me vidiſti*, ac ſignificãter adiecit hic, quaſi dicat, nõ modo apud Abrã, ſed in tãta ſolitudine vidi poſt etiã illũ, qui à me prius viſus fuerat. Nã in Hebræis codicib. legitur poſt, nõ poſteriora: & Lxx. viſum mihi, nõ vidẽtis me

tis me,ſunt interpretati.Sed quem paulò ante appellabat Angelũ, nunc Dominũ vocat,cùm ſit is magni cõſilij Angelus. Quiq; antea naturalis fons erat, nũc puteus per ſubſtructiones factus eſt.

Nec vltra vocabitur nomẽ tuum Abram, ſed appellaberis Abraham. Eſt hoc primũ quaſi fœdus,primumq;lucrũ.Nõ amplius Abrã, id eſt pater eximius,ſed Abrahã hoc eſt pater multitudinis poſthac vocaberis. Ge cap.17

In generationibus tuis fœdere ſempiterno. Fœdus hoc eſſe ſempiternum negauerit nullus,qui primo vim ipſius ꝓmiſſi cõſiderauerit : nihil enim eſt à Deo nõ ſempiternũ, etiã ſi pro cõditione noſtra irritum fiat.Deinde quod apud Iſraelẽ collapſum videtur,ſeruatᷣ hodiè apud Chriſtianos., qui circũciſi corde per fidem facti ſumus Deo populus acquiſitionis. Sicut enim Nothus ille filius ædito in lucẽ legitimo ceſsit,ita ſuperueniẽte ſpiritu ſancto,quæ fuerat in carne circunciſio antiquata refrixit. Ge.cap.17

*Circũcidetur ex vobis omne maſculum: & circũcidetis carnem præputij veſtri,vt ſit &c.*Quare iuſsit Deꝰ Abrahã poſteroſq; circũcidi?Quia cũ inter exteras ille gẽtes habitaret,hac ratione Deus cauere vo- Gc.cap. 17 THEO. 1

 luit,

luit, ne inter impios homines nobilitas viri ſuorũq; virtutes barbara contagione pollueretur, cũ ad hoc veluti fœderis ſignũ reſpiciẽtes autoris perpetuam memoriam retinere cogerentur. Vera hæc eſſe arguit eremus, vbi annos XL. oberrãtes nulla ſunt vſi circũſectione, vt quę eo tempore neceſſaria nõ eſſet, quando lõge ab alijs gentib. ſecum verſarentur. Simul verò ꝓmiſſas ſedes attigerũt, iterum Deus ritũ circũciſionis reuocauit, quod cum futurũ eſſet, vt cum alienis ꝑmiſcerentur, eadem nota cõmoneri oportuit. Si verò de ea re Iudęi maximè gloriantur, ſciant nõ ſolũ Patriarchã circũſectum, ſed Iſmaelẽ quoq; libertinum & vernas omnis. Itẽ Idumęos de Chettura regione, quin & AEgyptij circunciſionẽ didicerũt, attamen omnes impij. Nulla enim circũciſio eſt, quantũ ad iuſtitiam, ſed ne Abraham quidem ipſum circunciſio iuſtũ, ſed fides reddidit, porrò virtus illuſtriorem. Circunſectio igitur fidei tantum nota eſt & inditium.

Ge. cap. 17 *Maſculus cuius preputij caro circũciſa non fuerit, delebitur anima illius de populo ſuo.*

DIOD. Non quia neceſſaria ſit talis circunciſio, ſed ꝙ fœdus contemnitur, & abrogatur teſtamentum, qua nota dignoſcitur omiſſa.

miſſa. At verò quid infans incircunciſus peribit? Eſt enim parentũ vt octauo die circũſecetur. Codex igitur apud Syros ita ſe habet. Quicunq; nõ circũcidit, peribit, cũ Hebręorũ faciens ſcriptura. Qui cum per fidei ſtatum cognoſci nõ poſsẽt, quaſi pecora ex impreſſa nota fecit inſignes, vt p carnis deſectionẽ Iudęorũ oſtenderet electionẽ. Philo tamẽ Hebręus vſum fuiſſe, inquit, Dominũ hac hyperbole cõtra infantes, vt p fectę ętatis homines nulla ſe poſſent excuſatione tueri, ſi legem neglexerint.

Nõ fuerit abs re quęrere cur iuſſerit De⁹ circunciſionẽ nato Iſaac potiùs, q̃ ędito Iſmaele, quãdo hęc ad vetus inſtrumẽtũ pertineret. Voluit, opinor, innuere hanc ſanè ad pręparationẽ gratię cõferre, attamẽ idoneã nõ eſſe ad benedictionẽ cõſumãdã, neq; omnino munia legis aſſequi poſſe promiſsiones. Quod autẽ pueros octo dierum circũcidi voluit, declarat hãc nullã eſſe diſciplinã virtutis: nihil enim eiuſmodi caperet ętas infantilis. Nota quędã tantũmodo eſt, quę ſegreget à cęteris quicunq; vtatur: quale eſt imperatorium decus, quo milites exornãtur ęqueſtris notę. Idcirco autẽ in genitalib., vt ſuę in illos ꝓuidẽtiæ cõtinuo GENN-

admoneret, qua genus illis conſtituit de ſterili intermortuaq; matrice cõtra naturæ leges, in quo & mortuorũ reſurrectio præſignatur. Quod autẽ & familiã & empticios admiſit ad circũciſionis myſterium, alias quoque gentes prænũciat promiſſorum in Chriſto fore participes.

Ge. cap. 17 *Vxorem tuam non vocabis*, priuato quodammodo nomine *Sarai*, id eſt Domina

CYRIL. mea: *Sed* communiori *Sarah*, quod Domina ſignificat princepſq; abſolutè. Hãc primã ex mulierib. inuenimus, cui Dominus benedixerit, neque id ſine myſterio: vt legitimus filius benedicẽdus ex vtroq; parẽti oriretur benedicto. Erit autẽ in nationes, & reges etiam populorũ, tametſi proprium hoc videatur Eſau. Nam Reges Idumęorũ ab Iſaac orginẽ deducũt.

Ge. cap. 17 *Aſcendit Deus ab Abrahã*. Ergo collocuturus cũ Abrahã deſcẽderat, & de circunciſione ex inferiori loco tranſegit vallis Mamræ.

Ge. cap. 17 *Duodecim duces generabit, &c.* Duces, inquã, tribuum ſuarũ, quemadmodum xij quoque principes ex Iſrael, à quibus xij tribus, quod paulò pòſt in Iſraelis genealogia latius explicabitur.

Ge. cap 18 *Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis*, &c. Vidit Abrahã tres Angelos typũ Sãctę Trinitatis,

nitatis,qui cũ eſſent eiuſdẽ(ſic dixerim) ſubſtãtię,eodẽque honoris obſequio digni, ꝑ vna eademq; perſona accepit, eoſdem tanquàm Deũ adorat, tanquam hoſpites inuitat. Cũq; à ſcriptura modò viri, modò Angeli dicãtur, tanq̃ viri dapib: accũbunt.Nã ſi Angeli incorporei, corpora tamen habere videbãntur,ita & veſci: cùm re vera per os cibus in ventriculum nõ demitteretur, cõficiebatur autem occulta ratione, eſſet extremę dementiæ, curioſius hæc, idque genus alia perſcrutari.

Domine ſi inueni gratiam. Singulari numero tres Angelos alloquitur, quòd omnes eiuſdẽ naturę gauderent honore, quib. erat ipſe preſtò ſub arbore,nolens Dei miniſterium committere vernis. Ge.cap.18 ACACI.

Et Abrahã ſimul gradiebatur &c. Quam Deo gratũ illud quoq; officiũ eſt, cùm hoſpites deducim⁹ lõgè abędib.vide,Abrahá,quę dũ ꝓſequitur illos,reſcire meruerit.*Clamor Sodomorũ.* Qui. ſ.libidinis rixarũq; ſtimulis concitabãt oia deturbãs. Ge.cap.18 EVSE. Ge. cap.18

Quia ſemel &c. Qui ſe ipſe deprimit, exaltabitur. Is qui ſe terram cineremq; putabat, qui ne de rebus quidem iuſtis agere cum Domino fidenter audebat, tanto dignatur honore, vt conſilij diuini tantum nõ particeps fiat. Ge. cap.18

Ge.cap.19 *Veneruntq́; duo Angeli Sodomam veſpere.* Ad Abraham quidem tres viri meridie, Sodomam verò duo Angeli veſperi, ſiquidem bonorum prænuncia lux, tenenebræ malorum. Iam enim iuſtitiæ ſol occiderat Sodomitis tenebręque impiorũ ſupplicia aduentabant. Præterea vbi bona nunciantur, Dominus adeſt, in denunciatione malorũ accedere noluit, vt quẽadmodum libẽter elargitur hominibus bona, ita inuitus oſtẽdat pœnas irrogare.

Ge. cap.19 *Sedente Lot in foribus ciuitatis.* Tum quod eſſe in vrbe nolebat, tum quia ingenio erat hoſpitali perinde atq; Abraham, qui in foribus tabernaculi hoſpites excipiebat. Verũ quia Lot non eadem virtute præſtabat, multis precibus opus eſt, ad exorandos hoſpites.

Ge.cap.19 *A puero vsq́; ad ſenẽ.* Heu malitiã extremã: cũ ne ſenes quidẽ modum libidinis ágnoſcerent. Atqui Angeli, prout Ioſephus refert, mira quadam decoris ſpecie fulgebant.

Ge.cap.19 *Habes hic quempiam tuorum generum, aut filios, aut filias? omnes qui tui ſunt, educ de vr*

ORIGE. *be hac.* Ergo in flagitiorum exceſſu vrbibus non parcit Deus propter bonos, ſed iuſtum ſegregat, ne pereat cum impio.

Noli

Noli reſpicere poſt te. Non eſt ratio rerum diuinarum ad mores hominum reuocanda, ſatis eſt nouiſſe Deum ſcelerum pœnas exigere: quę vero illę ſint, aut quomodo infligantur inquirere, temeritatis eſt, quæ deſiderat emendationem. Ge.cap.19 Phil. Epis.

Dixitq́; Lot ad eos. Egreſſus Lot ex urbe Sodomorum audet alloqui Dominum: quamdiu quis malitiæ mœnibus includitur, neque Dominum agnoſcit, neque congredi ſimul audet. Ge.cap.19.

Egreſſus eſt ſol ſuper terram. Eadem hora ſalutem iuſtis, iniquis interitũ apportat. Ge.cap.19.

Dominus pluit ſulphur & ignem à Domino de cœlo ſuper Sodomã et Gomorrhã. Hoc illi cõſimile. Dixit Dominus Domino meo. Ge cap.19.

Reſpiciensq́; eius vxor poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. Sunt ex Hebræis nonnulli qui tactam de cœlo mulierem credãt ita, vt oſſa ſulphureo ignẽ peruſta in ſalis ſtatuam verterentur Ge.cap.19

THEODORE.

Quamobrem Lot nõ accuſatur inceſtus? Quia & ijs, qui peccant imprudenter, ſolent etiam homines veniam dare. Quod ſi ebrietas haud omnino culpa vacet: ea tamen fuit, quæ poſsit excuſari, vehementer enim commotus animo propter vxorem, moleſteq; ferens ſubitam rerum omnium ſpoliationem miniſtranti-

bus vinum puellis ignarus penitus quid illæ molirentur, libẽter malorũ obliuionem admiſit. Ipſæ verò filię accuſari nullo modo poſſunt. Nã cum vidiſſent quatuor vrbes cũ omnib⁹ villis igne deletas, ſubmerſã Segor (Domin⁹ enim de ſubuerſione meminerat) vnde Bala vocatur ab alijs: facile crediderunt genus humanum eſſe periturum. Et ſolitudine in qua verſabantur et ſenectute patris cõmotæ, hoc ſibi conſilio ſimul & naturæ conſulere voluerunt potiùs quàm libidini ſatis facere. Eua quoque ex Adam, coniũx fuit eiuſdem. Verum Deus quamobrem illegitimũ coitũ non impediuit? ꝓſpiciẽs earum gentiũ impietatẽ. Moabitę Chamos idolũ colebãt: Ammonitę verò Melchõ. Quo magis itaq; Iſraëlitę affinitatẽ eiuſdẽ impietatis deuitarẽt, inceſtum ꝑmiſit, cauens poſtmodũ ꝑ Moſen ne Ammonitę Moabitęq; in eccleſiã Dei admitterent in decimam vſq; generationem.

Gē.cap.19 *Et vocauit nomen eius Moab.* Videt̃ hæc impudẽtior, quæ ſuũ inceſtũ ad poſteros quoque trãſmittere voluit. Moab eñ de patre, ſignificat. Altera verecũdior, q̃ filio nomẽ indidit Benãmi.i. filius populi mei.

Gē.cap.2 *Soror mea eſt.* At Sarai, ſicuti Ioſephus teſtatur, ſoror erat germana ipſius Lot, A-

brahę

brahæ igitẽ neptis, quæ apud Hebræos inter ſorores annumeratur.

En morieris propter mulierẽ, quam & cæt. Patet ex his Deũ miſerari illos, q peccent ipr udẽter, nihilq; nõ curare, quãdo Phiſiſtęũ hominẽ admonere poti⁹ q̃ dãnare maluit. Seb q̃ forma moratę mulieris in ſenectute? nempe q̃ gratia ſterilitatẽ naturę emendauerat, eadẽ corporis nitorẽ velut Aquilæ renouauit. Quanq̃ & ipſe Abimelech vir alioqui iuſtus ac pius, tãetſi in ſua illa autoritate regia multas ſibi puellas habere liceret, voluit tamẽ ex ea anu, q̃ prudentem ſimul & honeſtam reſciuerat, ſuſcipere liberos. Ge, cap, 20

Ne peccares in me. Euidẽs eſt hoc argumentum, q adulter peccat in Deum. Ge, cap, 20

Quia propheta eſt: & orabit. & c. At vnde Abraham agnoſcimus prophetã? nonne cũ in Aegyptũ ſecederet, vxoris raptũ ꝓuidit? deinde ad imolandũ Iſaac ꝓfect⁹, pueris inqt, manete hic, ſacris pactis ambo reuertemur ad vos. Quin domin⁹ ipſe in euãgelio ſuo teſtimonio ꝓphetã cõfirmauit Abra. cũ inqt: Exultauit Abrahã videre diẽ meũ, vidit. nimirũ geſtiebat heros, qa ſuo vaticinio Dñum p̃cognouerat. Interea animaduerte, oportere iniquũ hoĩem ab iniqtate deſiſtere, atq; ita ꝑ interceſſionẽ iuſti vindictã dep̃cabitur Ge. cap. 20

Ge.cap.20 *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo.* Cõſulto dixit fratri tuo non viro, vt facti excuſationem prætenderet.

Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecũ ſunt Vt illæ etiã admoneantur poſthac meæ ignorantiæ, continentiamque noſtram tueantur apud omnes, meo munere conteſtatam. Verùm tu ne velis poſthac abuti tali prætextu.

Ge.cap.21. *Dixit autem Sara: Riſum mihi fecit Deus, quicunq; audierit, corridebit me.* Lętitiã hoc loco riſus ſignificat. Cuiuſmodi eſt illud: Beatus, qui luget nũc quoniam ridebit. Huius lætitiæ firmitatem oſtendẽs, mihi, inquit, fecit Dominus. Quicquid enim eſt à Deo, perpetuum eſt.

ACACI.

Ge.cap.21. *Et rurſus: Quis nunciabit Abrahæ, quod Sara puerũ lactet, quem peperit ei iam ſeni?* Id enim non quod ille aut rei ignarus eſſet, aut longius peregrinaretur, quando lactaret filium Sara: alioqui nomen puero octauo die non indidiſſet. Cum admiratione igitur legendus locus potius quã cũ deſiderio, perinde ac ſi dicamus: Quis hoc auſus eſt? Neque temere de lacte meminit, nõ enim peperit, inquit, ſed lactat, ne quà ſuppoſitus putaretur. Lac enim certum eſt argumentum puerperij.

Ge.cap.21. *Sara cùm vidiſſet puerum Agar Aegyptiæ*

ptiæ cum Iſaac filio ſuo ludentem,&c. Num ludus hic pro rixa contentionecque accipitur? quemadmodum in. ij. Regum de pueris Dauid atque Saul. Quin Paulus de Iſmaele. Quomodo qui erat ſecundũ carnem perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum natus eſt, ita &c. An genus erat hoc ludi, in quo fugientem Iſaac inſequeretur Iſmael, cederetque aſſecutus ſine reuerentia? Verùm ſi pro ludentem legimus deridentem, quemadmodum Hebræi, nulla erit in dictione difficultas: agebat eo tempore Iſmael. 15. Et puer in ętate illa mortalium longæua vocabatur.

Tradiditq; puerum & dimiſit eam. Crudele factum. Iſmael puer adhuc expellitur domo vix cum aquæ lagena, verùm in ea re virtus Abrahæ micat. Cùm enim Sara dixiſſet, *Eÿce ancillam hanc & filium eius*, obtemperare noluit: ſimul verò pręceptum Dei audiuit, nihil morarum interpoſuit tametſi Iſmaelem vehementer amaret, modò Iſmael hic viuat coram te, paulò ſuperiùs dixit: Promiſsis porrò Dei credidit, ita, vt ſine pueris, ſine ancillis, ſina auro & argento emiſerit: nouerat eum, qui iuſſerat hoc, cumulatè præſtare promiſſa, id quod factum eſt. Vix enim Ge. cap. 21.

puer

puer ſiti confectus lugere cępit, cùm Angelus puteum indicauit potabilis aquæ. Quod ſobolē eius multiplicem reddidit teſtatur eremus illa, quæ à finibus Aegypti aduſque Babylona à poſteris eius excolitur. Cæterū quanta præſtabat Abraham pietate? ipſis etiā locis nomina ſemper imponebat plena religionis.

Ge. cap. 21 *Exaudiuit aūt Deus vocē pueri.* Ergò nō ſunt puerorū preces cōtemnēdæ, tametſi à perfecta ratione non videantur. Amat Deus ſimplicitatem ſpiritus, facileque eiuſmodi vocibus commouetur.

Ge. cap. 22 *Tentauit Deus Abrahā, &c.* Si cuncta ꝓuidētię Dei patent, q̃obrē tentauit Deus Abrahā? nō vt ipſe quę nouerat addiſceret, ſed vt viri pietatē proderet omnibus, doceretq; non temerè fieri, ſi Patriarchā tanto amore proſequeretur: idcircò tres dies totidēq; noctes ſollicitū habuit hominē. Nam inter fidē naturamq; ſenex medius cum vtrinq; ſtimularetur, fidei palmam tribuit: qua re patefacta ſtatim Deus ſacrificiū cōmutauit. Haud enim qui brutorū mactationes abigit, vnigenitū ꝓmiſiſſet holocauſto deſtinari: cùm eius facinoris Iudæos acriter accuſet per ꝓphetā Dauid: Immolarūt filios ſuos & filias ſuas Dęmonijs, & effuderūt ſangui-

nem

nem filiorũ ſuorũ immolarũt ſculptilibus Chanaã.Itéq; p Ezechiel: Et arripuiſti filios filiasq; tuas,quos mihi genueras,et obtuliſti eos tuis amatoribus. Verũ hoc ad œconomiã noſtrã.Pater em̃ cœleſtis pro totius orbis ſalute vnigenitũ oblaturus typum diuinitatis ĩ ſeruato Iſaac,humanitatis in ariete mactato. p̃monſtrare voluit: Interſtitiũ quoq; tẽporis idẽ.Tres em̃ dies totidẽq; noctes vtrobiq; interceſſere.

*Tentauit Deus Abrahã.*Moſes narratur⁹ Dei de mactando filio edictũ,ne qs ideò ſuſpicaretur Deu humano ſanguine delectari,in principio ſtatim ait, *tentauit*, id eſt,non re vera exegit,ſed vt inſignẽ talis viri fidẽ celebraret,periculũ in filio fecit. Ge.tap.22 DIOD.

*Et vocauit eum Angelus Domini de cœlo & dixit illi:Abraham Abraham,&c.*Quis hic Angel⁹,an magni ille cõſilij?an re vera miniſtrũ Dei, nomine Dei loquentem intelligit?qui ſuã ignorationem fatetur, prius q̃ opera patriarchę vidiſſet?*Nũc cognoui*, ſi Deo totũ referatur eodẽ modo dicit,quo illud de Sodoma:Deſcẽdi nũc videre.Sicut em̃ illic ignorantiã Dei non adducit,ſed ĩ iudicãdo exactã diligentiã. Quid enim deſcẽdiſſet,ſi reos illos nõ cognouiſſet,eodem pacto nunc cognoui, ideſt,nũc apertè oſtendiſti,timere Deum. Ge.ca..22 Ge. capz2.

En aries deſtẽtus in fruteis Sabec cornibus.

qui cum paucis auſus eſt prælio congre-
di cũ quatuor regibus, ſed neq; vlla bo-
norum externorum cupiditate laboraſ-
ſe declarãt illa: A filo ſubtegminis vſque
ad corigiam nõ accipiam de omnib. bo-
nis tuis. Eum igitur, qui tot virtutib. inſi-
gnis vxorem haberet omniũ formoſiſsi-
mam, ancillam appetiſſe non credendũ.

Ge.cap.16 *Quæ videns quod conceperit, deſpectui me habet.* Nõ cuiuis eſt ſuſtinere honores: en

ORIG. quæ à Domina eo honore afficiebatur, vt in partem thori vocaretur, dominæ paulò pòſt inſultat.

Ge.cap.16 *Cùmq; inueniſſet eam Angelus Domini.* Idcirco inuenit, quod in vtero ſemen A-
brahę geſtaret. Vnde omnes, quos vocãt
Iſmaelitas, à noſtris dicũtur Saraceni, ij
ſunt Arabes, Aegiptij & Aphri.

Ge.cap.61 *Vocauitq; nomem Domini qui loquebatur ad eam.* Ex his verbis lex ſuo more decla-
rat, Agar agnouiſſe Dominũ nõ ſine ad-
miratione, cùm lõgius abeſſet ab Abram
familiari, ſic dixerim, Domini, inquit, e-
nim, *tu es Deus qui nunc me vidiſti*, ac ſig-
nificãter adiecit hic, quaſi dicat, nõ mo-
do apud Abrã, ſed in tãta ſolitudine vidi
poſt etiã illũ, qui à me prius viſus fuerat.
Nã in Hebræis codicib. legitur poſt, nõ
poſteriora: & Lxx. viſum mihi, nõ vidẽ-
tis me

tis me,ſunt interpretati.Sed quem paulò ante appellabat Angelũ, nunc Dominũ vocat,cùm ſit is magni cóſilij Angelus. Quiq; antea naturalis fons erat, nũc puteus per ſubſtructiones factus eſt.

Nec vltra vocabitur nomē tuum Abram, ſed appellaberis Abraham. Eſt hoc primũ quaſi fœdus,primumq́;lucrũ.Nó amplius Abrã, id eſt pater eximius,ſed Abrahã hoc eſt pater multitudinis poſthac vocaberis. Ge cap.17

In generationibus tuis fœdere ſempiterno. Fœdus hoc eſſe ſempiternum negauerit nullus,qui primo vim ipſius ꝓmiſſi cóſiderauerit : nihil enim eſt à Deo nó ſempiternũ, etiã ſi pro cõditione noſtra irritum fiat.Deinde quod apud Israelé collapſum videtur,ſeruat̃ hodiè apud Chriſtianos, qui circũciſi corde per fidem facti ſumus Deo populus acquiſitionis. Sicut enim Nothus ille filius ædito in lucé legitimo ceſsit,ita ſuperueniéte ſpiritu ſancto,quæ fuerat in carne circunciſio antiquata refrixit. Ge.cap.17

*Circũcidetur ex vobis omne maſculum: & circũcidetis carnem præputij veſtri,vt ſit &c.*Quare iuſsit Deꝰ Abrahã poſteroſq; circũcidi?Quia cũ inter exteras ille gẽtes habitaret,hac ratione Deus cauere voluit, Ge.cap.17 THEO. I

luit, ne inter impios homines nobilitas viri ſuorũq; virtutes barbara contagione pollueretur, cũ ad hoc veluti fœderis ſignũ reſpiciẽtes autoris perpetuam memoriam retinere cogerentur. Vera hæc eſſe arguit eremus, vbi annos XL. oberrãtes nulla ſunt vſi circũſectione, vt quę eo tempore neceſſaria nõ eſſet, quando lõge ab alijs gentib. ſecum verſarentur. Simul verò ꝓmiſſas ſedes attigerũt, iterum Deus ritũ circũciſionis reuocauit, quod cum futurũ eſſet, vt cum alienis ꝑmiſcerentur, eadem nota cõmoneri oportuit. Si verò de ea re Iudęi maximè gloriantur, ſciant nõ ſolũ Patriarchã circũſectum, ſed Iſmaelẽ quoq; libertinum & vernas omnis. Itẽ Idumęos de Chettura regione, quin & AEgyptij circunciſionẽ didicerũt, attamen omnes impij. Nulla enim circũciſio eſt, quantũ ad iuſtitiam, ſed ne Abraham quidem ipſum circunciſio iuſtũ, ſed fides reddidit, porrò virtus illuſtriorem. Circunſectio igitur fidei tantum nota eſt & inditium.

Ge. cap.17 *Maſculus cuius preputij caro circũciſa non fuerit, delebitur anima illius de populo ſuo.*

DIOD. Non quia neceſſaria ſit talis circunciſio, ſed ꝙ fœdus contemnitur, & abrogatur teſtamentum, qua nota dignoſcitur o-

miſſa.

miſſa. At verò quid infans incircunciſus peribit? Eſt enim parentũ vt octauo die circũſecetur. Codex igitur apud Syros ita ſe habet. Quicunq; nõ circũcidit, peribit, cũ Hebręorũ faciens ſcriptura. Qui cum per fidei ſtatum cognoſci nõ poſsẽt, quaſi pecora ex impreſſa nota fecit inſignes, vt p carnis deſectionẽ Iudęorũ oſtenderet electionẽ. Philo tamẽ Hebręus vſum fuiſſe, inquit, Dominũ hac hyperbole cõtra infantes, vt p fectę ętatis homines nulla ſe poſſent excuſatione tueri, ſi legem neglexerint.

Nõ fuerit abs re quęrere cur iuſſerit Deꝰ circuncifionẽ nato Iſaac potiùs, q̃ ędito Iſmaele, quãdo hęc ad vetus inſtrumẽtũ pertineret. Voluit, opinor, innuere hanc ſanè ad pręparationẽ gratię cõferre, attamẽ idoneã nõ eſſe ad benedictionẽ cõſumãdã, neq; omnino munia legis aſſequi poſſe promiſsiones. Quod autẽ pueros octo dierum circũcidi voluit, declarat hãc nullã eſſe diſciplinã virtutis: nihil enim eiuſmodi caperet ętas infantilis. Nota quędã tantũmodo eſt, quę ſegreget à cęteris quicunq; vtatur: quale eſt imperatorium decus, quo milites exornãtur ęqueſtris notę. Idcirco autẽ in genitalib., vt ſuę in illos pudẽtiæ cõtinuo GENN.

admoneret,qua genus illis conſtituit de ſterili intermortuaq; matrice cõtra natu ræ leges,in quo & mortuorũ reſurrectio prçſignatur.Quod autẽ & familiã & empticios admiſit ad circũciſionis myſterium,alias quoque gentes prænũciat promiſſorum in Chriſto fore participes.

Ge.cap.17 *Vxorem tuam non vocabis*,priuato quodammodo nomine *Sarai*, id eſt Domina

CYRIL. mea:*Sed* communiori *Sarah*,quod Domina ſignificat princepſq; abſolutè. Hãc primã ex mulierib.inuenimus,cui Dominus benedixerit,neque id ſine myſterio: vt legitimus filius benedicẽdus ex vtroq; parẽti oriretur benedicto.Erit autẽ in nationes, & reges etiam populorũ, tametſi proprium hoc videatur Eſau.Nam Reges Idumçorũ ab Iſaac originẽ deducũt.

Ge.cap.17 *Aſcendit Deus ab Abrahã*. Ergo collocuturus cũ Abrahã deſcẽderat,& de circunciſione ex inferiori loco tranſegit vallis Mamræ.

Ge.cap.17 *Duodecim duces generabit, &c.* Duces, inquã, tribuum ſuarũ, quemadmodum xij quoque principes ex Iſrael, à quibus xij tribus,quod paulò pòſt in Iſraelis genealogia latius explicabitur.

Ge.cap 18 *Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis*,&c. Vidit Abrahã tres Angelos typũ Sãctç Trinitatis,

nitatis,qui cũ eſſent eiuſdẽ(ſic dixerim) ſubſtãtię,eodẽque honoris obſequio digni, ꝑ vna eademq́; perſona accepit, eoſdem tanquàm Deũ adorat, tanquam hoſpites inuitat. Cũq́; à ſcriptura modò viri, modò Angeli dicãtur, tanq̃ viri dapib: accũbunt. Nã ſi Angeli incorporei, corpora tamen habere videbàntur,ita & veſci: cùm re vera per os cibus in ventriculum nõ demitteretur, cõficiebatur autem occulta ratione, eſſet extremę dementiæ, curioſius hæc, idque genus alia perſcrutari.

Domine ſi inueni gratiam. Singulari numero tres Angelos alloquitur, quòd omnes eiuſdẽ naturę gauderent honore, quib: erat ipſe preſtò ſub arbore,nolens Dei miniſterium committere vernis. Ge. cap. 18 ACACI.

Et Abrahã ſimul gradiebatur &c. Quam Deo gratũ illud quoq; officiũ eſt, cùm hoſpites deducim' lõgè abędib. vide, Abrahá,quę dũ ꝓſequitur illos,reſcire meruerit. *Clamor Sodomorũ.* Qui. ſ. libidinis rixarũq́; ſtimulis concitabat̃ oia deturbãs. Ge. cap. 18 EVSE. Ge. cap. 18

Quia ſemel &c. Qui ſe ipſe deprimit, exaltabitur. Is qui ſe terram cineremq́; putabat, qui ne de rebus quidem iuſtis agere cum Domino fidenter audebat, tanto dignatur honore, vt conſilij diuini tantum nõ particeps fiat. Ge. cap. 18

Ge.cap.19 *Veneruntq́; duo Angeli Sodomam veſpere.* Ad Abraham quidem tres viri meridie, Sodomam verò duo Angeli veſperi, ſiquidem bonorum prænuncia lux, tenebræ malorum. Iam enim iuſtitiæ ſol occiderat Sodomitis tenebręque impiorũ ſupplicia aduentabant. Præterea vbi bona nunciantur, Dominus adeſt, in denunciatione malorũ accedere noluit, vt quẽadmodum libẽter elargitur hominibus bona, ita inuitus oſtẽdat pœnas irrogare.

Ge. cap.19 *Sedente Lot in foribus ciuitatis.* Tum quod eſſe in vrbe nolebat, tum quia ingenio erat hoſpitali perinde atq; Abraham, qui in foribus tabernaculi hoſpites excipiebat. Verũ quia Lot non eadem virtute præſtabat, multis precibus opus eſt, ad exorandos hoſpites.

Ge.cap.19 *A puero vsq́; ad ſenẽ.* Heu malitiã extremã: cũ ne ſenes quidẽ modum libidinis agnoſcerent. Atqui Angeli, prout Ioſephus refert, mira quadam decoris ſpecie fulgebant.

Ge.cap.19 *Habes hic quempiam tuorum generum, aut filios, aut filias? omnes qui tui ſunt, educ de vr*
ORIGE. *be hac.* Ergo in flagitiorum exceſſu vrbibus non parcit Deus propter bonos, ſed iuſtum ſegregat, ne pereat cum impio.

Noli

Noli reſpicere poſt te. Non eſt ratio Ge.cap.19
rerum diuinarum ad mores hominum Phil. Epis.
reuocanda, ſatis eſt nouiſſe Deum ſcelerum pœnas exigere: quę vero illę ſint, aut quomodo infligantur inquirere, temeritatis eſt, quæ deſiderat emendationem.

Dixitq́; Lot ad eos. Egreſſus Lot ex urbe Ge.cap.19.
Sodomorum audet alloqui Dominum: quamdiu quis malitiæ mœnibus includitur, neque Dominum agnoſcit, neque congredi ſimul audet.

Egreſſus eſt ſol ſuper terram. Eadem hora Ge.cap.19.
ſalutem iuſtis, iniquis interitũ apportat.

Dominus pluit ſulphur & ignem à Domino Ge cap.19.
de cœlo ſuper Sodomã et Gomorrhã. Hoc illi cõſimile. Dixit Dominus Domino meo.

Reſpiciensq́; eius uxor poſt ſe, verſa eſt Ge.cap.19
in ſtatuam ſalis. Sunt ex Hebræis nonnulli qui tactam de cœlo mulierem credãt ita, vt oſſa ſulphureo ignе peruſta in ſalis ſtatuam verterentur

THEODORE.

Quamobrem Lot nõ accuſatur inceſtus? Quia & ijs, qui peccant imprudenter, ſolent etiam homines veniam dare. Quod ſi ebrietas haud omnino culpa vacet: ea tamen fuit, quæ poſsit excuſari, vehementer enim commotus animo propter vxorem, moleſteq́; ferens ſubitam rerum omnium ſpoliationem miniſtranti-

bus vinum puellis ignarus penitus quid illæ molirentur, libẽter malorũ obliuionem admiſit. Ipſæ verò filię accuſari nullo modo poſſunt. Nã cum vidiſſent quatuor vrbes cũ omnib⁹ villis igne deletas, ſubmersã Segor (Domin⁹ enim de ſubuerſione meminerat) vnde Bala vocatur ab alijs: facile crediderunt genus humanum eſſe periturum. Et ſolitudine in qua verſabantur et ſenectute patris cõmotæ, hoc ſibi conſilio ſimul & naturæ conſulere voluerunt potiùs quàm libidini ſatis facere. Eua quoque ex Adam, coniũx fuit eiuſdem. Verum Deus quamobrem illegitimũ coitũ non impediuit? ꝓſpiciẽs earum gentiũ impietatẽ. Moabitę Chamos idolũ colebãt: Ammonitę verò Melchõ. Quo magis itaq; Iſraẽlitę affinitatẽ eiuſdẽ impietatis deuitarẽt, inceſtum ꝑmiſit, cauens poſtmodũ p Moſen ne Ammonitę Moabitęq; in eccleſiã Dei admitterent in decimam vſq; generationem.

Ge.cap.19 *Et vocauit nomen eius Moab.* Videt hæc impudẽtior, quæ ſuũ inceſtũ ad poſteros quoque trãſmittere voluit. Moab em̃ de patre, ſignificat. Altera verecũdior, q̃ filio nomẽ indidit Benãmi.i. filius populi mei.

Ge.cap.2 *Soror mea eſt.* At Sarai, ſicuti Ioſephus teſtatur, ſoror erat germana ipſius Lot, Abrahę

brahæ igiť neptis, quæ apud Hebræos inter ſorores annumeratur.

En morieris propter mulierẽ, quam & cæt. Ge, cap, 20
Patet ex his Deũ miſerari illos, q peccent ípr udẽter, nihilq́; nõ curare, quãdo Philiſtęũ hominẽ admonere poti⁹ q̃ dãnare maluit. Scb q̃ forma moratę mulieris in ſenectute? nempe q̃ gratia ſterilitatẽ naturę emendauerat, eadẽ corporis nitorẽ velut Aquilæ renouauit. Quanq̃ & ipſe Abímelech vir alioqui iuſtus ac pius, tãetſi in ſua illa autoritate regia multas ſibi puellas habere liceret, voluit tamẽ ex ea anu, q̃ prudentem ſimul & honeſtam reſciuerat, ſuſcipere liberos.

Ne peccares in me. Euidẽs eſt hoc argumentum, ꝙ adulter peccat in Deum. Ge, cap, 20

Quia propheta eſt: & orabit. & c. At vnde Ge. cap. 20
Abraham agnoſcimus prophetã? nonne cũ in Aegyptũ ſecederet, vxoris raptũ ꝓuidit? deinde ad imolandũ Iſaac ꝓfect⁹, pueris inqt, manete hic, ſacris pactis ambo reuertemur ad vos. Quin domin⁹ ipſe in euãgelio ſuo teſtimonio ꝓphetã cõfirmauit Abra. cũ inqt: Exultauit Abrahã videre diẽ meũ, vidit. nimiř geſtiebat heros, qa ſuo vaticinio Dñum p̃cognoue rat. Interea animaduerte, oportere iniquũ hoĩem ab iniqtate deſiſtere, atq; ita p interceſsionẽ iuſti vindictã dep̃cabitur

Ge.cap.20 *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo.* Cõſulto dixit fratri tuo non viro, vt facti excuſationem prætenderet.

Hoc erit tibi in velamen oculorum ad om
Ge.cap.21 *nes qui tecũ ſunt* Vt illæ etiã admoneantur poſthac meæ ignorantiæ, continentiamque noſtram tueantur apud omnes, meo munere conteſtatam. Verùm tu ne velis poſthac abuti tali prætextu.

Ge.cap.21. *Dixit autem Sara: Riſum mihi fecit Deus, quicunq; audierit, corridebit me.* Lętitiã
ACACI. hoc loco riſus ſignificat. Cuiuſmodi eſt illud: Beatus, qui luget nũc quoniam ridebit. Huius lætitiæ firmitatem oſtendẽs, mihi, inquit, fecit Dominus. Quicquid enim eſt à Deo, perpetuum eſt.

Ge.cap.21. *Et rurſus: Quis nunciabit Abrahæ, quod Sara puerũ lactet, quem peperit ei iam ſeni?* Id enim non quod ille aut rei ignarus eſſet, aut longius peregrinaretur, quando lactaret filium Sara: alioqui nomen puero octauo die non indidiſſet. Cum admiratione igitur legendus locus potius quã cũ deſiderio, perinde ac ſi dicamus: Quis hoc auſus eſt? Neque temere de lacte meminit, nõ enim peperit, inquit, ſed lactat, ne quà ſuppoſitus putaretur. Lac enim certum eſt argumentum puerperij.

Ge.cap.21. *Sara cùm vidiſſet puerum Agar Aegyptiæ*

pria cum Iſaac filio ſuo ludentem,&c. Num ludus hic pro rixa contentioneque accipitur? quemadmodum in.ij. Regum de pueris Dauid atque Saul. Quin Paulus de Iſmaele. Quomodo qui erat ſecundũ carnem perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum natus eſt, ita &c. An genus erat hoc ludi, in quo fugientem Iſaac inſequeretur Iſmael, cederetque aſſecutus ſine reuerentia? Verùm ſi pro ludentem legimus deridentem, quemadmodum Hebræi, nulla erit in dictione difficultas: agebat eo tempore Iſmael. 15. Et puer in ętate illa mortalium longæua vocabatur.

Traditiq́ puerum & dimiſit eam. Crudele factum. Iſmael puer adhuc expellitur domo vix cum aquæ lagena, verùm in ea re virtus Abrahæ micat. Cùm enim Sara dixiſſet, *Eyce ancillam hanc & filium eius,* obtemperare noluit: ſimul verò pręceptum Dei audiuit, nihil morarum interpoſuit tametſi Iſmaelem vehementer amaret, modò Iſmael hic viuat coram te, paulò ſuperiùs dixit: Promiſsis porrò Dei credidit, ita, vt ſine pueris, ſine ancillis, ſina auro & argento emiſerit: nouerat eum, qui iuſſerat hoc, cumulatè præſtare promiſſa, id quod factum eſt. Vix enim Ge.cap.xx.

puer

puer ſiti confectus lugere cępit, cùm Angelus puteum indicauit potabilis aquæ. Quod ſobolē eius multiplicem reddidit teſtatur eremus illa, quæ à finibus Aegypti aduſque Babylona à poſteris eius excolitur. Cæterũ quanta præſtabat Abraham pietate? ipſis etiã locis nomina ſemper imponebat plena religionis.

Ge. cap. 21 *Exaudiuit aũt Deus vocē pueri.* Ergò nõ ſunt puerorũ preces cõtemnēdæ, tametſi à perfecta ratione non videantur. Amat Deus ſimplicitatem ſpiritus, facileque eiuſmodi vocibus commouetur.

Ge. cap. 22 *Tentauit Deus Abrahã, &c.* Si cuncta ꝓuidētię Dei patent, q̃obrē tentauit Deus Abrahã? nõ vt ipſe quę nouerat addiſceret, ſed vt viri pietatē proderet omnibus, doceretq́; non temerè fieri, ſi Patriarchã tanto amore proſequeretur: idcircò tres dies totidēq́; noctes ſollicitũ habuit hominē. Nam inter fidē naturamq́; ſenex medius cum vtrinq; ſtimularetur, fidei palmam tribuit: qua re patefacta ſtatim Deus ſacrificiũ cõmutauit. Haud enim qui brutorũ mactationes abigit, vnigenitũ ꝑmiſiſſet holocauſto deſtinari: cùm eius facinoris Iudæos acriter accuſet per ꝓphetã Dauid: Immolarũt filios ſuos & filias ſuas Dęmonijs, & effuderũt ſanguinem

nem filiorũ ſuorũ immolarũt ſculptilibus
Chanaã.Itẽq; ꝑ Ezechiel: Et arripuiſti fili
os filiasq; tuas,quos mihi genueras,et ob
tuliſti eos tuis amatoribus. Verũ hoc ad
œconomiã noſtrã.Pater em̃ cœleſtis pro
totius orbis ſalute vnigenitũ oblaturus ty
pum diuinitatis ĩ ſeruato Iſaac,humanita-
tis in ariete mactato. p̃monſtrare voluit:
Interſtitiũ quoq; tẽporis idẽ.Tres em̃ di-
es totidẽq; noctes vtrobiq; interceſſere.

*Tentauit Deus Abrahã.*Moſes narraturꝰ Ge.cap.22
Dei de mactando filio edictũ,ne qs ideò
ſuſpicaretur Deũ humano ſanguine de- DIOD.
lectari,in principio ſtatim ait, *tentauit*, id
eſt,non re vera exegit,ſed vt inſignẽ talis
viri fidẽ celebraret,periculũ in filio fecit.

Et vocauit eum Angelus Domini de cœlo Ge.ca..22
*& dixit illi:Abraham Abraham,&c.*Quis
hic Angelꝰ,an magni ille cõſilij?an re ve-
ra miniſtrũ Dei, nomine Dei loquentem
intelligit?qui ſuã ignorationem fatetur,
prius q̃ opera patriarchę vidiſſet?*Nũc co-
gnoui,* ſi Deo totũ referatur eodẽ modo
dicit,quo illud de Sodoma:Deſcẽdi nũc
videre.Sicut em̃ illic ignorantiã Dei non
adducit,ſed ĩ iudicãdo exactã diligentiã.
Quid enim deſcẽdiſſet,ſi reos illos nõ co
gnouiſſet,eodem pacto nunc cognoui,
ideſt,nũc apertè oſtendiſti,timere Deum. Ge. cap22.
En aries detẽtus in fruteis Sabec cornibus.

Sabec, plantę genus, quod nomen apud Hebręos veniã ſignificat, Quod ad myſterium crucis facit. Notandum, quod cùm ſępius ante hac ſacrificaſſet Abraham, nunquam tamen præſcriptus illi locus à Deo fuit prętcrquàm hoc tẽpore. Adiacent nimirum montes Hieroſolymorum agro Philiſtino, vt facile montem ſignaſſe crediderim, vbi Chriſtꝰ cruci affixus eſt. At verò Ioſephus in octauo ſuarum hiſtoriarum, illuc aſcendiſſe narrat Abraham ad immolandum filium, vbi Salomon deinde templum ędificauit: vbi etiam dicitur Cain & Abel, & longo pòſt tempore Noah ſacrificiũ obtuliſſe.

Ge.cap.24 *Pone manum ſuper fœmur meum.* Ad conciliandas nuptias familiæ ſuæ procuratorem mittebat, haud ignarus quàm execrabile eſſe apud Deum genus Chananęorum, quãtumque diſtaret ab omni benedictione, quam ſuæ ipſius domui peculiariter ſeruari credebat. Cùm itaque in ſemine promiſsionem bonorum accepiſſet, ibi ſeruum iuſsit apponere manũ, vbi fidei nota fuerat inuſta circunciſionis, vt illius ſimulq́ue diuini promiſsi memor, nobilitatem pietatemq́ue Domini ſui per externas nuptias non dehoneſtaret. Nec verò ſerui obiectio non ſapiens fuit, ſiqui-

ſuit ſiquidem commotus tanta atteſtatione, manifeſtos ſibi cupit eſſe nuptiarum terminos. Quid, inquit, ſi ſponſa nolit huc ſemigrare, nunquid illuc filio ſecedendum? Patriarcha itaque gnarus, ex ea regione diuino monitu diſceſsiſſe nulla de nuptijs lege à Deo lata, nequaquam concedit ſedis mutationem. At vero preces quibus iuxta puteum ſeruus vtitur, non ab incerta coniectura pendẽt, vt nonnulli ſtolidè putant, ſed à fide pietateque manant, nam cum Deum ex Abrahæ verbis quaſi pronubũ accepiſſet, indicia poſcit futurarum nuptiarum, ea verò non forma corporis, nõ generis nobilitas erãt, neque ex ijs aliquid, quod in precio videtur haberi, ſed hoſpitalitas, humanitas & manſuetudo, vt virtutibus Patriarchæ moribuſque quam proximè accederet: aliàs potuiſſet tanquam ſpeculator turbam concitare.

Cùm circumſcctionis ritum à Deo videret Abraham accepiſſe, vt ab alijs gentibus genus ſuum ſecerneretur, veritus ſummopere, ne, ſi affinitatem cum incolis eius regionis contraheret filius, paulatim ad Idololatriam deſciſceret, idcircò ſeruum iubet circumciſionis notam tangentem, per eum, à quo impreſſa eſt, GEN.

adiurare. Cæterũ hunc ſeruum multi au tumãt illũ eſſe, de quo meminit Abrahã, filius Maſec vernę mei, quẽ ſibi parauera t hæredẽ, familiariterq́; vtebatur.

Ge. cap 25 *Primogenitus Iſmaelis Nabaioth.* Hinc Nabathea regna.

Ge. cap. 25 *Deprecatusq́; Iſaac eſt Dominũ &c.* Quid hoc eſt, oẽs ferè Patriarcharũ vxores eſſe ſteriles? Sarrã, Rebechã, Rachel & Liã, in Iſraelitico genere cõſtituendo Deus nõ legem naturalẽ, ſed peculiarẽ quãdam gratiã voluit agnoſci. Neq; immerito tale in ea gente ſtudiũ Dei extitit, de qua Chriſtus carnem ſumere decreuerat.

Ge. cap. 25 *Perrexitq́; Rebecca, vt cõſuleret Dominũ.* At per quem? Sunt qui dicant adijſſe ad

THEO. Melchiſedec, vt qui altiſsimi Dei ſacerdos erat, inſigniſq́ue pietate vir: adhuc enim viuebat in terris. Verùm cũ Patriarchæ conſueuiſſent aras extruere Deo, vbicũque habitarẽt, veriſimile eſt mulierem ad id loci profectã exoraſſe Deum.

Ge. cap. 25 *Perrexitq́; Rebecca.* Cautè fit hoc à muliere, nam qui Deũ exorare volunt, pro-

DIOD. cul ab alijs ſecedunt, quò ſe melius colligentes mentem intendant in Deum.

Ge. cap. 52 *Dua gentes in vtero tuo ſunt, & duo populi*

DIOD. *ex ventre, &c.* Multę quidẽ ſunt gentes & populi quã plurimi, duo tamẽ præcipui dicun-

dicũtur, qui prçceptis piaq; religione inſtrui meruerunt à Deo: Iudæi ſcilicet & Chriſtiani p terrarũ orbẽ diffuſi: qui prior ex ijs eſſe gloriebatur virtute, minor factus ſeruit poſteriori iunioriq;, nec mirum, ſeruit, inquit ille, ſtultus ſapienti.

Ne deſcendas in Aegyptũ ſed, quieſce &c. Gc. cap. 25
Quamobrem Deus vrgente fame ſecedere in Aegyptũ non ſinit Iſaac? nullibi ceſſat ſumma Dei tũ ſapiẽtia, tũ prouidẽtia. Antea fuit hoc Abrahę cõceſſũ haud equidẽ annonæ caritate, vbiq; prçſtò Deus eſſe poterat, ſed vt Aegyptij cognita viri religione ad ęmulationẽ ci⁹ virtutis cõcitarentur. Iſaac aũt in ijſdẽ locis eſſe voluit, vt multiplici prouẽtu cõtra terrę malignitatem ditatus, palam faceret, potuiſſe quoq; parentib. eadẽ proſequi liberalitate, niſi aliter exegiſſet œconomia.

Manſit itaq; Iſaac in Geraris. Vbi quis mãſerit iubẽte Deo, illuc bona oĩa fluũt. Ge. ca: 26.

Recede à nobis, quoniã potẽtior &c. Quod G. cap. 26
cũ Abrahã fœdus pcuſſerat veretur adhuc moni prçſertĩ à Deo ꝓpter Sarrã ne quid in eã familiã moliret. Neq; verò repugnat, ſi fuerit hic alter Abimelech, quo nomine omnes Philiſtinorum reges nuncupabantur, ſicut apud Aegyptios Pharaones, potuit enim omnia hęc

à proximis ante illũ regibus cognouiſſe.

G.cap.26. *Rurſum fodit alios puteos.* Diſcat quicun que cupit inter Abrahæ filios annumerari, ingenij eſſe humani, diſcat aduerſarium ſuum non contentione rixarum ſuperare ſed benignitate. Ex hoc potiſsimum loco Iſaac natura deprænenditur ſimplex & libera, qua maximè Deum delectari monemur ex eo, quod illi è veſtigio occurrens promiſſa ſtabiliuit.

PHIL. EPSCO.

Ge. ca.26. *Ad quem locum cum de Gereris veniſſent Abimelec & Ochoſat amicus illius.* Nõ tam vt ſocietatem inirent, quam vt ſpecularentur hominis opes, parati quidem ad bellum, ſi tenuem inueniſſent, ad fœdus, ſi potentem: qui nunc dicuntur Philiſthei, ſacra ſcriptura modò Chananæos, modò Cappadocas vocat.

PHIL. HEB.

G.cap.26. *Dimiſitq; eos Iſaac pacificè in locum ſuum.* Non quod laudaretur ab illis, nullo enim obſequio vel adulatione ſapiens commouetur, ſed illorum pœnitentiam amplexatus.

G. cap.27. *Affer vt cõedam & benedicat tibi anima mea antequã moriar.* Quid Iſaac benedictionis priuilegiũ cupiebat ad Eſau peruenire? nempe lege ipſius naturę, erat enim primogenitus, qui ex dodrãte ſcribebatur hæres: accedebat etiã quod ſuis obſe-

THEO.

obſequijs patrẽ quotidie demulcẽs vena tione quoq; alebat: quod ingenia etiã acerba emollire poteſt nedũ patrẽ ad dilectionem ꝓcliuem. Cõſueuit etiã diuinus Apoſtolus benẽ de ſe meritos multplici benedictione proſequi.

In deteriorẽ filiũ deflectit pater benedictionẽ, nõ quia meliori prẹferret, ſed ꝓuidẽs alterum ſua virtute ſemp fœlicẽ fore, alterũ ſuis morib. prolabentem in peius benedictionis pedamento indigere. Sarà igitur filium, quibus dignus erat noluit defraudari, Iſaac alterius defectũ emendare cupiebat. PHIL. EP.

Cũq; ille abiiſſet in agrũ, vt iuſsionẽ patris ſui impleret. Neq; hoc ſine numine Dei, vt interiecta mora ſpaciũ Rebeccæ daretur occupandi benedictionem. G. cap. 27 THEO.

Super me fili execratio tua. Quid adeo Rebeccã ꝓ cauſa Iacob animauit, vt hẹc ſibi imprecari auderet? nẽpe quod prẹdictioni Dei crediſſet: Maior ſeruiet minori, qua fide omnia deturbãs impedimẽta nõ prius deſtitit, q̃ voto potiretur. Ge. cap 27

Non hoc mulier, vt quẹ viri negligeret indignationẽ, ſed memor oraculi, Maior ſeruiet minori, cui ſane in tantum cõfidebat, vt in ea re accidere nihil ſperaret aduerſi. Altera quẹſtio, ſi quod acceperat à GENNA:

Deo, pro certo habebat, cur tam ſedulò in patris benedictione laborauit? An quia certior eſſet, quantũ momenti ineſſet in iuſtorum benedictione? Quorum preces vel propoſitum Dei reſcindere poſſunt.

THEODORE. Quid? domeſti cũ hoc cõſilium noluit Iſaac prodere Deus? Vt ſuã in Iacob curam faceret euidentiorem. Nã cum Iſaac totus incumberet in Eſau, diuina gratia in alterum contorſit benedictionem, id quod Iſaac apertè pôſtmodũ cognouit. Deceptus enim, quando minime decipi credebat, ſiquidem omniũ rerum periculum faciens, ita vt manibus etiam iuuenem attrectaret, nihil tamẽ cognitis inſidijs immutare voluit, licet grauiter nouitate rei percullſus.

Ge. ca. 27. *Dixitq́ʒ Iacob, ego ſum primogenitus, &c.* Haud omnino mẽtitur, ſibi em̃ primogeniti iura edulio cõparauerat ab Eſau: qui cũ nulla virtute inſigniretur, q̃ primogeniti dignitatib. cõueniret, regnũ id eſt ſacerdotiũq́; & autoritas Patriarchę: ſpõtè vẽdidit, ꝙ ab ĩuito extorqueri decuiſſet.

Ge. cap. 27 BASIL. *Voluntas Dei fuit, vt, &c.* Piam hãc vocẽ ognoſcens pater in Iacob, vocem eſſe Eſau merito negabat. Cæterum voluntate Dei factũ eſt, vt vel in ea re allucinaretur Iſaac, vel aliter cõijcere diſsimularet:

tot in cõtrariam partem ſigna concurre bant, vox, tactus, guſtus altilis, ꝓ ferina.

Cur, queadmodũ Iſaac filio ſuo Iacob, deincepsq́; Iacob filijs ſuis benedixerũt, non eodẽ pacto Abrahã benedixerat Iſahac? Superuacaneũ hoc illi forte videbatur, cũ poſt oblationẽ filij monumentũ illud ſeruaret in pectore certę ꝓmiſsionis, in Iſahac vocabitũ tibi ſemen ſucceſsionis. THEOD.

Ecce odor filij mei ſicut odor agri, &c. Si igitur odor agri plenus cui benedixit Dominus, quid ipſi Domini benedictio? Ge.cap.27 EVSEB.

Et incuruẽtur ante te filij patris tui, &c. Oriũdos ex Eſau præſignat: ad poſteros enim pertinet vaticiniũ, namq́ue Iacob ipſi res fortè contrario modo ſe habuit. Ge.cap.27

Benedixitq́ꝫ ei, &c. Cũ benedictionẽ confirmet, iam nõ Iacob auertit tanq̃ mendacem aut doloſum (neq; enĩ dolus omnis vituperãdus, atq́ ſtratagemata laudãtur) ſed totũ hoc à diſpẽſatione Dei ꝓfectum accepit, et Iacob quidẽ ſimul cũ poſteris, Eſau verò ſolus benedicitũ: ille fructib. vberis ſoli tritico vinoq́; fruetur, hic in vbere quidẽ ſolo habitabit, ſed ad uictum cõparãdum gladio vtetur in prædis, quales ſunt Arabes noſtra tempeſtate. Quocirca adijcere noluit, Dabit' tibi Deus. Ge. ca.27

Irrugijt clamore magno, & cõſternatus ait. G.cap.27.

 Non

Non tam dolet præreptam benedictionẽ, quàm fratris inuidet dignitati, vt qui ingenio liuenti fratris damno magis q̃ ſuo cõmodo inuigilaret, id quod arguit & clamor vehemens & amarulentus & conſternatio.

Ge. cap. 27 *Et omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui.* Atque nullos præterea filios habuit Iſaac, fratres igitur nepotes pronepotesque appellat. Sunt qui de Moabitis intelligant, qui ſeruierunt Iſraêli.

Ge. cap. 27 *Det tibi Deus de rore cæli.* Quęnam eſt huius benedictiõis ſumma interpretatio? Exoriturus erat ex eo quantum ad corpus Ieſus Chriſtus, gentium expectatio, ac totius orbis & ſeruator & Dominus, id prouidens Iſaac Patriarcha, En, inquit, odor filij mei ſicut odor agri plenus, cui benedixit Dominus. Quod per agrum Scriptura mundum intelligat, teſtatur Dominus parabolam ſeminis explicãs, cum ait. Ager, inquam mundus eſt, qui verò ſeminat bonum ſemen filius eſt hominis. Conſidera igitur in Iacob totius orbis ſalutem, atq; illi merito exoptari rorem terręque vbertatem agnoſces, ideſt, cœleſtem gratiam, terreſtriumq; bonorum affluentiam. Ad agri vero ſi reſpicias interpretationẽ, per rorem Chriſti ſignatur humanitas, per uberem

berem terrã,indumentum noſtrę carnis. Etenim B. Dauid deſcendet,inquit, ſicut pluuia in vellus,& ſicut guttæ ſuper terrã. Nam quemadmodum ros viſum noſtrum fugiẽs delabitur, nec prius videtur, quam congeletur in terris:ſic oculis non manifeſtum verbum Dei per carnem viſum eſt in terris: frumentum verò ſiue panis cum vino,noſtrorum ſunt ænigmata myſteriorum, cui rei maxime quadrant ſubſequentia:& ſeruiant gentes, perinde ac Dauid: Reges Tharſis & Inſulę munera offerant, & adorabunt eum oẽs reges terræ. Hanc porro benedictionem corroborauit,quo tempore illum in Meſopotamiam dimiſit: Eris,inquit,in cætus gentium.Detque tibi Dominus benedictionem patris mei Abraham.quid ſibi velit hoc, cuique facilè eſt à ſuperioribus diſcere, Abrahæ Deus ait.Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ.At Iacob tot tantiſque benedictionibus inſtructus, quamobrem fratris conſpectũ declinauit fugiens ad gentiles omnium rerum egenus? euidentior in ijs extat,quæ calamitates vidẽtur,prouidentia Dei. Qui enim diuturna tranquillitate fruuntur,ſua plerunque bona non vidẽtur agnoſcere. Solus itaque eſt in fuga,vt bonis omnib9 onuſtus in reditu certior

tior ipſe, ſuoq́; alij oẽs exemplo fiāt, quę ſit & quāta gratia Dei, quá mox illi viſio confirmauit. Nam aſcendentes Angeli ac deſcẽdẽtes diuinũ miſteriũ deſignabant. Nõne, inq̃t, Paulus, oẽs ſpiritꝰ miniſtrãtes in munia delegantur ꝓpter eos, q̃ ſalutẽ hęreditabunt? Quilibet ex ijs Patriarchã ſatis animare poterat, dicit enim nihil nõ curare Deum omnibus rebus per ſanctos ſuos miniſtros moderantem. Præterea cum eadem illum benedictione proſecutus eſſet, qua patri auoque iampridẽ benedixerat, adfuturum pollicetur illi, donec cuncta præſtiterit.

Ge. cap. 27 *Tempusq́; veniet cum excutias, &c.* Nẽpe hoc tẽpore Iudæi ſeruiunt Chriſtianis iã pridẽ ſub ditionẽ Romani imperij coacti quod ex Aedõ ꝓſapia dicitur ꝓpagatũ.

Ge. cap. 27 *Fuge ad Labã frẽm.* Monemur ex hoc loco vitãdos eſſe inſidiatores ab ijs etiã, q visionibus dignanĩ diuinis, qualis Iacob.

Ge. cap. 27 *Dixit autem Eſau in corde ſuo, adueniant dies, &c.* Si hæc ſecum Eſau, vnde matri renunciantur, nunquid illã admonuerunt inſomnia, aut alia ratione reuelatum eſt hoc mulieri alioqui religioſæ? Quanquam hoc ſecum facinus ſæpè volutans Eſau non potuit ſuam non prodere mentem ita, vt ex coniectura facile quis

ACACI.

quis matri renunciare potuerit.

Si hoc in corde ſuo decreuerat Eſau, quomodo matri defertur?an ꝙ illa verba, *in corde ſuo*, deliberationẽ rei prę ſe ferunt cũ certa longoriq; mora cogitationis,quãdo nulla iã ſtimulante ira exagitari,ſed in mẽte hoc illi ꝓfixum cognoſceretur ex odij ſimultatisq;pſcuerãtia. DIOD.

Cum in corde ſuo cędem meditaretur, quî potuit hoc reſcire mater? Hoc ſanè de more ſacræ ſcripturæ dicitur, quæ animi affectus in verba vocesq; figurat. GENNA.

Viditq́; ſcalam in ſommis ſtantẽ ſuper &c. Admonet hęc viſio Iacob,nõ modo Angelos verſari apud nos,ſed vnũ eſſe Dominũ ſupiorũ ſupmũ miſterio viribusq; Angelorũ noſtra hęc adminſtrantem ita vt nihil ſit apud nos ꝙ temere feraẽ. Cur igitur in Meſopotamiã proficiſci vereretur,quando ſibi nõ tantũ Dei miniſtros, ſed ipsũ etiã Deũ,illũ ſane paternũ,affore ſemp intelligerent?Sunt qui ꝑ Angelos intelligant Prophetas: vt,Miſit Angelum ſuum & eduxit nos de Aegypto, vnde prius aſcendentes ponit,vt per ſpiritum ſanctum doceãtur quę mox deſcendẽtes doceãt homines. Gc.cap.28 GENNA.

Fuit & hic lapis, Moſaici tabernaculi typus, quod vbi conſtructũ fuit & erectum, illc perũxit. DIODO.

Dormi-

EVSTA. Dormiens Iacob, primò vidit in ſpiritu corpoream Chriſti ſpeciem, quæ pateret oculis, & loco circunſcriberetur. Secundò crucis illi trophæum ſcala præſignauit, cui ſuſpenſus fuit & affixus ad ſe cuncta Dominus trahens. Nam & eodem nomine genus tormenti ſignificatur: Quales ſcalæ Gemoniæ, vnde ſontes præcipites dabantur. Lapidem verò ceu columellam erexit viſionis monumentum, exprimens pro viribus imaginem eius perſonæ, quæ ſibi apparuerat. Et lapis ipſe reiectus factus in caput anguli à Maria vnguento eſt delibutus in ſepulturæ prædictionem.

THEODORE. Iacob tot bene precatis circũuallatus cur fratrem extimeſcens ſolus etiam aufugit indigens omnium rerum? Euidentiór emergit in ærumnis cura ſtudiumq; Dei. Diuites quibus fruuntur bonis non facile agnoſcunt. Solus itaque exulat & indigus, quo certius ipſe reuertens inter opes agnoſcat, quanta ſit prouidentia Dei: addiſcantque alij eius exemplo ſe credere Deo.

Ge. ca. 28. *Et erexit in titulum, fundens oleum deſuper.* Quamobrem Iacob lapidem inunxit. Quas potuit Deo gratias retulit, erectum lapidem, quẽ capiti ſuppoſuerat, oleo

oleo perfundens, id quod etiam noſtra tẽpeſtate nonnullæ ex fidelibus mulieres vſurpant, cippos ſacrarum ædium, martyrumq́ue vrnas perungentes: ita enim pietatem animi conãtur exprimere, quæ licet tenuia, accipit tamen humanus benignusq́ue Deus, non tã ad mun⁹, quam ad rei propoſitum reſpiciens.

Noſtis Laban filium Nachor? Per filium Hebræi etiam nepotem ſignificant. Labanis enim pater Bathuel, & Nachor auus. Quin & fratrum nomine cõſanguineos omnes dignabantur, vnde paulò pòſt, *Et indicauit ei, quod frater eſſet patris ſui*, cui nepos erat ex ſorore, Abraham quoque ad Lot ex fratre nepotem, Fratres inquit, ſumus. Ge.ca. 29.

Decimas offeram tibi. Ergò ante ſcriptam legem, quæ legis erant, natura tenebat. Ge.cp. 28. EVSEBI.

Amouit lapidem, quo puteus claudebatur. Parum videbatur iuueni optimis morib. inſtituto virginem & quidem nubilem in paſtorum concurſu gregibus potum dare. Vbi etiam ſcriptura demonſtrat, nõ opibus modo Deum, cõmunire iuſtos, ſed vires quoque & corporis afflare dignitatem, vt alios quoque prouocet ad ſe, & ad veri cognitionem inuitet. Ge. ca.29. CYRILL.

Et

Ge.cap.29 *Et cum potum gregibus præbuiſſet, oſculatus eſt eam.* Fuit hoc ſpecimen benignitatis atque ſollertiæ, cui merito Socer totã deinde rem pecuniariã credere debuit.

Ge.cap.29 *Et hebdomada tranſacta, Rachel duxit vxorem.* Pleriq; ſuã prętexere volunt intẽ-

THEO. perãtiam eò, quòd Iacob quatuor håbuerit vxores. Verũ in rebus omnib. conſiderandus eſt ſcopus, & quẽ ad finẽ quicquid agatur: hoc modo iudiciũ expendẽtes, inueniemus Patriarchã Abraham Iacob cũ Rachelẽ adamaret, pręter opinionẽ cũ Lia cõcubuiſſe: ſimul eñ fraudem agnouit ægre ferens Socerũ obiurgauit: Balã verò nulla libidine percitus, ſed in gratiam cõiugis admiſit in cõiugium, quę cũ ab eo filium efflagitaret piè ſimul & religioſè redarguit: Naturę cõditorẽ liberorũ ſobolẽ dare, nõ concubitus: Nũquid, inquit, pro Deo tibi ſum, qui te ſterilẽ reddidit? Qua tamẽ liceret, vt ſolaretur cõiugem, ex ancilla liberos illi ſuſcipere curauit: id quod in Zelpha quoq; euenit: Nã Lia ſimul parere deſijt, virũ ſimiliter exorauit, vt ex ancilla ſuam ſobolẽ cõminueret: quæ omnia mite potius ingeniũ viri, quam libidinẽ pręſe ferũt. Adhæc animaduertẽdum nullã fuiſſe tũc temporis legẽ de cõiugibus ſcri-

ptam,

ptam & ex multiplici filiorũ fœtura virorum fœlicitatẽ nuncupatã, ita vt apprimè beatus putaretur is, qui multorũ pater diceretur, quod in diuinis promiſsis pręcipuum Patriarchæ ſemper habuerunt.

Parum ne tibi videtur, quod praripueris mihi maritum, niſi etiã, &c. Gc.cap.30 Quid inter ſe tãta vxores zelotypia laborabãt? nihil certè mirũ, ſi de autoritate ſœlicitatis inter ſe ꝓ viro decertabãt, pręſertĩ cũ ex patre Idololatra ꝓgenitæ nulli⁹ integritate virtutis pollerẽt: nã & ſtatuas Deos credebãt. Quã ob cauſam legis lator Deus prohibet eiuſmodi nuptias, aliã ne ſuper inducas, quæ æmulatione contẽdat.

Et poſuit virgas in canalib. &c. Gc cap.30 Haud mi n⁹ Deo q̃ virgis cõfidẽs. Nã quẽadmodũ ꝓfect⁹ ad ſuſcipiẽdos liberos nõ in vxoris copula, ſed in Deo pręcipuè cõfidebat: ita hoc tẽpore virgis eſt vſus, ita tamen vt opẽ Dei deſideraret: vnde & viſione diuina dignatus eſt, in qua propugnator afflictorũ Deus oſtendit, illi maculoſos arietes & hircos ineuntes capellas, vt experientia duce cognoſceret, quanta cum quibus ue opibus innituntur ij, qui ſe Deo crediderunt. Vbi etiam animaduertendum, quem Angelũ nominat, eſſe etiam Deum: Deum natura,

ange-

angelum œconomia, vt aperte intelligamus non patrem illum eſſe, qui apparuerit, ſed vnigenitum filium. Cuius enim eſſet Angelus pater? filius autẽ & Deus & magni conſilij eſt Angelus: ipſe enim eſt, qui nobis myſteria patris reuelauit: Quæ, inquit, audiui à patre meo, ea vobis aperui. Hac ratione is etiam, qui vocauit Abraham, & Angelus nominatur et Deus.

DIOD. Cum in Meſopotamia oues niueæ in precio eſſent, & pullæ capræ, apud Paleſtinos autem contrà eueniret, diſcrimẽ gregis ad vtilitatem patriarchæ diſtribuitur: illud autem ad vxores.

Ge.cap 31. *Commutauit decies Laban mercedẽ meã.* Iterum atque iterum ſignificat tã in nuptijs quam in conditione fœturæ.

Ge.cap.31. *Rachel furata eſt Idola patris ſui.* Ecquod propoſitum fuit mulieri in furandis Idolis?

THEO. Sunt qui dicant, ex pietatis affectu hoc feciſſe, qua etiam tum idola proſequebatur: mihi verò alia ſententia eſt: nó ab aliam cauſam ſuffuratam eſſe Deos, niſi vt patrem impia ſuperſtitione liberaret: nam quod ipſa de religione benè ſentiret, ſcriptura demõſtrare videtur: Recordat⁹ eſt enim Deus Rachel, & exaudiens vuluam aperuit. Cùm enim audiſſet

diſſet ex Iacob, numquid ego tibi Deus, qui te ſterilem reddit? maiori poſtmodum ſtudio Deum coluiſſe videtur ex ijs verbis, quibus à partu vſa eſt erga Deum. Vnde facilè mihi perſuadeo Iacob ipſum gerere typum Dei. Duos ſiquidem populos habuit Deus, veterem quidem, cui velum erat in corde, nouum, qui nititur in fide, alterum Lia denotat lippis oculis, alterum Rachel bona forma,& prior quidem fœcunda, altera ſterilis. Nam fidelium Eccleſia cũ nihil olim pareret, mox fœcunda fuit: Lætare, inquit, ſterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis, multo enim plures ſunt. Cùm igitur Eccleſia per fidem ab errore impietatis ſe vindicarit, eius rei typum Rachel exprimẽs Idola patris ſuffuratur.

GENNA

Sicut ex hiſtoria conijcere licet, proclíuior ad verum Dei cultũ Lia fuiſſe videtur, atque ob eam potiſsimũ cauſam ſequutam puto Iacob: Rachel verò quod in antiqua patris ſuperſtitione magis perſeueraret, ſurripuiſſe Idola, vt aſportata continuo ſecum haberet. Nam ſi, quẽadmodum nonnulli autumant, ea furabatur, vt dffingeret, id ipſum à principio præſtare debuerat: vnde facile credam

 Deum

Deum idcirco Liam ocius à ſterilitate liberaſſe, eodemq; defunctam ſepulchro conditam cum viro perinde, ac Saran cũ Abrahã, & cum Iſaac Rebeccam: quorũ neutrum Rachel aſſecutã fuiſſe conſtat.

Ge. cap. 31. *Iurauit ergo Iacob per timorem patris ſui Iſaac.* Timorem Iſaac, religionem appel

THEO. lauit, hoc eſt Deum, cuius ille religionẽ timorẽq; in ſuo ſemper animo verſabat.

Ge. cap. 32. *Et ecce vir luctabatur cum eo vſque manè.* Quamobrem Iacob cum Angelo colluctatur? vt qui fratrem timebat, animaretur: idcircò & victoriæ palmam conceſsit Dominus, quaſi dicens, me viciſti & hominem times? Sed ne ex opinata victoria ſupbiret, tactu fœmoris viciſſe volentẽ indicauit, cũ à tactu ſubitus nervũ torpor inuaſerit: q̃obrem pugilis robur Iacob animaduertẽs, vt bene ſibi diceret, precatꝰ eſt, qua tantũ abfuit vt defraudaret̃, vt nomẽ quoq; eius in melius cõmutatũ ſit, ꝓ Iacob appellatus eſt Iſrael, quod fortis cum Deo fuerit, attulit & cauſam, cur vinci voluit, ne timeas, inqt, hominem, quando tibi victoria ceſsi. Verũ à viſiõe etiam claudicauit, ne quid illud putaret inane phantaſma: cuius rei certius argumentũ requirens, cũ de nomine rogſſaet athletã, non modo nõ potitus

titus eſt voto,ſed perterritus eſt, tanquã improbus,modũq; naturæ tranſcendẽs: Nam quid,inquit,tibi dicã nomẽ meum? admirandũ illud eſt.Conſiderandũ prȩterea,quod idẽ & homo & deus nominatur hoc loco:vt apte nos doceat, hic etiã vnigenitũ dei filiũ apparuiſſe Iacob, in qua forma verſatus eſt in mundo. Ab DIOD. incurſu Labanis ereptus Iacob cũ in fratrem Eſau oẽm ſuã curã ſollicitudinẽq; conuerteret,merito videt Angelorũ caſtra,quibus Michael p̄erat princeps Iſraelitici populi,quẽadmodum Gabriel teſtatus eſt (Michael princeps veſter) ne ſatellites caſtraque fratris extimeſceret. Item cũ ſolus ipſe citra flumẽ remanſiſſet, cũ eo colluctatur in ſomnijs,q̄ prius illi ad ſupremas ſcalas apparuerat in Bethel,quãdo eoſdẽ viderat Angelos aſcẽdentes deſcẽdenteſque.Illud aũt, *Dimitte me*, exhortãtis eſt, & eiusqui fiduciam præberet Iacob,vnde auſusille eſt ſubiũgere,*nõ te prius dimittã quàm benè mihi dixeris*.Iſrael autem.i.videns Deũ voluit ex hoc,vt appellaretur,ad argumẽtũ faciendum,cũ Deo,non aũt cũ Angelo colluctatũ,qui homo,Angelus,& Deꝰ dicitur: Deus inq̄ natura,angelus diſpenſatione, homo quantũ ad corpꝰ, quo erat de virgine induendus.

Ge.cap.32 *Tetigit neruum fœmoris eius, & ſtatim emarcuit.* Vt ex eo dolore monimentum
GENNA in Iacob ineſſet æternum tantę viſionis: at verò cum dixit, *dimitte me, iã enim aſcēdit aurora.*, admonere Deus hominem videtur quis ille eſſet, qui ſecum colluctaretur, quando Deum videri à mortalibus nefas, nimirum ſtatim Iacob, *nequaquam*, inquit, *te dimittam niſi mihi benedixeris.*

Ge. cap32. *Dixitq; Iacob, reuela mihi nomen tuum. Reſpondet: Cur quæris nomen meum?* Et
DIOD. hoc eſt admirabile, vnde cecinit ille. Quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra? Neque enim Angeli nomen eſt admirãdum, ſed qui filius eſt Dei, ſeruator orbis, & is deniq; qui nequit explicari.

CYRIL. Vidéſne, luceſcente die in pugillatu non perſeueraſſe? Haud enim luctatur cum illo Deus, qui lumine perfuſus merito dicat: Deus Deus meus ad te de luce vigilo.

EVSEB. Angelus omnino fuit, qui cum Iacob colluctatus eſt, non Deus, de ſententia ipſius Patriarchæ, in his verbis. Angelus qui eripuit me abuſque iuuẽtutem ea, haud tamẽ neſcius erat, totũ hoc fieri ex voluntate Dei. Cõmeatum verò petiuit

Angelus

Angelus, nõ quod ſuo arbitratu diſcedere non poſſet, ſed vt anſam viro colloquendi præberet.

Vidi Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Vidit inquã Deũ, prout homini videre fas eſt, ſub homiuis figura. Apud Moſem ait. Nullus videbit faciem meam & viuet. Potuit hoc etiam priuilegio gaudere Iacob, quod & in Gedeone factum eſt. Ge cap.32 CYRIL:

Quam ob cauſam non cõedunt neruum filij Iſrael? At verò neq; ante, puto, cõedebant. Penſitãda igitur eſt huius verbi ſignificatio apud Hebræos: nam cõedere per deſtruere & diſtruendo in aliã formã quæ vſui ſit, transfundere accipiũt, inde pro cõmutare in aliquã vtilitatem, ac denique vſurpare: ſi c & paulò ſuperiùs dicebãt de patre vxores Iacob pretium vel argentum noſtrum comedit. Ge.cap.32

Adorauit pronus in terrã ſepties, donec appropinquauit frater eius. Perinde ac ſi in cõſpectum Dei veniſſet, vt qua liceat, demulceat fratrẽ. Cùm enim tenderet ad patrẽ Iacob, ne rurſus in ſe fratris inuidiã inſtigaret, ei quidem cordatus vir conſiliũ ſuum, nec quod loquitur, præſtat. Ge.cap.33

Emitq; partem agri, in qua fixerat tabernacula. Inquilinũ ſanè ſanctorũ genus eſt Ge.cap.33.

 in terris.

In terris.Sed non minora ſunt argumenta probitatis ipſius viri,quæ ſequuntur de filia,namq́ue ægerrimè ferens cædē dolo magis quam virtute patratā, dum eius autores grauiter obiurgat, cōſtantię nos admonet & patientiæ in rebus aduerſis.

Ge.cap.34 *Egreſſa eſt autem Dina filia Lia, vt videret mulieres regionis illius.* Caueat quicūque peccandi occaſionē declinare velit, ne ex ædib. ſui patris,ideſt lōgius à Deo euagetur,neque cum alienigenis, quib. alia mens eſt, verſetur. Si enim Dina in patris ſe tabernaculo continuiſſet,in manus violentis iuuenis nō incidiſſet. Qui verò fructus ſit, & quæ fœlicitas ſemper eſſe cū Deo,neq; aliò aberrare intelligēs Beatus Dauid,vnā, inqt,petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitē in domo&c.

Interfectisq́, omnib.maſculis,Hemor quoq, et Sichē pariter interfecerūt. Quid mirum, Ge.cap.34 ſi circuncißio nihil illis profuit? nulla ſiquidem pietate mouebantur in Deū,ſed principes quidem voluptatis & commodi cauſa, cœterum principum gratiam imò vt dicto audirent.Quāquam typus quidam fuit is illius,qua deinde Paleſtini omnes,clade perierunt.

Ge.cap.35 *Pater autē vocauit ipſum Beniamin &c.* Hinc progenitus Beatus Paulus quando

primùm

primùm Eccleſiam deuaſtabat, doloris filius fuit: poſtea vocatus à patre, filius factus eſt dexteræ & fortitudinis.

Erexitq́ Iacob titulũ ſuper ſepulchrum eius. Non temerè, putant, huius monumenti Scripturam meminiſſe. Nam cum plures ſanctorum patrum mulieres dormierint, ſoli Racheli cippus erectus eſt. Ea enim typum geſsit Eccleſiæ, quæ ſola victrix trophęum mortis ſuſtulit in Chriſto. Ge. cap. 35

Eſau accepit vxores de filiabus Chanaã: Ada filiam Elon Hethæi & Olibama filiam Anæ filiæ Sebeon Heuæi. Beſameth quoq́ filiam Iſmael ſororem Nabaioth. Quod Hebræorum erat eaſdem perſonas diuerſis nominibus appellare, quæ aut ſors aliqua, aut rei euentus obtuliſſet, cũ multis alijs locis, tum in hac hiſtoria Eſau planè cognoſcimus. Quas enim vxores Eſau Chananæas paulò ſuperiùs vocabant Iuditham filiam Beeri, & Beſameth filiam Elon, hoc loco Ada altera eſt, altera Olibama appellatur: item quæ nunc Iſmahelis filia Beſameth dicitur, ſupra Maheleth nominata eſt. Sed & Philon de ſynonimis Hebræorum in ſua hiſtoria ſæpius meminit. Ge. cap. 36

Ga. ca. 36. *Hæ ſunt generationes Eſau.* Nihil eſt ocioſum in hoc ſcriptore, tametſi nónulli dictitét, ſuperuacua quędam iacerę: qualia de Tinna ſorore Lothan referuntur, non videntes hoc quoque neceſſarium fuiſſe ſcriptori ex edicto Dei, qui memoriam ſolummodo Amalech delendam mandauerat, vt proſapiam omnem Eſau patris Aedom, id eſt, Idumęorum accuratius recenſeret, ne cum ipſo Amalech, quem ſuſceperat Eliphar è Tinna ſorore Lothan totum genus Eſau interiret, præſertim cum Amalecitarum Rex opibus potentior alios ſibi duces ſociaſſet in regno: et genus Eſau cum Seir coniunctum pene confunderetur.

RAB. MOS.

Ge. ca. 36. *Mortuus eſt autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zara de Boſra.* Duxit hinc genus ipſe Iob cognomento patiens, quemadmodum hiſtoria eius viri demonſtrat. Erat, inquit, vir in regione Auſitida & cæt. Docet hic idem & beatus Moyſes: cum enim Reges, qui deinceps ab Eſau regnarant, percenſeret, *mortuus eſt*, inquit, *Bala, cui ſucceſsit in regno Iobab filius Zara è Boſra*, quæ omnia cum monumentis ipſius Iob conueniunt.

Ge. ca. 36. *Videntes autem fratrem eius quod a pa-*

à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum nec poterat ei quicquam pacificè loqui, THEODORE.
Oderant, quod à patre vehementius diligeretur, tum quod ille in ſenectute genitus erat ex ea, quam ſemper præter cæteras amauerat Rachel, tum quod alijs virtute excellebat. Primum igitur apud patrem inſimulare puerum & calumniari conati ſunt, vt indulgentia patris refrigeſceret. Diodorus enim legebat: Accuſaruntque fratres illum & cæt. Deinde cum parum hoc ſuccederet, de cæde cogitarunt. Insõnium vero manipulorum, ſupplicationem precesque portendebant accipiendi cauſa frumenti, quando in maxima caritate annonæ in Aegyptum profecti ſupplices fratrem adorauerunt.

Sed neque Ioſeph ſtudio aut fauore ISIDO. aliquo regni potitus eſt, multis ille virtutibus pollebat, quo etiam tempore puer erat, neque enim iniuria præter cæteros amabatur. Verùm cùm animaduerteret Iacob propterea inuideri, ſuam erga filium beneuolentiam non virtuti (quia illi maiorem feciſſet inuidiam) adſcribebat, ſed quod ſerotinus illi fructus ſupereſſet. Nam ſi ea ratione magis fuerat amandus, multo magis erat

Audiens autẽ hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum. Tametſi Ruben & Iudas fratris conſulerent incolumitati, alios tamen ab incœpto penitùs deterrere non audent, ſed agunt de cõmutanda iniuria, propterea quod nouerant Simeonem & Leui cædibus aſſuetos & immites, aliter odium non remiſſurum. Ge.cap.37. EVSTA.

Dixitq́; ergo Iudas ad Onã filium ſuum: Ingredere ad vxorem fratris tui, & ſociare illi, vt ſuſcites ſemen fratri tuo. Sanxit hoc quidem poſtea Deus per Moſen, ſed & hoc tempore pro lege conſuetudo habebatur. Et cum Abraham colloquens Deus, ſcio, inquit, quod inſtiturus ſit filios ſuos, totamque domum, vt cuſtodiant vias Domini & faciãt iuſtitiam & iudiciũ. Suſcitabatur autẽ fratris ſemen ad ſolatiũ eorum, qui defunctorũ deſiderio conficiebantur, cũ adhuc excitatio à mortuis in incerto haberet. Ad Zarę digitum obſtetrix coccinum alligauit, quod in gemellis ea ſolet innaſci ſimilitudo, quę facilè fallat. Vt itaq; de primogenito nihil ambigeretur, prudẽs mulier eo indicio vſa eſt. Sed cum Zara manũ ſubduxiſſet, Phares autem quaſi per ſepem illius penetrans prodijſſet prior Ge.cap. 38 DIOD.

obſtetrix,

obſtetrix admirabunda quid,inquit,diſrupta eſt propter te ſepes? Sepem maceriemq́; vocans,quas dicunt ſecundas. Illud præcipue conſiderandum, quod Zaran natura primogenitum faciebat, manum iam proferentem: Deus autem ad Phares contulit priuilegium : vnde Dauid, Regiumq́ue genus, & Chriſtus ipſe oriundus erat.

Ge.ca. 38. *Quæ depoſitis viduitatis veſtibus,aſſumpſit theriſtrum*. Erat apud omnes Abra-
THEOD. hæ genus inclytum pietate præſertim & religione, cuius rei gnara Thamar,apprimeq́; ſtudioſa, filios ex eo procreare cupiebat:ſimul itaque Socerum vidit,nuptias minoris filij trahere in longũ, ne maritus ille moreretur, furtim tentare coacta eſt,quod palam non licebat,in qua re Socerum ſimúl redarguit, vt qui continens non eſſet, & alias continẽtes eſſe co geret, id quod ille cognita re confeſſus eſt. Quod autem ad eum finem, non quia temperanter agere non poſſet,hoc auſa eſt Thamar, reliquum ſuæ vitæ prodidit: neque enim eo amplius cũ Iuda,neq;cum alijs habuit ré,contenta poſſe vocari genitrix de tali tantaq́ue ſtirpe.

GENNA. Totam hanc hiſtoriam de Iuda Moſes inſeruit inter ea, quæ de Ioſeph narrabantur

bantur, non modò quia eo ferè tempore gerebantur, digna alioqui cognitione ſed etiam, quod primus illi ſcopus erat, genealogiam Domini referre ſecundum corpus. Nam cum futurum eſſet, vt Iudæi aliarum gentium ſaluti inuidentes prædicationem Euãgelij impedirent, atque damnarent, vt quæ homines ignobiles & impuros admittat, non abs re Propheta hoc in loco ſua illos nobilitate ſuberbientes, arguit ex dimidia parte Chananæos. Sed & gentes merito adſcitas ad Euangelium ſalutis declarat, quãdo pro comperto ſit, reliquos etiam Patriarchas vxores habuiſſe Chanenæas. Moſes autem ſatis habuit de Iuda talia retuliſſe, cuius genus gloria cæteris præfulſit, vt cum cognouerimus D. N. Ieſum Chriſtum naſci ex ea gente voluiſſe, quæ ex illegitimo concubitu Maiores agnoſceret, non videatur abſurdum, ſi gentes exteras barbaraſque non minus admiſerit, quam qui in ſui generis nobilitate confidunt.

Præter te, quæ vxor eius es. Si Phutiſar eunuchus, quî potuit vxorem habere? Num ex beneuolentia Regis inter eunuchos cenſebatur, an mulierem licet ſpado vxoris loco domi habebat? Cui demandata G. cap. 36. THEO.

& ipſe Ioſeph fratribus ſuis detegens, Deus, inquit, me vobis præmiſit in Aegyptum.

Non igitur accuſandi fratres, ſi diuinæ œconomiæ inſeruierunt, imò, quia liuore & odio mouebantur, ſapiens Deus malum vertit in cõtrariã partem, & quibus rebus ſomniorum euentus impedire conabantur, iiſdem extremam inſomniis manum impoſuit. IDEM.

Exploratores eſtis, vt videatis infirmiora terræ veniſtis. Quamobrem ad primum conſpectum fratribus durum ſe præbuit & acerbum? Nempe memor quàm malé de ſe meruiſsét. Sed & Beniamin cum non videret, de ſalute illius ſollicitari cœpit, ne quid de illo grauius, quemadmodum de ſe decreuiſſet. Nam ſimul illum vidit, & venia cenſuit illos & officio dignos. Ge.cap.42

Tollensq́; Simeon & ligans illum, iuſsit miniſtris vt implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias in ſacculis ſuis. Ex omnibus vnum Simeona vinciri iuſsit, aut quia præter cæteros illi fuerat iniurius, aut potius, quod cum à Ruben in ſummo honore haberent, maior illis iniiceretur ſollicitudo ſiſtendi Beniamin ad Ioſeph conſpectum. Ge,cap,42 GENNA.

Secun-

THEO. Secundũ ex fratribus nõ primum accepit obſidẽ vt q optimè noſſet in periculo propoſitũ ipſius Ruben:& quã enixè conatus eſſet fratres à parricidio deterrere. Contrà Simeon obſtinatis auribus nec preces lacrimabundi fratris, neque conſilium maioris admiſit. Non iniuria igitur iacet in compedibus, licet ſimul fratres abierunt, tanquam de cariſsimo hoſpite, Ioſeph de Simeone promeritus eſt. Sed vide, conſcius animus quam ſe non poſsit abſoluere vel longinquitate temporis: duo & viginti anni erant, cum facinus hoc illi patrarant, & tamẽ eius adhuc memores ſubclamant, *meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum.*

G. cap. 42. *Non deſcendet filius meus vobiſcum.* Cur igitur pater tradere Beniamin nõ eſt auſus ipſi Rubẽ? Quia cùm in ſuſpicionem iam illi veniſſet imprudentis ex illegitimis nuptijs quas contraxerat, de animo illius in Ioſeph nihil adhunc reſciuerat.

G. cap. 44. *Scyphum autem meũ argenteum, & pretium quod dedit tritici pone in ſacco iunioris.*

THEO. Quid eſt, quod poculum in ſacco Beniamim ocultauit? De ſententia animoq́ue fratrum periculum facere voluit, aperti usq́ue cognoſcere, vtrum calumniam

niam germano defenderent, necne. Vbi namque vidit eos enixius tueri partes Beniamin, depoſita velut perſona, vultum explicauit fraternum, quamobrem illi ſtupore ſimul metuque perculſi, terram ſibi tantũ non dehiſcentem exopertabant: Quando Ioſeph vnumquenque compellans mutuo animauit amplexu: & vos, inquit, mœrorem deponite. Illud autem quantam exprimit manſuetudiné: ne quid obiter iraſcamini, admonens ne eadé, quibus ille fuerat affectus, inter ſe exercerét, altér alteri facinus imputantes.

Venerunt fratres Ioſeph, & gauiſus eſt Pharao & omnis familia eius. Nec mirũ, agnouerat ille non ſeruum ignobilem rebus ſuis præpoſuiſſe, ſed ingeniũ ex antiqua proſapia: alij verò, quod libentius tali præfecto populus obtemperabit. Ge cap.45

Quod os meum loquatur ad vos. Quod ſemotis teſtibus vtar vobiſcum patrio idiomate. Ge.cap 45

Ego deſcendam tecum illuc et ego inde adducam te reuertentem. En Deus in gratiam viri iuſti demittit ſe, vbi locorum prius non acceſſerat. Ge.cap.46

Hæc ſunt autem omnia filiorum Iraeel. qui ingreſsi ſunt in Ægyptum, ipſe cum liberis Ge.cap.46

ſuis. Tempeſtiue Moſes cēſum deſcribit eorum, qui deuenerunt in Aegyptum, vt in reditu deinde appareat, in quam multitudinem populus fauore Dei ſuccreuerit.

Ge.ca.46. *Fili Beniamin, Bela & Bechor & Aſbel et Gera et Namaan & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared.* Fuit hic pater & autor Romanorum, propterea Paulus ex eo ducens originem, ad Corinthios, & ego: inquit, &c.

Ge.ca.46. *Fili Dam: Huſim.* Numero multitudinis vtitur in vno filio: ſic & filij Satalam, Idom. Sed nec eius, qui coluber dictus eſt, ſemen oportuit exuberare.

Ge. ca.47. *Extremos quoq; fratrum ſuorum quinq; viros conſtituit coram rege.* Infirmiores ſcilicet elegit, ne ſi robuſtos introduxiſſet, deſtinarentur ad militiam.

Ge. ca.47. *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt.* Dignum animaduerſione, totam hanc, quæ viuitur in terris, vitam, peregrinationem appellari: animus enim exulat, quamdiu tenetur in corpore,

Ge. ca.47. *Rameſſes:* Ager hic vberrimus in regione Geſſen.

Ge. ca.47. *Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi precium non habetis.* Id nō ex im-

ex immiti ingenio Ioſeph, ſed ne in tanta penuria alere pecora cogerentur, quę deinde à Pharaone gratis recepturi erant: quin & prouentus quintam inferri iuſsit, vt ſi quando fame laboraretur eſſet apud Regem, vnde promeretur annona. Sacerdotes verò fecit immunes, non tam ad perſonatum dignitatem reſpiciens, quàm vt pro Regis incolumitate libentius facerent. Alij dicunt ſacerdotibus eo quoque tempore, priuilegium Ioſeph tueri voluiſſe, quod illis conſuetudine concedebatur.

Non ſepelias me in Aegypto: ſed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condaſq; in ſepulchro maiorum meorum. Non iuſsit hoc tanquàm de ſepulchro ſollicitus, ſed vt ſuo monumento filios commonefaceret de ſemigratione in promiſſam ſedem, quam rem Ioſeph deinde moribundus aperte monſtrauit. Ge. ca. 47.

Reliquos autem quos generis poſt eos, tuierunt & nomine fratrum ſuorum vocabuntur in poſſeſsionibus ſuis. Hoc eſt, non adſcribentur ijs proprie tribus, ſed in tribus Effraim & in Manaſſes referētur. Dauid: Tribum Effraim non elegit. Ge. ca. 48.

Ge.cap. 48 *Benedixitq́, Iacob filijs Ioſeph*. Poſtquam filio bene precatus eſt Iacob, nepotibus

CYRIL. benedicit, quos tanquam filios in numerum Patriarcharũ alligit, ita vt nullus deinde ex Iſrael eos, quod matrem barbaram habuiſſent, deteſtabitur tanq̃ generis externi. Quod autẽ hoc conſilio Dei non ſuo faciat arbitratu, Deus, inquit, omnipotẽs apparuit mihi in Luza, & ait, ego te augebo & multiplicabo. Duo igitur (quod iampridẽ mihi Rachel mortua eſt) qui tibi nati ſunt, mei erunt.

Ge.cap.48

Et poſuit Ephraim ad dextram ſuam,

EVSEB. *ideſt, ad ſiniſtrã Iſrael.* En tibi prior Ephraim, cui duplices dextræ contigerunt patris ſimul & aui, vtpote quem regnum maneret XII. tribuum, & ager Sichimã,

Ge.cap.48 quem ſuis armis Iacob ſubegerat.

Deus in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei, & angelus, qui eruit me de cunctis malis. Deo Patri filium adiungit magni conſilij angelum. Omnis enim gratia & benedictio aliunde non eſt, niſi à patre per filium. Et D. Paul. ait: Gratia vobis & pax à Deo patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto.

G. cap.48. *Angelus qui eruit me cunctis malis*

THEO. *& benedicat pueris iſtis*. In veteri legè ſan-

ſancti & iuſti viri Angelorum ope tuebãtur, nunc verò ſuus cuique adeſt Chriſtianorum.

Et inuocetur ſuper eos nomen meum & nomina patrum meorum Abrahã & Iſaac, & creſcant in multitudinem ſuper terram. Gc.ca.48. De me dicantur exorti, & nomine meo & maiorum cognomẽto gaudeant, perinde ac Ruben & Iudas & alij.

Quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. G.cap.48. Quamuis Iacob conſcius nõ fuit cædis, quæ ſuſtulit Sichimitas, illi tamẽ quod geſtum eſt, adſcribitur. Quod enim per filios geritur, recidit in patrem. Alij totum hoc referunt ad hiſtoriam: quod cum ex eo facinore timeret Iacob afinitimis, adminiculo dei ereptus eſt, qui terrorem barbaris incuſsit. Opes igitur Dei, quibus Sichimitas oppreſsit, ſuum gladium appellat & arcum.

Congregamini & audite filij Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum. Ge.ca.49. Qui ex ancillis etiam nati ſunt patris hæreditate non defraudantur: nulla eſt apud Deum ratio perſonarum: liber aut Seruus, Scytha.

THEO: Ecquomodo filijs dicitur benedixiſſe Iacob, quos etiam execratus eſſe videtur? Hæc neque pro malè benéue dictis accipienda ſunt, quæ poſtremo

profatus eſt Patriarcha, ſed prædictio-
nis loco, *Congregamini*, inquit, *vt annun
ciem vobis, quæ futura ſunt in diebus no-
uiſsimis*. Adiungit etiam de præteritis
nonnulla, non vt filij, ſi quid peccaſſent
patres, plectantur, ſed vt verba in vtran-
que partem conformaret ad commu-
nem audientium vtilitatem; & Ruben
quidem arguens licentiæ & audaciæ
& inceſtus paterni cubilis, idcircò pau-
cos illi fore poſteros prædicit, hoc
enim ſibi volunt ea verba, *velut aqua
non efferueſcas* (ſic enim Græci legunt)
id eſt, in multam ſobolem non effun-
daris. Accuſat autem Simeona & Leui
cædis, qua Sicimitæ deleti ſunt imme-
rito, & exoptat nullum ſibi eſſe com-
mercium in ea iniuſtitia. Execratur au-
tem non filios, ſed graues illorum per-
turbationes, iram & excandeſcentiam,
quam voluntatem appellat: voluntas
enim vindictæ concitat iram. Sed ea,
quæ videtur imprecatio, nihilominus
vaticinium eſt. *Diuidã*, inquit, *ipſos in
Iacob*, & *diſſeminabo eos in Iſrael*: nam tri-
bus ipſa Leui, honoris cauſa & qui-
dem maximi inter alias diſſeminabi-
tur, cui nulla propria ſors eueniet,
ſed locus in vnaquaque tribu, & ſub-
urbia

urbia quędam aſsignabũtur. Sed nec tribus ipſa Simeonis propriam ſedẽ accipiet, ſed vt prędixerat Iacob inter alias diſſipabitur. Iudã porrò multis laudib. cõmendat, quarũ ad ipſum Iudã nullę pertinẽt, ſed ad tribum, vnde reges oriẽtur, & is virorũ numerus ſubmittetur, qui alias lõge tribus ſuperabit, vt in cenſu, conſtitit, condito à Rege Dauid, quin & in ſolitudine cum luſtraretur exercitus iterum atq; iterũ, maior ſemper in ea tribu, multitudo recenſebatur. Verũ hoc vaticinium ſucceſsit ad vnguem in D. Ieſu Chriſto. Ipſe enim de virga pullulans, quod etiam prædixit Eſaias, requieſcens obdormiuit ſicut leo. Nam quẽadmodum leo, catulusue leonis etiam dormiẽs formidoloſus eſt: ita & Domini mors exterruit ipſam mortem & diabolum. Et quis ſuſcitabit eum? immẽſam illius vim & quę explicari nequeat, oſtẽdit: Ipſe enim ſe ſuſcitauit, quẽadmodũ paulò antè Ieſus ipſe præmõſtrauit. Soluite templũ hoc & in triduo &c. Cuius aduentũ prænunciant illa, non auferetur ſceptrum de Iuda, neque dux de fœmore eius donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Euidentiſsimum hoc eſt indicium noſtri ſerua-

toris: Suo enim aduentu non modo reges eſſe Iudeorum, ſed & Pontifices & Prophetæ deſierunt. Quo tempore alienigenis datum eſt imperium, vt Rex ille æternus gentium eſſe expectatio delararetur, prout omnipotés Deus Patriarchis olim promiſerat: in quorum ſemine benedicendæ erant omnes gentes. Poſt hæc populum, qui ex Iudæis conflabitur & ex gentibus, deſignat, dicens: *Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem vitis pullum aſinæ ſuæ.* Quod autem vinea dicatur populus Iſrael, omnes Prophetæ docent. In primis Dauid: Veniam, inquit, de Aegygto tranſtuliſti: Et Eſaias: Vinea facta eſt dilectio in cornu &c. Itẽ nomine Dei Ieremias: Ego, inquit, plantaui te vineam ferentẽ omnem veritatem. Dominus etiã in Euãgelio: Homo quidam plantauit vineam, quam locauit agricolis. Pullũ verò ponit pro populo gentium, vt qui eſſet indomitus, neque domitorẽ haberet, id quod Dominus ſuos monebat diſcipulos, cũ iuiſsiſſet, vt proficiſcẽtes in aduerſum oppidũ ſoluerent alligatã aſinam cũ pullo, in quo nullus adhuc inſederat, nõ patriarcha, nõ legislator aliquis, nõ propheta, immo ſalutẽ eius ſemper neglexerant. At

rant. At verò Apoſtoli iuſsi alias etiã gẽtes veritatẽ docere, ſanctoque lauacro abluere nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, ſoluerunt aſinam, id eſt, mortales peccatorum nexibus addictos. Soluerunt etiam pullum, populum ſcilicet ex ea progenitum ſuperimpoſitis veſtibus, id eſt, gratia, quam aſſecuti ſunt. Quotquot enim in Chriſto baptizati ſunt, Chriſtum induerunt: Alligarunt igitur ipſum vineę, id eſt, ſibi ipſis, qui ex Iudæis erant Apoſtoli & Apoſtolorum diſcipuli innumerabiles. Prętcr hęc mortis genus pręſagit: *lauabit in vino ſtolã ſuam. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & candidi dẽtes eius ſicut lac:* nam ſtolam accipit pro corpore, vinum pro ſanguine, Dominus quoq; myſticum ſanguinem appellat vinum. Et apud Ioannem legimus, cùm miles quidam latus Domini lancea aperuiſſet, è veſtigio ſanguinem manaſſe & aquam, quorum fluxu corpus eſt perfuſum. Meritò igitur Patriarcha, *lauabit,* inquit, *ſtolam ſuam in vino, & in ſanguine vuæ pallium ſuum:* quæ omnia conſequutã eſſe lætitiam deinceps oſtendit: cùm à vino gratiam quandam oculi illius præ ſe ferre dicantur: Gaudiũ ſiquidem totius orbis Seruatoris mors.

luber in via, ceraſtes in ſemita, mordens
vngulas equi, vt cadet aſcenſor eius retro.
Equum,puto,corpus appellat: aſcenſo-
rẽ vero animã. Supinũ iacere, mortuum
deſcribit:ꝑ calcaneũ innuit inſidias:quã-
doquidem alios decipit,alios graui ſup-
plicio afficit:per equũ igitur corpus a-
gnoſcimus,quod cõfectũ morſib. mors
inſequitur ſpei fructus offerẽs patientib.
quę ſalus eſt.Prędicit inſuper Gad qui-
bus latronũ inſidijs victor occurret: A-
ſer ipſi vbertatẽ triticeã. Neptalim mul-
titudinis incrementũ: id enim ſignificat
truncus remiſſus adaugens in germine
pulchritudinẽ.Demũ Ioſepho cõmemo
rãs quàm multa inuidia & inſidijs labo-
rauerit curã Dei celebrat, cuius ope ſuꝑ-
auerit hoſtes *Sedit*, inquit, *in forti arcus e-*
ius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorũ &
manuũ illius per manus potẽtis Iacob, & quæ
ſequũtur.Quib.omnibus Deũ collaudat
qui ſuperiorẽ fortiorẽq; reddiderit fra-
tre aduerſario atq; hac, inquit, cura di-
gnatꝰ eſt taliq; fauore ꝓ mercede tuę er-
ga parẽtes pietatis.Id enĩ ſignificat ꝓpter
vberũ vuluęque benedictioẽs.Ab his exo
ptat illi ſplẽdorẽ, vt apud oẽs celeberri-
mꝰ ſit etiã euĩdẽtiſsimꝰ quomodo colles
iugaq; mõtiũ eminẽt à ſolo ipſius terræ.
Cæterum

Cæterum Beniamin lupum rapacem appellauit ex ijs, quæ populo illius euenerunt. Hinc illa, *manè comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia:* nam in primo ſecundoq; conflictu ſuperiores fuēre, poſtremo deleti ſunt oēs, exceptis paucis, quibus victores pepercerunt. Sunt tamen nonnulli, qui ad Paulum referāt eiuſmodi vaticinium, qui ceu lupus primùm eccleſiam Dei deuaſtans, mox animis verū cibum diuiſit in gentibus. Hæc omnia cùm peroraſſet Iſrael, naturæ conceſsit.

Gc. ca.49. *Et appoſitus eſt ad populum ſuū.* His verbis ſpem reſurrectionis excitat: Nam ſi penitùs interijſſet, neque ad aliam ſemigraſſet vitam, nequaquam dixiſſet Moſēs: *Appoſitus eſt ad populum ſuum.* Quod & Deus vniuerſorum Abrahæ confirmauit: Tu quidem migrabis ad patres tuos in pace. Vnde Dominus noſter Sadducæorum accuſans incredulitatem, ait: Nónne legiſtis: Ego Deus Abrahā & Deus Iſaac & Deus Iacob? Non enim Deus eſt, Deus mortuorum, ſed viuentium.

Gc. ca.49. *Ruben primogenitus meus non creſcas,* DIOD. id eſt, non diu viuas. Sed ſi homicidium longè vituperabilius eſt intemperantia, & omnes fratres præter ipſum Ruben Ioſephum tollere de medio con-

conſtituerant, cur & illi non addicuntur execrationi? Hæc itaque dicenda prædictio eſt ſub execrationis prætextu. At verò ſi prædictio, cur defuit ſucceſſus? Durat enim tribus Ruben, & primas accepit in agrorum aſsignatione. An quia Moſes iam iam moriturus cum de tribubus multa prædixiſſet. Viuat, inquit, Ruben, nec pereat, ideſt execrationi paternæ nõ ſubiaceat. Non em̃ poterat Iacob nõ maledícere intemperãti filio ad poſteros deterrendos: debuit autem Moſes criminis illum culpa liberare, qui fratri Ioſeph ſemper pepercerat. Hic dicat aliquis: At ſi Patriarchæ dicta nulla fuerunt, quid ille: *congregamini, vt vobis annununciem ea quæ ventura ſunt*? Hæc nimirum Pſeudopro phetam arguunt. Adhæc nos eiuſdem generis id eſſe dicimus cum eo, quod Deus de Niniuitis decreuerat. Tres, inquit, reſtant dies, & Niniue diruetur. Attamen eorum pœnitentia iudicium reuocauit.

Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea. principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio. Id eſt primus de me genitus, quo nato mihi viſum eſt vires contra iniurias mortalis naturæ comparaſſe per ſucceſsionem. *Aſcẽdiſti cubile patris.* Ge.ca.49. GENNA.

Facinus

Facinus auſus eſt immodeſtum concumbens cum Belam, veruntamen ne tu ſicut aqua ebullias, nolo, inquit, digna facinori recipias ita, vt pater vocari non poſsis, & calor in te naturalis ad generandum deferueſcat perinde ac aqua, igne ſubducto: quo fit manifeſtum, incrementum tribui Ruben prædixiſſe benedicendo; neque id iniuria: tum quod in eo peculiarem quandam virtutem agnoſceret, tum quia cum fratribus de occidendo puero non coniurauerat.

Ge.cap.49 HYPPO. *In conſilium eorũ non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea.* De Simeon Scribæ, de Leui prodierunt ſacerdotes autores iniquitatis: quorum coniuratione ſublatus eſt Dominus.

Ge.cap.49 *Iuda, te laudabunt fratres tui, & adorabunt te filij patris tui.* Ideſt, cognatis tuis & alienigenis imperabis, & celebraberis apud omnes. Catulus leonis Iuda de ſtolone fili mi: pullulaſti, requieſcẽs obdormiſti ſicut leo & ſicut catulus leonis, quis excitabit te? aſcendiſti de ſtolone id eſt, elatus es, & altior factus velut de valenti radice vegetus ſtolo, ſicut leo & catulus leonis ex eodem eſt, quale illud: Quid eſt homo, quod memor es eius, aut filius hominis & cæter. requieſcens

ſcens obdormiuit, tranquillas illi ſedes ſtabilesque portendit:nam cum aliæ tribus ab hoſte ſæpius diuexarentur, hæc plerunque incolumis manſit & indemnis : merito igitur leoni formidoloſo comparatur. Non deficiet Rex de Iuda, neque Dux de fœmore eius, quo ad veniat & c. exiſtimarunt nonnulli hanc prædictionem caruiſſe ſucceſſu, quod hæc quoque tribus qui ſub Babilonio Imperio captiua regnum amiſerit, parum conſiderantes tunc temporis Iudæ tribum cæteris præfuiſſe, deinde autore Zorobabelo in patriam remeaſſe. Sed & contra Macedonas per Machabæos populi gubernaculis moderata eſt, quoad à Romanis poſt ſeruatoris noſtri documenta atque myſteria funditus concuſſa perijt. Secundum hæc Iacob à tribu ſe conuertit ad perſonam Chriſti, licet hæc etiam Iudæi cum ſuperiore ſenſu de Iuda conantur annectere, vt cui regio ſorte contigerit, quæ vini vim maximam effunderet: at ipſe Chriſtus vera fuit expectatio gentium, per quem communis & publica ſalus peruenit in omnes.

Iuda, te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorũ tuorũ &c. Quẽadmo-

modumipſi Ruben,Simeoni,atque Leui futuram prædicens, non quæ illis, ſed quæ ſuæ cuiuſque tribui euenerũt, enumerat,ita Iudam appellat,tribum Iudæ, quæ multitudine & autoritate cæteris anſtetetit. *Requieſcens obdormiuiſti ſicut leo*: per dormitationem intelligit agri hæreditatem attributam, ita & Dauid: Si dormiatis in medio ſortium,id eſt ſi quietis ſedibus fruamini ſorte veſtra potiti: tribus enim hæc poſt multos exantlatos labores in ſuo agro ceu terribilis Leo conquieuit.Hactenus de tribu: quæ ſecuntur aliud ſpectant:alia enim hæc gentium expectatio, quæ ſimul aduenit, de Iuda principes defecerunt:Ecqui ſunt ij principes?nimirum Reges?Ecque gentium expectatio?nempe Dominus noſter. Quid?ad aduentum vſque Domini Reges de Iuda fuerunt ?at nullus regnaſſe videtur poſt Zorobabel, & paulò antè quam Chriſtus appareret, Aſamonæi de vico Modein, qui in Leuiticam tribum cenſebantur principem locum in populo obtinentes, poſtremi omnium regnauerunt:Qua igitur ratione fidem præſtabit illud, *nõ deficiet princeps de Iuda*?Num potius accipiendum hoc eſt,ex Iacob filius non deficiet princeps, id eſt, tribus,
quæ

quę aliarũ princeps & maior erit? Quod pro principe Moſes primum gradum locumque in tribubus intelligat, non autem ex eius ſtirpe Reges, teſtatur Aquila, qui loco princeps, ſceptrum vertit, quo nomine Iudęa tribus appellatur, vt quæ præter cæteras dignitate polleret, penes quam templum, Arca, totuſque cultus longo tempore fuit, quoad Domino renitens vna cum alijs venit in ditionem Romanorum.

Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem aſinam ſuam. Hæc nonnulli de Ieſu Chriſto dicũt prædicta, qui extremo tẽpore ſuæ peregrinationis iuſsit diſcipulis, vt adducerent pullum aſinæ, in cuius inſidẽs dorſo ouans Hieroſolymam ingreſſus eſt: Alij, quod vero ſimilius eſſe videtur, hæc autumant eiuſdem eſſe generis cum multis alijs locis: vbi vinea eſt Iſrael ipſe, aſinus vero & pullus, ij, qui belluis ſimiles, ſunt rationis expertes. Gentes igitur alligauit Dominus vineę, ideſt, populo Iſraelitico. Sunt etiam qui intelligant hominem cupiditatibus addictũ religatum ad vineam eſſe, cum fidei Chriſti lumine perfuſus, nihil amplius debacchatur. Quæ nos ſane nec aſſeueramus, neq; impugnamus, omnia Ge.cap.49

O iudi-

iudicio meliorum relinquẽtes. Illud autem monuiſſe velim, hiſtoriã nos præferre allegoriæ, vt quæ ſibi fidẽ magis cõciliet.

Ge.ca.49. *Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* Non modo, inquit, immites ferinosq; mores hominũ manſuefaciet, ſed ex cõtrarijs contraria proferet. Sanguis enim vuæ veſtes inficit, eo tamẽ Dominus lauabit emũdabitq; ſtolã ſuam perinde ac luto viſum cęco reſtituit, mortẽq; ſuam nõ additamentum morti, ſed detrimentũ fecit. Quod ſi qui vinum ad myſteriũ ſanguinis Chriſti referunt, per ſtolam corpus interpretãtes, admittantur ſanè pietatis cauſa. Oculi autem eius vegeti & hilares à vino, ideſt, ſupra vinum: ineſt in vino fex, at ſpecies eius, candoris eſt, qui tenebras mẽtis illuminet. E lacte illius dentes candidiores. Cõſueuit interdũ Scriptura dentes pro eloquio verbisque accipere, vt apud Dauid: Dentes eorum arma & ſagittæ. mox certius: Et lingua eorum gladius acutus. Dentes igitur candidi defecatum candorem eius diſciplinæ demonſtrant.

Ge.ca.49. *Lauabit in vino ſtolam ſuam.* De mortis GENNA. genere loquitur, qua magnũ quid & excellens

cellens efficietur. Nam quo alij inficiũtur, hoc ſplẽdidior ipſe reddetur: non enim natura vini ad abluẽdas veſtes, ſed ad maculandas idonea eſt. Sic mortis quidem eſt, diſſoluere defunctos, non ad meliorem conditionem traducere. Attamen hoc aliter euenit in Chriſto, poſt triduum reuocans cadauer ad immortalem vitam. Et bellè quidem vino mors eius aſsimulatur, longo antè tempore præmonſtrans vſum myſtici ſanguinis, quem ab eo accepturi eramus. Vegetiores oculi eius à vino, id eſt, poſt effuſum ſanguinem & mortem, qua veluti quadam ebrietate conſopitus multo ſplendidior reſurget.

Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Cùm de pullo meminiſſet, cui Dominus paulò ante mortem inſedit, adiungit eius mortis præſagium. *Lauabit in vino ſtolam ſuam.* Conſueuit Scriptura vino mortem comparare ſimulque ſupplicia, vt poculum in manu Domini plenus mero, id eſt, in poteſtate ſua pœnas ſuppliciaque continet: quod apertius explicatur in his, quæ ſequuntur, *et in ſanguine vuæ pallium ſuum.* Stolam itaque Ge. ca. 49. THEO.

 formã

formam ſerui appellat,quam Dominus induit. Sed ne quis credat pro noxa mortem ſubiturum,imo fore glorioſio rem contraria inſolitaque ratione, *lauabit*,inquit,*pallium in vino*,quod veſtes aliorum ita ſolet inficere, vt elui vix poſſit.Illud quoque contrariam rationem habere videtur, à vino enim oculi grauiores obtuſioreſque fiunt,aliter tamen habuit in Chriſto, cum poſt mortem vegetior candidiorque lacte extiterit, à parte totum corpus deſignans non ſine certa ratione.Nam ſicut dentibus labia prætendunt, vt videri non poſsint niſi adaperto ore:ita & ſplendida virtus eius per mortem velut ſepulta, omnibus reſurgendo apparuit.

G.cap.46. *Et fiat Dan coluber in via.* Ideſt,ipſi Dan exoriatur ſerpens, Sampſona præ-
GEN NA. monſtrans. Quomodo enim ſerpens in via prætereũtis equi calcaneum mordens de neceſsitate ſeſſorem excutit: ita vt præſidium nullum præſto ſit niſi diuinum, ſic & mulier Sampſonem fraude deturbans reliquum populum ſubuertet,quoad præſentia Domini de iniurijs ſupplicium ſumatur. Nec mirũ ſi quod futurum eſt imperandi modo vaticinetur,

tur, *fiat ipſi Dan & cater* Nam & propheta deficiat, inquit, terra à facie Domini, pro deficiet. Neque abs re eſt, ſi mulieris fraudem ſerpenti accommodauit: & ipſe Adam ab eo per mulierem deceptus eſt.

Dan iudicabit populum ſuum, ſicut & alia tribus in Iſrael. Exilitate illius tribus demonſtrat, & quantula potentia emerget, non, inquit, augebitur in immenſum velut vna tribus, ſed iudicabit, & plurimum quidem multitudine gentis diminuta. Cumque per inſidias tribus hæc vrbem Laiſſam expugnaſſet, vno agmine ciuibus interfectis, *fiat*, inquit Iacob, *Dan vti coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro.* Vrbs enim quā Dan ſuo deinde nomine inſigniuit, aliarum poſtrema & in confinijs ſita erat. Cui talis caſus portenditur, qui niſi ope diuina re ſarciri poſsit. G.cap. 49

Gad turba militum. Bellicoſum genus hominum Gadanos fore prædicit, & qui facilè victoriam referent ex hoſtibus. G.cap. 49 APOLL.

Aſer panis eius pinguis & præbebit delitias regibus. Ager enim circa Ptolemaida & Sidonā obtigit Aſer. G.cap. 49. THEOD.

O 3 *Benia-*

Ge.ca.49. *Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & veſperè diuidet ſpolia.* Non

THEO. ſum neſcius hæc à nonnullis de Paulo Apoſtolo interpretari, neque id temere, neque ineptè. Cæterum hæc, ego puto, de tota potius tribu prædici, cui tale quid euenit, vbi populus regionem ſedemque illam promiſſam diuiſit inter ſe, Beniamin hic in Sodomiticum dedecus eſt prolapſus, quo poſtremum abutens in Leuitæ cuiuſdam vxore quemadmodum capite 19. & 20 Reg. narratur, à cæteris penè deletus eſt. Poſſumus etiam totum hoc ad aliam referre hiſtoriam, quod hæc tribus vna cũ Iuda acceperit eandem ſortem ita, vt ſæpius deuictis hoſtibus opes ſibi maximas cõparauerit ex præda, ſuccedente verò tempore cum iam res Iudæorum vergerent ad occaſum, ab hoſte deuicta ſuccubuit.

Ge.ca.49. *Beniamin lupus rapax.* Qui ad Paulum hæc adaptare conantur, quod pri-

DIOD. mùm Eccleſiam exagitauerit, mox fouerit & adauxerit, non vident, Iacob hęc tribubus, ſicuti verba illius teſtãtur, generatim enarrare. Quod ſi de Domino noſtro vaticinatus eſt in Iuda, id quidẽ non ex primo propoſito, ſed poſtquam de tribu,

de tribu, quod ſatis erat, meminiſſet.

Mane comedet. Id eſt, mane bellum geret. Sic & Balaam nõ dormiet, inquit, prius quàm comedat prædam & ſanguinem ebibat vulneratorum. *Veſperè diuidet ſpolia*. Id eſt; raptas ſibi prædas diſtribuent. Quibus verbis bellum, quod cõtra fratres ſuos intulerũt, virginumq́; raptus præſignare voluit. Ge. ca. 49. Euſeb.

IN EXO-

IN EXODVM Lib. II.

ATHA. QVAMOBREM ſecundus hic liber inſcribatur exodus, cuiq́; conſtat. Exodon enim, ideſt exitum filiorum Iſrael narrat ex Aegypto, poſt triginta & quadringentos annos, quàm promiſsio Abrahæ oblata eſt, annos cum iam illi quindecim & ducentos incoluiſſent Aegyptũ, vix à Pharaone dimiſsi poſt decem diuerſi generis plagas.

THEO. Primum quidem volumen Moſes generationem appellauit, ſecundo nomen inſcripſit exitus, curſum noſtræ mortalis vitæ ſymbolicè deſcribens. Atque hic in ipſo ſtatim limine numerum recenſet eorum, qui ingreſsi ſunt in Aegyptum, vt qui mox audiat egredientium multitudinem, meminerit, præſtitiſſe Deũ quod Abrahæ benedicendo pollicitus erat.

Exo. cap. 1 *Oderantq́; filios Iſrael Aegyptij, & affligebant illudentes ijs.* Quò numerus Hebræorum maior erat in dies, tantò magis odium & inuidia Aegyptiorum concitabatur: in qua re Deus facile conniuebat, vt Aegyptiorum ſimul & eorum ſuperſtitionis

perſtitionis perteſos Hebræos libenter ex Aegypto tanquam ex ergaſtulo ſecederet. Quod non feciſſent, ſi delicijs emolliti eius regionis in perpetuo ocio vixiſſent.

Perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris. Quandiu populus ſub graui dominatione Pharaonis, ideſt Satanæ fuit, in luto laterumq́ue ſubactione, hoc eſt, in terrenis cenoſisq́ue ſtudijs diſtinebātur. Nec deerant ſcelerum miniſtri, immūdi Dæmones, qui ne mortales ad libertatem reſpirare poſſent, operas ſæuius exigebant. Exo.cap. 1

Et quia timebānt obſtetrices Deū, ædificauit eis domos. Iuſſerat Rex vt mares ſuffocarent, illæ parêre edicto noluerunt tantum facinus exhorrentes. Quamobrem Deus gratiam de tam ciuili ingenio cumulatiſs. retulit, omnium illas bonorum genere exornās, quibus maximè domus & familiæ ſuſtentātur. Exo.cap. 1

Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos. Fecit illis domus, ita Symmachus & Aquila vertebant, non vt ſeptuaginta illi, fecerunt ſibi domus. Quo loco domus non ędificiū aliquod ſignificat, ſed quomodo Dauid vſus eſt: Domus Iſrael benedicite Domino. Et Exo.cap.1. DIOD.

 Eſaias:

Eſaias. Audite domus Dauid, id eſt, familiæ tribusque Iſrael. Fecit itaque illis domus, hoc eſt, adauxit earũ genus atque familias ita, vt ex ea re celebrarentur. Domus enim frequenter apud ſacras literas pro conſanguineis & familia vſurpatur.

Exo.cap.2. *Egreſſus eſt poſt hæc vir de domo Leui.* Id eſt, abijt hoc conſilio, vt acciperet vxorem. Amran hunc fuiſſe dicunt, qui amitam ſuam Iochebet filiam Leui duxit vxorem. Cæterum non ſine œconomia pater Moſeos ſilentio prætermittitur: nam & Chriſtus, cuius typum gerebat Moyſes, ſine patre eſt. Et puer ipſe elegans, nempe ſpecioſus forma præ filijs hominum.

Exo.cap.2. *De infantibus Hæbreorum hic eſt.* Hoc illi potiſsimum circuncíſio prodere potuit. Nondum enim Aegyptij tale myſterium admiſerant: licet ſuccedente tempore ad Hebræorum imitationem circumciſionis legẽ obſeruauerint. Vnde Hieremias. Conſiderabo omnes prę-putium circumſecantes Aegyptios & filios Edom.

Exo.cap.2. *Percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo.* Non animo iræue cedens interemit hominem eum, vt quidam exiſtimãt-

EVSEB.

qui

qui acerbè operas exigebat, ſed ſtudioſa quadam commiſeratione, & (vt dicere ſolent) zelo percitus. Quicquid enim agimus habita ratione Dei, pietas eſt: nam & cędes propter Deum, iam non vt cædes expiamus, immo verò proſequimur beneficio. De Phinee cantat Pſalmographus. Stetit Phinees & placauit, & ceſſauit calamitas & reputatum eſt ei, & cæte. Is tamen duos velut vno ictu mactauerat: aliud quippe conſilium in homicida, aliud in homine religioſo.

Quis conſtituit te principem & iudicem ſuper nos? Ceruicoſum hunc hominem fuiſſe autumant, quem Moſes pridie defenderat ab opprimente. Exo. cap. 2 PHILO.

Seceſſit igitur Moſes in Madian. In regia Moſes eductus, in deſerto nunc paſcit oues, neque idcircò indoluit perteſus vicem ſuam. Quiſquis enim amat Deum, contentus in vrbe degit, in agris, pauper, diues, liber & ſeruus, neque etiam in ſquallore carceris obliuiſcitur pietatis, quemadmodum monent exempla, quæ paſſim leguntur in ſacra ſcriptura. Exo. cap. 3

Acce-

Exo.cap.2. *Accepitq; Sephoram filiã eius vxorem.* Quas modo filias Iethro Moſes attribuit, Raguelis propriæ fuiſſe dicuntur, ſed auus non tam de more, quam autoritate ſacerdotij neptes in filiarum cenſu adſcribebat. Nec verò temerè factum eſt, quòd alienigenam Propheta duxerit vxorem, qui exemplar quoddam erat Domini noſtri, corpus ipſi aſſumens de Iudeorum gente Eccleſiam ſibi ſponſam ex alijs gentibus vocauit & allegit.

Exo.ca. 3. *Et videbat quod rubus inflammatus non*

THEO. *combureretur.* Ex hoc Dei potẽtia ſimul & ſtudiũ erga homines denotatur. Inſinuat etiam talis viſio, quod tametſi ab Aegyptijs Iſrael diuexatur, attamen nõ diminuitur. Neque poſtea mirum videbitur, ſi vnigenitus Dei virginem, de qua corpus aſſumet, præſtabit intactam. Multi etiam DOMINVM in rubo dicunt apparuiſſe, propteа quod ex rubo nulla poſsit imago Dei conformari: nam & hoc auſi Iudæi fuiſſent, ſi ad effigiem materia rubi dolari poſſet.

CYRIL. Aſsimilant igni litteræ ſacræ Deum, tùm quia viribus præſtat, tùm quòd omnibus ſubito occurrat & videatur, arboribus verò & herbis, mortales homines: hinc, Deus noſter ignis eſt comburens, ho-

homo verò ſicut fœnum, dies eius ſicut flos agri. Sed ſicut rubus naturaliter ignem ferre non poteſt: ita nec humanum quid diuinitatem, præterquam in Chriſti rubo, lucem habitãtis inacceſſam: qui in virgineo templo latens dimiſit ſe ſe, cõtraxitq́ue immenſum ſuæ naturæ fulgoré. Ex intactis verò ſpinis, quę alioqui tanquam cremia flammas facile concipiũt e micabat ignis, vt portenderet corpus Chriſti alioqui putredini addictum, ſuperaturum omnes iniurias: triduo enim templum illud inſtaurauit: perinde igitur ac ignis rubo pepercit imbecillo, ſic humanæ conditioni vis diuinitatis, vt tollerari poſſet. Solum verò incultũ quod rubos ſpinasq́ue ſubmitteret, terram ſanctam vocat, ꝑpterea quod nullus nõ locus ſacer eſt, in quo Chriſtus eſt. Neque abs re, ſi in eremo apparet, quę typum gerit, gentium Eccleſię, de qua dicitur: Lętare eremus ſterilis. In qua ergò rubus erat, ſancta poſtmodum terra fuit. Et accedẽs Moſes deponere calceamenta iubetur, quæ cum cadaueris reliquiæ ſunt, mortem tabemq́ue demonſtrant. Nullus itaque accedat ad Chriſtum, qui legem eiusq́ue pædagogicum cultum amplectens peccati maculam nõ diluit, neque enim

enim taurorum hircorúmue ſanguis pec-
cata diluere poteſt: quam diu peccatum
non fuit abrogatũ, peruagata eſt vbique
mors. Siquis myſterium Chriſti videre
cupit, iam illum oportet typorũ depo-
nere cerimonias, quæ mortis & peccati
viribus lõgè ſunt impares.

Exo. cap.3 *Solue calceamentum de pedibus tuis, lo-
cus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Sunt
DIOD. qui de nudandis pedibus ſententiam
contorqueant, intelligentes ita Moy-
ſen admoneri, ne ſecum mulierem aſ-
ſumeret tendẽs in Aegyptum, vnde po-
pulum erat deducturus, parum conſe-
quentia conſiderantes, *locus, in quo
ſtas, terra ſancta eſt*. Sed neque hoc ad
ſacerdotium quicquid pertinet, multa
adhuc reſtabãt, quæ docendus erat, ad
eã rẽ magis neceſſaria. Præterea ijſdẽ ſa-
nè verbis vtitur Michael Archãgelus ad
Ieſũ Naue. Solue ſcilicet calceamenta.
Neque ideò tamen aut vxorem circum-
ducebat, aut leges ritúsue ſacros latu-
rus erat: quid igitur ait? Benedictus es
& benedicis, ſanctificaſque locum qua-
cunque incedis, & ſacerdos & ſpiritu
plenus. Exue igitur calceamenta tua, vt
terrã, in qua ſtas, ſanctifices, ac veluti
locum perungas, vbi non multo pòſt
populũ

populum alloquar, cuius tu de medio igne ſacerdos eris. Et Archangelus ad Naue: Ex quo terram attigiſti, quam promiſit DVS Iſraeli afflatus eſt ſpiritu, nudis itaque pedibus ſanctificato terram.

Iubetur Moſes calceamẽta deponere, **THEO.** nimirum (vt nonnulli exiſtimant) vt allegoricè admoneretur, abijciendas eſſe ſollicitudines omnes, quæ cum mortali hac vita copulantur. Ex mortalium quippe imò mortuorum pellibus calceamenta conficiuntur. Alij putant, vt pedum nudatorum contactu terram ſanctitate afficeret. Ego neutris ſubſcribo. Primum is neque Pontifex, neque dum Propheta factus erat: quanquàm cum locus præſentia Dei ſacer ſanctuſque foret, quid neceſſe erat per alium conſecrari? Duo igitur ſunt, quæ hoc mihi loco ſignificantur: primùm hac religione attentiorem ſibi virum comparare Deus voluit, deinde præmonere, quo ritu ſacerdotes in tabernaculo rem diuinam facere deberent: nudus enim poſtea pedibus ſacrificia peregerunt.

Ego

Exo.cap.3 *Ego ero tecum, & hoc erit tibi ſignum, quod miſerimte.* Cùm præſentia mei numinis videbis cunctatibi fœlicicer ſuccedere, nihil obſtare, quo minus euadas, iam fuerit hoc tibi certius argumentũ, non temerè ſuſcepiſſe hãc legationẽ.

Exo.cap.3 *Sed ego ſcio, quod non dimittet vos Rex Aegyptij, vt eatis, niſi per manum validam.*

THEO. Quamobrẽ Deus cùm ceruicoſum Pharaonem prouideret, à principio ſtatim non vindicauit? Quod enim prouiderit conſtat. Noui, inquit, vos non eſſe dimiſſurum, niſi percuſſero. Attamen quæ ſua eſt benignitas humanitasque, de præcognitione pœnas infligere non occupat: finem rerum expectat, omnibus demonſtrans iudicij ſui æquitatem: cùm alioqui multo æquius erat, vt Pharaonis detegeretur improbitas, quàm Deus haberetur immitis. Nam ſi priùs quàm argueretur Pharao pœnas dediſſet, videri Deus poterat & acerbus & iniquus: nũc verò tum patientiam Dei agnoſcimus, tum Regis impietatem ſæuitiamque depræhendimus.

Exo.cap.4 *Proiecit virgam, & verſa eſt in colubrũ.*

THEO. Rectè eſt, quod primùm dederit portẽtum in virga, quæ conuerſa eſt in ſerpẽtem, in argumentum feritatis venenoſique odij

que odij Pharaonis in populum Iſrael. Et in ſerpentis olim imprecatione illud quoque adiunxit. Inimicitias ponam inter te & mulierem. Sed & per leproſam manum, indicium fecit Hebræis, quod & ſi ab Aegyptijs premerentur calamitate immedicabili ac deſperata, is tamen medicus adeſſet, qui facile morbis omnibus mederi poſsit: preterea cum lepra immundum quid & mortiferum præ ſe ferat, ex eo miraculo oſtentauit, ſi à Deo Iſrael ſuſcipiatur, fore vt immundicias omnes, quas inter Aegyptiorum ſuperſtitiones iam contraxerat, ita vt mentem ferè demortuam haberet, deponat & excitetur ad verum Dei cultum, & reſipiſcat.

Domine non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius: & ex quo locutus es ad ſeruum tuum, impeditioris ſum linguæ. Exo. cap. 4

THEO. Quamobrem Deus miniſtrum ſuum voluit exilis eſſe vocis & bleſioris linguæ? Nēpe quia hac ratione vis diuinaque virtus certior apparuit. Quemadmodum enim piſcatores, publicanos, & coriarios veritatis religioniſque doctores præconeſque legit: ita & per infirmam vocem linguamque tardiorem Aegyptios Sapientes confundit.

 Obſe-

Exo. ca.4. *Obſecro Domine mitte quem miſſurus es.* Non poterat Moſes credere cóſcius ſuę imbecillitatis non tentari à Domino, in cuius iam prouidentia latere putabat aliquis magis ad eam legationem idoneus: ideò ne tu, inquit, velis de me periculum tale facere, mitte potius, quẽ tecum deſtinaſti mittere. Alij legunt, mitte nunc per manum, quem mittes.

Exo. cap.7 *Ego indurabo cor Pharaonis, & multiplicabo ſigna & oſtenta mea in terrã Ægypti, & nõ audiet vos, immittamq́ manum meam ſuper Ægyptum.* Qua nam ratione accipiendum eſt hoc apud DEVM? Erat admodum in procliui DOMINO, à prima detrectatione pœnas de Pharaone ſumere, verum incredibili potentia hominem paulatim erudire volebat. Cor tamen illius ſemper renitens caſtigationes deſpiciebat, DEVM ſiquidem exiſtimans maiora ſupplicia irrogare non poſſe, mediocres contemnebat, quod hiſtoria liquidò demonſtrat. Primum enim ſimul audiuit, dimitte populum meum, vt mihi ſacrificet. Ecquis, inquit, eſt DOMINVS, cuius vocem exaudiam, DOMINVM non agnoſco, neque Iſraelem dimittam. Deinde ſcipionem in

anguem

anguem transformato ſubiungit ſacra ſcriptura. Et corroboratum eſt Cor Pharaonis, neque audiuit eos. Vnde DOMINVS ad Moſem: Ingrauatum eſt cor Pharaonis, nec vos dimittet. Vtrunque animi ſententiam liberam ſignat, ſuoque arbitratu moueri, quod ſcilicet inualuiſſet, grauiuſque foret cor ipſius Regis nequitia ſua diſtractum. Nec aliud eſt, quod à Dauid decantatur: Iniquitates ſuperarunt caput meum, ac velut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Et Zacharias iniquitatem vidit ferentem in ore plumbeum talentum: quæ cum abutitur arrogantia corroborari dicitur contra Dominum DEVM, ac velut exultare, quod imperium detractet illius. Contra qui pietatem colit, cedit ſemper DEO propheticos monitus admittens, ſubditus eſto DOMINO & ora eum. Quod autem duricies quædam cordis ſuboriatur, docet etiam Paulus Apoſtolus: Ignoras CHRISTVM DEI ſua patientia te ad pœnitentiam vocare, tu verò duriciem cordis comparas tibi iram in diem iræ & reuelationis. Illud præterea animaduertendum, ſi perditi fuiſſet ingenij

nunquam ſententiam ſuam immutaſſet, modò caſtigatione emollitus, modò patientia obdureſcens, quam diu enim calamitate aliqua afficeretur, rogabat vt deprecatores illius eſſent Moſes & Aaron apud Deum, ſimul verò afflictio ceſſabat, incredulus flecti nolebat, & ceruicoſus cum Deo indies magis contendebat. Ex hoc igitur animi diuerſo affectu arbitrium in eo eligendi depræhēditur. Vbi verò inquit, nec dimiſit populum Pharao, quemadmodum Moſi prędixerat Deus, prouidentiam Dei narrat: quaſi dicat, nihil ex ijs Deum latebat, ſed ab initio omnia prouiderat. Agè nunc aliqua ſimilitudine totam hanc quæſtionem proſequamur. Sol ipſe vi ſui caloris ceram quidem liquefacit, limum verò deſiccat, atque ijſdē radijs hoc quidem mollius, illud durius reddit: Nec minus patientia Dei contrarios habitus conformat, alijs profectus eſt, alijs detrimentum, prout etiam Dominus in ſacris Euangelijs edocebat. In iudicium veni in hunc mundum, vt non videntes videant, & videntes cæci fiant. Quanquam hæc non ſecundum propoſitum Domini dicuntur, neque enim idcircò venit, vt cęcos redderet vidētes, ſed quod

factum

factum iam erat, oſtendit. Deus enim bene omnibus cupiens, omnium ſaluti cõſulit. Cùm verò ſit hominum libera voluntas, qui fidem amplexi ſunt, ſalute fruuntur: auerſati, ipſi ſibi gehennam cõparant: hac ratione Iudas alioqui videns (erat enim Apoſtolus) cæcus fuit: Paulus contrà cæcus, deinde lumine perfunditur: quod ipſum de Iudæis generatim, alijſque gentibus intelligẽdum eſt. Nec verò ſi non omnes erant credituri, nõ oportebat filium Dei naturam aſſumere humanã, cæteroqui nulla eſſet ſalutis œconomia: At Simeon ille nónne palàm prædixt hoc? Ecce hic poſitus eſt in ruinam ſimul & in ſuſcitationem multorũ in Iſrael. Præterea ſciendum eſt, præſentem hanc vitam Deus velut ſtadium curriculũq; mortalibus propoſuiſſe, vt in eo decertantes ante tribunal victores coronẽtur: alij nequã & mali homines malè mulctẽtur. Quia verò multi ſunt, qui ſecuri, vitam futurã nullam creduut, hos in hac vita damnat ad ſupplicia, illos accumulat bonis, qui à Paulo Apoſtolo vaſa iræ & vaſa miſericordiæ dicũtur. Si quis verò iuſtus videatur immeritò diuexari: Quid? Si Deus vt medici quotidiè ſolent, occultis morbis ferrũ

ignemq; admoueat. Solent etiam medici quorũ ſalus deſperata ſit, corpora, coram multis, incidere atq; ſecare: vt diſcipulos ſuos methodum medicinę certius doceãt: hoc modo Pharaonem ſęuum & ceruicoſum multiplici pœna Deus afficit, vt omnes homines admoneret, ſuo nutu & imperio regi, dirigique creata, afflictis opẽ, affligẽtibus pœnas pro meritis inferens: nam & Pharaoni denũciat: Huius te rei gratia ſeruaui, vt oſtendam in te potentiam meam, noméque meum per orbem terrarum celebretur. Quod autem fama tantæ rei longè lateque diuulgata ſit, Raab meretrix teſtatur, quæ ſpeculatoribus inquit: Formido tremorque veſtri inuaſit nos. Reſciuimus enim quomodo vobis Deus rubrũ mare ſiccauit, &c. Adhæc reliquæ gentes procul arcam intuentes clamabant: Veh nobis, hic ipſe Deus eſt, qui tot flagris mulctauit Aegyptum.

DIOD. Ab exhortatione primùm aggreſſus eſt DEVS Pharaonem, deinde cum dicto non eſſet obediens, mediocres illi plagas incuſsit: exaſperauit tamen parcendo, ac precibus Moſeos exoratus plagas abactis. Atqui conueniebant & Moſen pœnitentiam Regis admittere,

& ipſum

& ipſum Deum audire deprecatorem, vt hac ratione oſtenderet illum à ſe dedita opera delegatum. Sed hoc ipſum Pharaonis confirmabat pertinaciam: ſolent enim increduli dum caſtigantur concedere: ſimul euaſerint, ad contumaciã ſuam recurrere. Cuius rei cauſa eſt, qui remittit: Deus igitur ſua benignitate ac patientia cor Pharaonis obſtinatius reddebat: tum verò maximè inexorabilem ſe præbuit Rex, cùm iuſſit Dominus dimitti populum, vt operaretur ſacra. Neque minus indignationem irritabant Iudæi, quos ab omni calamitate videbat immunes. Deus enim non idcircò debuit à maximis ſtatim ſupplicijs exordiri, ne acerbior ipſe nimiumq́ue ſeuerus haberetur, ſatius vtique fuit benignitatem Dei potuiſſe Pharaonem arguere ceruicoſum, quàm ex violenta pręcipitiq́ue vltione Regis commiſerationem apud homines concitare. Poterat quodammodo crudelitatis inſimulari, ſi ſtatim ab acerbitate grauiori ſupplicij vindictam exegiſſet.

Cumq́ eſſet in itinere, in diuerſorio, occurrit ei Dominus, & volebat eum occidere. Exo. cap. 4

Qua de cauſa voluit hominẽ interficere? THEO.

Venit vxor in ſuſpicionem eius rei, propterea quod alterũ ex natis, non circuncidiſſet ritu Iudæorum. Namque cauſam mortis illicò per circũciſionem deiecit. Nõnulli arbitrantur mortem tunc impẽdiſſe Moſi, quia cùm ad vindicandos in libertatẽ conſanguineos mitteretur, ſecum voluerit vxorem habere impedimẽtum: quam tamen veriſimile eſt aſſumpſiſſe comitem, nõ quò ſtudiũ diuini edicti remitteret, ſed vt ſocero ſuſpicionẽ eleuaret deſtituendi vxorẽ, vel aliam ſuperinducendi: Simul enim occaſionem arripuit ꝑ Angelũ, remiſit ad ſuos: Nec aliter hiſtoria docet. Cùm enim ex Aegypto profecti per mare euaſiſsét ad Sinà montẽ, occurrit ipſe ſocer cũ Sophora cõiuge & filijs duob.: Igitur ad aliud Angelus reſpexit nudũ intentãs gladiũ. Nam cũ Moſes ſibi à Pharaone maximè timeret: Ecquis enim, inquit, ipſe ſum, vt Regem adeã, &c. compara tibi aliũ, quẽ mittas, ego voce exili & tantũ nõ bleſus. Angelus minitabundus metum maiori terrore excuſsit, quaſi dicens euaginato gladio, imò multo me magis extimeſcas: qui tibi ex inſperato negocia plagasque infligere poſſum.

ISID. in ep. ad GREG. Angelus occurrens Moyſi in Aegyptum

ptum proficiſcenti mortem intẽtauit, nõ quod vltionem homicidij, quod pridẽ in Aegypto ſtudio ſuorum patrauerat, exigeret, ſed quia legis volebat deſpicationem emendare in eo, qui futurus erat legis lator. Qui enim ad legẽ ꝓmulgãda electꝰ erat à Deo, ſeruare in primis ritus oportebat. Ille itaq; cũ ſecum filios duceret in præputio, tanquã legis præuaricator à Deo depręhẽditur in eo pręſertim mãdato, quo Iudęi à cæteris gentib. diſsidebãt. Vbi verò Sephora crimẽ agnoſcẽs filioꝰ circũciſo ad Angeli ſe pedes obuoluit, diſceſsit ille exoratus, palam declarans, quamobrem Deus meritò iraſcebatur Moyſi. id prudenter coniecit illico mulieris fides, quod vrgente neceſsitate mulierculæ ſolent expeditiores eſſe viris, in excogitandis remedijs, ſtudioſiuſque diuinam opem implorare.

Non video cur Angelus, vel vt alij dictitant, ipſe Deus Moyſem decreuerit interficere, prouidens quæ & quanta tũ in Aegypto, tum per ſolitudines miracula per illum editurus erat, niſi quis autumet, Deum propterea iratum, quod cũ Moyſi iuſsiſſet, vt expeditꝰ omiſſaque omni alia cura populum educeret de Ae- DIOD.

 gyptiorũ

gyptiorum ſeruitute, ipſe voluerit nihilominus ſecum vxorem & filiorum habere impedimenta. Qua re cognita nihil immoratus eſt, quin è veſtigio familiam omnem remitteret ad ſocerum. At verò Sephora, quia filij nondum fuerant circumciſi credidit ideo, Deum contra virum concitari. Quam opinionem Angelus conſtituere videtur, qui ſimul audiuit ſanguinem circumciſionis ſtetiſſe, diſceſsit. Ego itaque, ſi verum hoc, quod mulier eſt ſuſpicata, cur inquam Angelus abijt altero adhuc incircunciſo? Sed neque ob eam rem Moſes periclitari debuerat, quando & ij, qui in eremo nati ſunt cum præputio ſeruarentur. Eſto, hæc ita ſe habeant. Illud quidem pro comperto habemus, Moyſen Pharaonis tyrannidem extimeſcentem tantum non detrectaſſe imperium Dei, & cunctando rem etiam num prorogare conantem. Deus itaq; poſtremo iratus illi occcurrit mortem intentans, vt ex ea ſpecie vires Dei expenderet multo maiores eſſe quàm Pharaonis. Neque verò eſt abs re, ſi aliam ſibi rem Angelus proponens, preces deinde mulieris occaſionem diſceſſus fuerit. Nempe tale hoc eſt, quale factum

ctum eſt in Balaam, qui cùm oraculo Dei monitus ne iter illud arriperet, attamen perſeueraret, ab Angelo ſtricto enſe perterritus eſt ita, vt regijs muneribus veritatem præpoſuerit: in cuius rei œconomia prætextus ponitur, aſinæ declinatio, ſeruati prophetæ. Cum re vera minæ illæ eſſent & territamenta, quæ voluntatem hominis in contrariam partem retraherent.

At tu nunc mihi velim conſideres, qualis hoc tempore Moyſes, qui pridem inter duos rixantes reiectus iudex, & habitus indignus æqualibus conciliandis: nunc inter tot hominum milia & inter Pharaonem non iudex quidem ſed DEVS conſtituitur. Scriptura nobis tantum non vociferante, non debere quenquam ſuæ doctrinæ ſuæque prudentiæ confidere priusquàm iuſta vis & autoritas accedat.

Tulit igitur Sephora acutiſſimam petrã, & circuncidit præputij filij ſui, tetigitque pedes eius, & ait. Sponſus ſanguinum tu mihi es. Hebraiſmus: nam vt viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, id eſt, homines ſanguinarij, ita & Se- Exo. ca. 4

phora

phora cum dolorem ſimul & ſanguinem filij circuncisi videret, ſympathia quadam commota, ad Moſen *tu mihi*, inquit, *nunc ſponſus es ſanguinum*, nam quia tu mihi ſponſus es, cogor filij cruorem effundere, alioqui pereas tanquam tuæ legis contemptor. Sed ne quid grauius ex ijs uerbis ſuſpicaremur, ſponſus, inquit. Appellauit ſanguinarium ob circuncisionem.

Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius & dimittam Iſrael. Dura hæc vox & aſpe-
Exo. cap. 5. ra diſsimulantis Deum, quæ Dominum
CYRILL. adeò irritare potuerit, vt ab immeritis etiam pueris pœnas exigeret.

Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem, & ſacri-
Exo. cap. 5. *ficemus Domino Deo noſtro, ne fortè accidat nobis peſtis aut gladius.* Quaſi dicat, longe alia eſt Aegyptij à veſtra ſuperſtitione religio noſtra: nõ enim vitulum, aut ſuem, aut ſerpentẽ colimus, ſed Deũ, qui cuncta creauit, & omnibus imperans omnia regit, dominus is eſt Hebræorũ à nobis gratũ ſibi ſacrificium expoſcens procul à ſordibus veſtris.

Paleæ non dabuntur vobis, & reddetis eundem numerum laterum. Hinc facile mo-
Exo. cap. 5. nemur qualis ſit cõtra nos aduerſarius, qui

q ne reſpirare quoquo modo poſsimus & ad contemplandũ deũ intẽdere mentẽ, labores nobis negociaq; cõduplicat. Exo. ca.6.

Et nomen meum Adonai non manifeſtaui eis. Ex hoc loco patet, quanto honore THEO. quantaque beneuolentia Moyſen Dominus proſequeretur. Aperuit illi, quod Patriarchas celauit. Ego, inqt, ſum, qui ſum. Hoc enim ſonat apud Hebræos nomen illud arcanum Dei, quod ideo tetragrammaton dicitur, quia quatuor literis exprimatur. Hoc inſcriptum in aurea blactea geſtabat in fronte Pontifex maximus. Iauch ſonat apud Samaritanos, apud Hebræos Iehoua. Exo. ca.6.

Nomen meum ne Abrahæ quidem ipſi reuelaui. Nondum enim erat tempeſtiuũ DIOD. eo tempore, neque neceſſarium tale nomen indicare, quo Deus ſeligitur à Dęmonijs, nã & Idola, atq; Dęmonia à ſuis cultoribus & Dij & Domini dictitantur Exo. cap.6

Et duxerunt vos in terram, ſuper quam leuaui manum meam, &c. Quam iureiurando pollicitus ſum. Mos eſt eorũ, qui iuſiurandum interponunt, manum digitũue tollere, pręſertim qui dicitur index. Et Moſes in ſuo cãtico. leuabo ad cœlum manum meam & dicam. &c.

Filij Rubẽ primogeniti Iſrael. Cũ à primo Exo. ca. 6.

genito Patriarchæ Scriptor exordiatur cēſum, quare vltra Leui nō porrexit ire? Nēpe quia hoc illi tempore propoſitum fuit genus tantummodo Leuiticū indicare, vt de Aaron ſimul cum Moyſe ſine dubitatiōe legentis adiungere poſſet, ij ſunt qui Pharaonem in Aegypto ſunt allocuti priusquàm exiſteret iudex aliquis vel Rex, vel Pōtifex. Fuit igitur ea tribus vel maximæ apud populū autoritatis, in cuius proſapia deducenda diligens eſt Moyſes; vt quæ in hiſtoria plurimum eluceat. Cū enim Deus inquit: Quarta generatione huc reuertentur, à Leuitica tribum principium ſumit. Quando verò audis, à quinta generatione, aſcenderūt ex Aegypto filij Iſrael, à Iacob tibi primordia erunt.

Exo. cap. 6 *Præſertim cum incircunciſus ſim labijs.* Ritus gentis in circuncidendo præputio fecit, vt verbū metaphorice ad alia etiam quæ detegerētur, explicarēturq; trāsferrent. Et labia dicerēt nō circūciſa, ea quę parum explicita viderentur in loquēdo.

Exo. cap. 7 *Accipit autem Aaron vxorem Eliſabeth filiam Aminadab, ſororem Naaſon.* Cur in

THEO. cenſu vxoris Aaron non modo patrem retulit, ſed etiam fratrem? Regiæ ſacræque tribus coniugium narrat. Naaſſon

enim filius Aminadab,qui ex Aram natus eſt, porrò Aram ex Eſrom, Esrom verò filius fuit Phares, qui ex Iuda natus eſt, de cuius proſapia natus eſt Dominus noſter. Vt igitur de Regia ſacraque proſapia natum Dominum oſtenderet, vtriuſque perſonæ mentioné fecit,vt Regem & ſacerdotem in humanis ipſum prædiceret. Habuit autem Aarõ vxorem Eliſabeth filiam Aminadab,ſororem verò Naaſonis, ex qua Nadam, Abiud,Eleazar atque Ithamar ſuſtulit. Eſt verò dignũ annotatione, ſacerdotes non modo de tribu Leui procreari ſolitos,præſertim Pontifices, ſed ex tribu etiam Iuda, ex qua Naaſſon oriundus erat, quod in Numeris certius explicabitur.

Ecce conſtitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Id verò quo pacto? Perinde ac DEVS præcipiebat,inſtruebatque Moſen,Moſes Aaron ipſum inſtituebat: quocirca Propheta dictus eſt Aaron fratris ſui,id eſt interpres. Moſes verò Deus Pharaonis, quaſi iudex & magiſter. Exo.cap.7 THEO:

Sed ego indurabo cor Pharaonis. Sicut videatur hoc iniquũ,expẽdat quot,qbuſue cõtu- Exo.cap. CYR.

contumelijs & iniurijs Pharao affecerit Iſraelitas. Cum enim Rex ita perditus eſſet, vt nullum iam ſuæ nequitiæ remedium deberet accipere, voluit Deus ſua patientia hominis ſtultitiam ſuſtentare, vt ad ſummum faſtigium euecta ius diuini numinis & iudicij diras apud omnes prædicaret.

Exo. cap. 7 THEO. *Vocauit autem Pharao Sapientes & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quedam ſimiliter.* Sunt vel hac tempeſtate homines adeo impudentes, qui Moſen diuinũ hominem per magica præſtigia dictitent oſtentaſſe miracula. Quò igitur inter vtrunque diſcrimen certius appareret, permiſit Deus, vt illi etiam virgas in ſerpentes transformarent. Sed quæ Moſeos erat alias deuorauit. Eodem pacto verterunt aquas in ſanguinem, ſed vt in priſtinam naturam referrent, negatum eſt. Ranas item in medium produxerũt, ſed Aegyptiorum domicilia talibus moleſtijs liberare nequiuerunt. Interea cũ Aegyptios, tum veneficos admonebat, quæ vis eſſet in veri Dei numine, & quæ in veneficijs, cum à tantulis inſectis adeò illi vexarentur, vt inopes conſilij ad deprecatores confugerent, digitus Dei

hic, proclamantes.

Poterat quidem à principio magos impedire, quo minus eandem oſtenderent, noluit autem, quò victoria fieret illuſtrior de congreſſu. Sinit etiam Diabolum exercere homines, vt è certamine virtus alterius inferior, alterorum maior depræhendatur. CHRY.

Ecce ego percutiam virga aquam fluminis, & vertetur in ſanguinē. Ab aqs plagas auſpicatur primum, quia eo flumine maximè gloriabātur ita, vt Deū quoq; appellarent, qui nubium vice terram illis irrigaret: deinde quia in flumine abijcerentur infantes Hebræorum. Cùm igitur vertebatur in ſanguinem, admonebat Regem ſuæ ſeuitiæ. Vnde mirum nō eſt, ſi ex ea puerorum ſuffocatione agmina ranarum erumperent, quæ à pueris non multum differre videntur. Exo. cap. 7 THEO.

Feceruntq́, ſimiliter venefici Ægyptiorū incantationibus ſuis. Si omnis apud illos aqua verſa eſt in cruorem, quî potuerūt venefici portentum eius generis oſtendere? Non procul aberat mare, ſed neq; omnis aqua, ſed potabilis tantum infecta dicitur. Alij dicunt hauſiſſe magos de Hebræorum puteis, niſi fortè Moſes aquam reſtituit in ſuam naturam, vbi Exo. cap. 7

Q magi

magi vires quoque ſuas exercerent, quas ad vſque tertium portentum ſuſtentare potuerunt, in reliquis ſuccubuere, vt facile quiuis intelligat non ſuo iure veneficos monſtra feciſſe, ſed quamdiu Deus naturæ permiſit.

Exo, cap. 8. *Eructauit fluuius ranas.* Eſt hoc etiam animaduertendum, ranas Deum ſubmiſiſſe ex aquis, cimphes ſiue pediculos è puluere, cynomias verò & inſecta, vnde ipſe voluit. Vt admoneret omnes, facilimum eſſe Deo ſine aqua ſine terra quicquid ſibi velit, in medium proferre. Nullam præterea exigit vltionem, quam prius non denunciet, neque ex ijs ſponte caſúue aliquo fieri credatur, ſed certas eſſe plagas ſciant, quibus contumacia Regis plecteretur, non ſtatim à denunciatione, ſed poſtquam ementita ſit. Tu vide in quantulis inſectis quàm excellens exiſtat & inſuperabile numen Dei.

Exo. ca. 8. *Digitus Dei hic eſt.* Ideſt, ſunt hæc à Deo, non iam ab hominibus neq; à Dæ-

THEOD. mone aliquo. Quia tamen ſenſim irrogabãtur, ne primo velut ictu Rex cõfectus gloriæ diuinę materiam ſubtraheret, digitum Dei dixit nõ manum, huic tamen digito ſuccubuerunt.

Et

Et induratum eſt rurſus cor Pharaonis, & non audiuit eos ſicut præceperat Dominus. Exo. ca. 8.
Hinc apparet euidẽtius, obduruiſſe Pharaonem ex malo habitu ingenij ſui, & reconciliationem ſimulaſſe. Si enim à Deo animus immutaretur, aut ſemper durũ ſe prꝺſtaret, aut ſemper mitem. EVSEB.

Congrega iumenta tua et omnia quæ habes in agro: homines enim & iumenta, & vniuerſa quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, cecideritq́ ſuper ea grãdo, morietur Exo. cap. 9
Quãobrẽ grandine demiſſurus iubet, vt in tecta ſe recipiãt? Beneuolus in oẽs homines Deus calamitates cum miſericordia temperabat, cum alioqui multi inter Aegyptios inuenirentur dignos commiſeratiõe, vti ſacra teſtatur hiſtoria. Qui enim extimuit verba Domini, iumenta coegit in tecta &c. Cæterum grandine ſimul & fulmine percuſsit inſuper Dominus Aegyptũ, vt intelligerent oẽs, ſuo iure omnibus elemẽtis imperare. Quando Aegyptus omnis & Grꝺcia alios alijs partibus orbis præeſſe Deos autumarent, vnde illi cœlꝺſtes, hi inferni dicebantur, alij in montibus degere, in fontibus alij. Ex quo Syri, DEVS montium, Deus Iſrael, non autem Deus conuallium. Neceſſe itaque fuit vniuerſæ THEO:

naturæ Deum, non à flumine ſolum & humo, ſed ab aëris etiam mariſque poteſtate admonere ſuperſtitioſam gentẽ verum eſſe Dominum ac Deum vniuerſorum, prout etiam Moſes Regi denũciauit, vt cognoſcas, quod Domini eſt terra & tu & omnes ſerui tui.

Exo.cap.9 *Quia hac vice mittam omnes plagas meas ſuper ſeruos tuos & ſuper populum tuum, & extendens manum meam percutiam te & populum tuũ peſte, & peribis de terra.* Parabatur iam ſeptimum flagellum omnes ſimul Dei plagas, & interitum Regis intentans, atque totius gentis exitium: & conuertitur paulò pòſt in ſolam grandinẽ cum fulminibus, quibus beſtiæ inprimis ſegeteſque petuntur ipſo Rege incolumi. Mentitur ne igitur hac vice Deus? an quæ ſua eſt in omnes homines beneuolentia, lętus & quaſi coactus ad interitum ſpectat grauioribus vtens interminationibus, ſi qua poſsit facinoroſos deterrere ab iniuſtitia.

Exo.cap.9 *Mitte nunc &, congrega iumenta tua.* Abſtinet ex œconomia ſua Deus prædicẽs

GREG. ſeptimam plagam à cęde cunctorum penitus iumentorũ, vt haberet deinde Rex vnde furorem ſuum poſtremò armaret in fugientes Iudæos, neque maximum

illud in

illud in mari miraculum impediretur.

Quod ſi quis dicat, at ſi iam dudum omnia animantia peſtis confecerat, vt in quinta plaga narratur, quibus nunc iumentis cauendũ præcipitur? animaduertat is vulgarem tranſlationem abuti verbis & ſignificationibus. Omnia enim tunc pecora, quæ oberrabant in agris, non omnia animantia mortua ſunt, ſicut Hebraica verba ſonant, alioqui in quæ etiam iumenta ſeuiſſent veſsicæ & vlcera, niſi pecori atque iumentis, quæ continerentur in ſtabulis peſtis illa perpercißet?

Extende manum tuam in cœlum vt fiat grando in vniuerſa terra Æpyptij, ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnem herbam agri in terra Ægypti. Exo. cap. 9 ORIG. Nõ omnia per virgam miracula Moſes oſtendit, ſed multa quoque & per manum edidit & per verba, ne putarent increduli virgam inſtructam magica arte & excantationibus ſubornatam.

Si Dominus vobiſcum ſit, quomodo ego dimittam vos, & paruulos veſtros? Exo. ca. 10 Sunt hęc verba concedentis profectionẽ. imò verò quibus Rex videre volebat iam per ſe non ſtare, quo minus abirent Hebręi, quo vellent: idcirco cauſam ſtatim reijcit in

citin Moyſen, vt qui modum tranſgre-
deretur in petendo.

Exo. ca. 10. *Præſertim cum ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipſum locum perueniamus.*

THEO. Quid mirum, ſi tandiu verſati inter Aegyptiorum ſuperſtitiones Hebræi, ſuos ritus erant obliti?.

Exo. ca. 10 *Non videbo vltra faciem tuam.* Neque tamen his dictis exijt è veſtigio, ſed tantiſper immorãtus eſt in ædibus Pharaonis (erat enim apud Regios ſeruos gratioſus) quoad illi mortem prædiceret primogenitorum.

Exo. ca. 11. *Dices ergo omni populo, vt poſtulet vir ab amico & mulier à vicina ſua vaſa argentea & aurea.*

THEO. Sunt nonnulli, qui Deum audeant inſimulare, qui iuſſerit Hæbreos ab Aegyptijs veſtes aureaque vaſa ad vſus quoſdam commodata mancipio ſibi haberi, non videntes quãtum temporis Hebræus populus comſumpſiſſet in latericio opere, ſubſtruendisque muris ac parietibus non modò ſine debita mercede, ſed iniqua operarũ exactione. Noluit itaque Deus ſuorũ lobores ſua mercede defraudari. Neque id aliquis putet illũ iniquum, ſi quicquid delirauerit Rex, plectatur populus: quãdo & ipſi Aegyptij, ſui Regis exem-

exemplo ſæuitia vſi fuerint in Hebræo, ſed vt eiuſdem criminis rei, eiuſdẽ quoque pœnæ damnatur.

Et morietur omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaõis, qui ſedet in ſolio eius vſq; ad primogenitũ ancillæ, quæ eſt ad molã, &c. Quid eſt, ꝙ in primogenitos deſcuitum eſt? nẽpe quia cum Iſraelẽ primogenitũ Dei Aegyptus miſera ſeruitute afficeret, meus, inquit, Dominus primogenitus Iſrael: non immerito primogenitos Aegyptiorũ morte mulctauit. Sciendũ præterea fratres habere primogenitum. Qui enim ante alios genitus eſt, dicitur primogenitus. Sciat igitur Iſrael, primũ quidem fuiſſe populũ Deo dicatũ, gẽtes verò alias ꝑ fidẽ non modo ſalutẽ cõſecutas, ſed in hęreditatẽ quoq; primogeniti coaptatas. Populus, inquit, populo ſubijcieт, & maior ſeruiet minori * Vide clemẽtiam Dei. Pharaonis edicto mares omnes Hebræorũ de medio auferebantur, Dęus verò ſola primo genitorum cæde contentus eſt. Exo. ca, 11. THEO. * ORIG.

Decima dei mẽſis huius tollat vnuſquiſq; agnũ &c. Quę cauſa eſt, ꝙ ad fugã pręcinctos iuſſerit De⁹ celebrare Paſcha? Quia memoriam huius diei voluit perpetuam dedicare, qua populus ſalutẽ adeptus eſt Exo. ca. 12 THEO.

Quocirca legis lator ait. Si te roget filius tuus, quid hoc? dicas: nempe hac die eduxit Deus patres noſtros ex Aegypto, idque perinde celebrari voluit ac ſi in procinctu ſtaremus. Sunto, inquit, lumbi veſtri præcincti & calceamẽta in pedibus veſtris & comedite feſtinãtes. Paſcha verò à Philone interpretãtur diabateria, quaſi feſta quædam tranſitionis. à Ioſepho hyperbaſia veluti trãſcenſus. Symmachus paſcha, inquit, trãſitus eſt. à Theoditiõe vox apponitur Hebræa Phaſech, quæ primogenitorũ incolumitatẽ ſignificare teſtatur, quando illitis ſanguine ſupliminarib. ad Hebręorũ primogenitos vltrices nõ acceſſerũt, nõ quod natura illa diuina ſine corpore indigeat aliqua nota ad diſcernẽdos bonos à malis, ſed vt ex ijs œconomijs docerẽtur illi ꝓuidentiam curãq; Dei erga populũ ſuum, nos itẽ qui agnum offerimus ſine macula typũ agnoſceremus. Iubet igitur nõ agnos modo legere annicu los, ſed de hedilib. etiã hedos, nõ vt eadẽ pariter ratione mactarẽtur, ſed vt quibus non eſſet agnus, hedis veſcerentur. Quò verò cõmodius ad ſtatutũ diẽ xiiij lunæ parata eſſet victima, decimo die ſegregari iubet. Veſperi immolatur, quia

eadem

eadem hora prodendus erat Chriſtus. Olera adiunxit amara, vt triſtitiæ reminiſcerentur, qua fuerant apud Aegyptios affecti. Per azymos panis non modo properatio in itinere cibique tumultuarius deſignatur, ſed vt nullum ſibi veſtigium ex Aegyptiorum moribus ſupereſſet. Attendite, inquit, Dominus à fermento Phareſęorum. Quod verò & alios ex alijs familijs conuocat, charitatem conſtituit, & in pauperes miſericordiã, quamobrem ne quid in poſterum diem reponatur, præſcribit: ita enim pauperes ad cõmunionem ſacrificij inuitare cogebãtur. Cõtinent etiã hæc, ænigmata noſtrorũ myſteriorũ. Nam & perungimus nos agni noſtri cruore poſtes, & ſuperliminare, quantum enim ad id quod euidẽs eſt, labia linguãq; purgamus. Quãtũ ad interiorem hominẽ, pro limine rationẽ, ꝑ poſtib. irã & concupiſcentiam coercemus. Quadrat etiã nobis nihil crudũ elixũue eſſe, ſed igni coſtũ: non enim ſolas literas ſectamur, ſed ſenſum ꝑſcrutamur literarũ, neq; in diuinis vtimur humana peritia, quod ipſum Eſaias quoq; nõnullis imputat aquę vinũ permiſcẽtib. ſed ſpiritus ſancti calorẽ gratiãq; adhibemꝰ. Quod in poſterũ nihil relinquatur,

 admonet,

admonet, futuram vitam nullo egere ſymbolo, omnia nobis patebunt. Illi porrò, qui de rebus diuinis malè ſentiunt, omnia ad ſuam impietatem detorquere conãtes, effringunt pecudis oſſa. Adhęc ex hedis quoque ſacrum conſtare voluit ſuam erga homines beneuolentiam demonſtrans. Non enim pro iuſtis tantum, ſed pro iniquis in crucem ſublatus eſt Chriſtus, ita quippe nobis explanauit, qui iuſtorum cœtum aſsimulauit agnis, hedis verò turmã iniquorũ, & lex ipſa iubet pro peccatis hedũ offerri. Nec minus vindex ipſe noſter non pane tantũ triticeo, ſed ordeacco etiam confluentẽ ad ſe multitudinem ſaciauit. Requirit lumbos præcinctos & calceatos pedes more ſeruorum, qui præſtolãtur heros. Cæterum erant hæc Hebræis ab Aegypto in Chananęam regionem properantibus in figuram noſtræ prioris miſeræ vitæ, quam cum beata commutauimus. vnde diuinus ille Paulus, expurgate, inquit, vetus fermentum, vt ſitis noua cõſperſio ſicut eſtis azymi. Et paulò pòſt: Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Verùm & cum primis meminit Deus de ſalute aliarum gentium, nam proſelytos aduenaſque admittit quaſi

ciues

ciues. Ad inſtaurãdam verò memoriam ſeruatorũ primògenitorũ primos ouiũ bouumque fœtus offerri iubet: neque verò Deus huiuſmodi ſacris indiget, omnia ad eorum vtilitatem cõmentus eſt, prout legis verba teſtantur. Idcirco, inquit, ego operor Domino, omnemque meum primogenitũ redimo.

Menſis iſte, vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni. Exo.ca.12. Statuta dies huius ſacrificij preſcribitur principiũ anni, primuſque menſis non ab re. CYRIL. Principium ſiquidem eſt omniũ & in principio Chriſtus ex patre genitus ante omnia ſecula. Præcipit autem Iſraelitico populo cùm adhuc ſeruus eſſet & ſub Aegyptiorum potentia, vt omnia hæc rite operetur, denotans animũ noſtrũ nulla alia ratione à ſeruitute peccati ĩ libertatẽ ſe vindicare, neq; diaboli improbitatẽ ſubterfugere poſſe, niſi p Chriſtũ. Ipſe enim apertè dicit: Si filius vos liberabit, re vera liberi eritis. Illud verò, *decima die mẽſis ſumite Agnũ in decimã quartã, vt veſperi eius diei iuguletis*, altiorẽ habet ſenſũ. Nã quid ob ſecro nõ ſumitur primo die? cur etiã ſeruari iubet quinq; dies? tot em̃ à decima cõputantur vſq; ad Xiiij. ſecernitur arbitror, agnus decima die quoniã prima

pars

pars menſis longa ſecla ſignare videtur ea, quæ noſtra tempora præuerterunt, quando ſemper fuit & eſt,eritque Deus. Subſecuta verò veſtra hæc tēpeſtas per quinque reliquos dies vſque ad XIIII præmonſtratur,vt quæ in tempora quin que dirimaꝛ̃,ſicut in ſua parabola Chriſtus ſignificauit, vbi regnū cœlorum patrifamilias cōparabat, qui mane egreſſus domo operas conducit ad fodiendā vineam. Deinde hora tertia,ſextaque & nona,poſtremo etiám vndecima conducens alios,quinque diuerſa mortalium tempora liquido deſcribit.Prima computatur, quamdiu fuit Adam in paradiſo.Secundam,quæ per tertiam horā pręſcribiꝛ̃,habuit Noe. Tertia ad Abraham vſque deducta eſt.Quarta ad Moſē vſq; & prophetas. At verò quintā qua denotat hora XI.vergētc iam ad occaſum ſole ea eſt,qua Chriſtus redemit humanum genus,quando gentes ad ſalutem capeſſendam vocatæ fuerunt, quarum nulla prius ratio habita fuerat, idcircò illi nouiſsimi ad patremfamilias reſpondent,quia nemo nos conduxit.Sumitur igitur agnus non prius quàm decimo die id eſt,non à primordijs ſtatim ſeculorū, & ad decimumquartum ſeruatur,
poſtre-

poſtrema ſcilicet tẽpeſtate, vt planc intelligamꝰ myſteriũ Chriſti neq; recens eſſe neque improuiſum, verũ in prouidentia patris à ſeculo conditum. Veſperi igitur ꝓ nobis eſt Chriſtus occiſus, quando nulla amplius ſolis, id eſt diuina veraque lux mortalibus effulgebat obrutis ignorantiæ caliginibus. Cæterum cum luna notho & incerto fulgore nitens vicem noctis impiumq́; gerat, merito ſymbolum Diaboli præſefert: cuius adulterina lux & doctrina decreſcere cœpit ſimul atq; Chriſtus apparuit. Quod pſalmus videtur innuere. Orietur in diebus eius iuſtitia & pax donec auferatur luna. Et vnaquæque ſibi domus capiat agnum, quia in omnibus pariter hominibus Chriſtus per ſpiritum ſuum inhabitat. neq; enim quemadmodum teſtatur Apoſtolus diuiſus eſt Chriſtus. præterquam ſi familia non ſatis per ſe ſit ad agnum comedendum, tunc vocantur ex vicinis, qui in ſodalitium admittantur. ſiquis enim ſuo ingenio parum fretus doctorem adſciſcat perfectior apud Deum efficitur. ita enim eunuchus ille perplexus in lectione prophetarum accepit in Rhedam Philippũ, cuius ope fontem hauſit veritatis. Eſto præterea agnus perfectus & ſine ma-

cula,

cula, propterea quod typus erat eius, cui nihil deſideratum eſt ad perfectionem. Qui mas omnino fuit nobis infundens diuinitatis ſemina, humano genere per euangelica præconia Deo & patri exculto. Requiritur agnus anniculus, ne ſi ante præſcriptum tempus mactaretur, infirmus adhuc & imperfectus eſſet. Adhibetur & hedus non ſine myſterio. Agnus enim purum eſt & immaculatum ſacrificium, hedus autem pro peccatis offertur, id quod & in Chriſto depræhenditur. fuit is illibata victima purumque ſacrificium in odorem iucūdiſsimum: fuit etiam hedus, cum pro noſtris peccatis occiſ⁹ fuerit. A iugulatione poſtes & limina iubet ſanguine pungi, ſignificans debere nos terrenum hoc domicilium ſanguine Chriſti communire, corpus ſcilicet à morte vindicãtes abigendo ꝓcul à nobis ſupplãtatorem tali punctione. Fores verò noſtras & limina accipimus ꝓ ſenſorijs, quib⁹ animus noſter in obeundis muneribus vtitur, teſte Ioele propheta, vt ſi fures ꝑ feneſtras noſtras irrepſerint, nullo ſint ſanguine Chriſti punctę. Quod carnes ſint eadē nocte deuorandę, ad ſeculū noſtrum refertur, ſicut & Paulus admonet: Nox præceſsit,

dies

dies appropinquauit, per diem innuens futurum ſeclum. Quamdiu itaque verſamur in terris craſsiori quadam ratione prægustamus Christũ, illic, alio prorſus modo & prout ipſe nouit, ſanctitate affi ciemur. quanq̃ hoc loco deſignatur etiã ſacratũ Christi corpus, quo veſcimur in memoriam mortis & ſuorum tormento rum. Quoties enim cunque manducabi tis panẽ hũc & calicẽ bibetis, mortẽ meam nunciabitis. Cũ verò fuerimus ſecũ in gloria, nihil erit quamobrẽ de morte meminerimus, illum plane Deum agnoſcentes certa viſione. Carnes porro torreantur igne, propterea quod quicũque velit eſſe participem Christi, ſui ſpiri tus igne feruere, quemadmodum Paulus iubet. Sed & azymos panes cum amaris oleribus comedunt ij, qui Christiani cenſentur expurgati omnem concupiſcentiam ac victu ſimpliciori triſtias perturbationum fortiter tollerantes.

Quid illud? crudum quid ne comedatis. nempe qui crudis veſcitur, quî fit vt den tibus carnes cõficiat, aut cõcoquere poſſit? tales ſunt, qui nulla habita ratione temere ad Chiſti conuiuium feruntur, quorum ignis, iuxta Dauidicũ illud, in meditatione deferueſcit. Vetat etiã ne q̃d aqua elixatum

elixatum proponatur. Hoc eſt, ne quid dilutius remiſsiuſue de eo ſentiam᷒ perinde ac euenit illis, qui cibum fidelibus aquoſum proponentes Chriſtum dictitant Deum nõ natura,ſed in cẽſum creatorum referri debere. Caput præterea cũ pedibus & inteſtinis comedendum, quia totam huius myſterij cognitionem in animis fidelium ineſſe cupit. Sciendũ enim eſt, quod à principio verbum erat Deus in patre atq; vnà cum patre: id nimirũ caput eſt, principiũ rerum omniũ. Poſtremò cum iudex ipſe aduenict extremam manum imponens ei, quæ ad nos pertinet, œconomiæ, indicant pedes. At verò per inteſtina, quod occultum fuit ac veluti in medio mortalium corpore verbum intelligas: Hac igitur ratione totus in nobis eſt Chriſtus per fidem, id quod puto, ſignificauit Ioannes dicẽs: Qui eſt, qui fuit & qui ventur᷒ eſt. Poſtridie verò mane nihil ſuperſit, ne ſcilicet vera pſectaque illius cognitio differatur, in craſtinum, ac ne qs ſibi in mora ſit, quo minus totam Chriſti gratiam è veſtigio conſequatur, quomodo pleriq́ue conſueuerunt, qui ſanctis myſterijs initiati conſummationẽ fidei, illuſtrationemq; baptiſmatis in extrema ætate pro-

rogant:

rogant: interea offenſiones multæ ſunt, nam & ſi voti compotes fiant, incerta tamen ſpes eſt longioris vitæ. Adhæc tametſi huiuſmodi homines veniam peccatorum adipiſcantur, laborem ſubterfugerunt, talentum Domino ſine fœnore reddentes. cũ iam elapſum ſit ſpacium temporis, nec per ſe ſatis amplius ſint operibus obeundis. Os ex eo non contere̍tis. Quid hæc ſibi velint, oſsium natura declarat, quæ noſtris dentibus confici commanducarique nequeant, id nobis eſſe verbum Dei ſignificant atque adeo inuolutum, vt ab humana mente capi non poſsit. Nam quod filius Dei ſit, de patre genitus credimus, nihil præterea comprehendentes; qui verò in ſua temeritate cõſili, quę alioqui recta ſunt, detorquent, & curioſiores circa vnigenitum diſſeminant hæreſes, ij quantum eſt in ſe ipſis, oſſa conterunt Agni, quãquàm ſi ad rerum hiſtoriam reſpicias, neque milites crura Chriſto fregerunt iam demortuo. Quod ſi quid tamen ſuperſit, poſtridie ſtatim comburatur. Rurſus per matutinam horam futuri ſeculi lucem denotat: quando conſumpta omni (ſic dicam) mortalitate non ex aliqua parte, aut in ænigmate ſed toto pla-

R ne Dei

ne Dei fruemur aſpectu. Habitus cõuiuarum talis deſcribitur. Sint lũbi veſtri præcincti & calceaméta in pedibus veſtris, in manibus verò ſcipiones, & comedite ꝓperato. Præcinctus lũborum argumẽtum eſt fortis & ſtrenui hominis, nam & ad Iacob dictũ eſt, ꝑcingere quaſi vir lumbos tuos. Et apud Prophetas rurſus, & erit iuſtitia ꝑcinctus, ideſt fortis & iuſtitia terribilis. Calceaméta verò nihil aliud ſibi volunt, q̃ quod in procinctu ſemper eſſe debemus, prõptioresq; poſthabitis alijs rebus ad capeſſendũ iter, quodcunq; Dñs indicauerit. neq; aliter Pau. accipit calceati pedes in ꝑparatione Euangelij pacis. Scipio in manib. noſtra ſpes eſt, in qua innixi patientiã amplectimur. Properatio verò in edẽdo agno admonet, neq; tardos nos neque remiſſos in recte factis eſſe debere. Quarũ rerũ cauſa ſubdit. Pascha Domino eſt, hoc eſt trãſitus & emigratio: ſic enim à ſeculi huius vita ſemigramus ad Dei politiã. Neq; eius rei pręmiũ reticuit. Sed omnes, inquit, primogenitos Aegyptiorum percutiã, vobis autem ſi feceritis agno, fuerit ſanguis eius præſidiũ atque tutela. Pœnas quippe ſumit de omnibus ijs Deus, qui proteruiores fidem reijciunt, neq; ſuæ p. Chriſtũ ſanctitatis participes

ticipes eſſe volũt. Agnoſcit eos tatũ, ſuaque ꝓtectiõe dignatur, qui ſanguine veri agni perungũtur. Septẽ totos dies pane azymorũ veſci iubet qui ſacrũ comederunt agnũ, vt ab omni mala cupiditate animum expurgare cõdiſcant q per Chriſtum ſanctitatẽ ſunt cõſecuti. Prima quidem dies & ſeptima dicatur ſancta, quia & primũ illud noſtrũ tempus ſanctũ fuit, quãdo degebat Adã in paradiſo: Sanctũ quoq; poſtremũ eſt, quo nos per Chriſtum iuſtitia inſtructi priſtinã gratiam recuperauimus. Hic igitur totum nobis de Chriſto myſterium proponitur, vnde merito Iudæis ipſe dicebat, ſi Moyſi credideritis, & mihi vtique crederetis, de me nãque ſcripſit ille.

Immolabitq; eum vniuerſa multitudo &c. Exo. ca. 12.
In conſummatione temporum, & nouiſſima extremaq; ætate Chriſtus eſt immolatus, cuius caro verus eſt cibus. THEO.

Cũ oleribus agreſtibus. Azymus panis cũ amaris oleribus ſumitur. Quia oẽs qui piè viuere volunt in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur. Interim Iudæos admonebat triſtitiæ, in qua fuerant apud Aegyptios. Exo. ca. 12.

Sic aũt comedetis, &c. Animaduerte diligẽtius totã huius cõuiuij ſpeciẽ, q̃ diuerſa ſit Exo. ca. 12. GREG. NYSS.

 ab alijs

ab alijs.in ſympoſijs.n. habent homines ſolutas liberasq; manus & veſtes: in pedibus nihil eſt, quod faciat ad iter: cibi ꝑterea omnes opipare iucundiſsimeq; cõditi ad libitũ apponuntur cõuiuarũ. Hic verò omnia cõtrario modo ſe habent: pedes muniti ſunt calceamẽtis, zona talaré togã adſtringit, man⁹ baculum geſtat & cum pane, eo quidẽ azymo apponuntur olera agreſtia & amara, ꝙ eſt carnis ſic ſuper prunas torretur. Et eouſque deuorandę ſunt, non comedendæ, vt nihil omnino ſuperſit.

Exo.ca. 12. *Calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus.* Omnia hæc itine-

THEOL. ris munimenta maximè neceſſaria ſunt qui ex hoc Aegypto contendunt in patriam, ne à ſerpentibus inſectisq; venenatis, quos terra ſubmittit cõficiantur, neue lędantur à ſpinis, id eſt, ab incurſibus Diabolicis, & à peccatorum ſtimulis exagitẽtur. Quæ nec inermis ſuperare nequit, nec q remiſsius agit & intẽperanter.

Exo.ca.12. *In cunctis Dijs Ægyptiorum faciam iudicia.* Expurgauit Chriſtus omnia templa, quæ etiam auibus ſerpentibusque dicauerat Aegyptus, ſuum ſibi locũ vindicãs.

Exo.ca.12. *Faſciculumque hyſſopi tingite in ſanguine, qui eſt in limine.* Græci, qui eſt ꝓ foribus, vbi

vbi agnus iugulabatur. Hebræi verò legunt, qui eſt in pelui.

Nullus veſtrum egrediatur oſtium domus ſuæ vſq; mane. Oſtium domus Chriſtus eſt: Ego, inquit, ſum oſtium: domus verò eſt Eccleſia. Qui igitur in tuto eſſe velit, ita, vt à malo nihil timeat, ab oſtio ſuæ domus non diſcedat, id eſt, ab eccleſia Chriſti non ſegregetur. Ille etiam domo non egreditur, qui non diſcedit à ſe ipſo, quoties aliqua perturbatione tẽtatur. Sed apud ſe ipsũ manet, ita voluntatẽ cohibens, vt à præſcripto nõ dilabatur. Exo.ca.12.

Et erat nubes tenebroſa & illuminãs noctem ita, vt ad ſe inuicẽ toto noctis tẽpore accedere nõ valerent. Angelus qui in principijs caſtrorũ dux erat ſublimis ad poſtremos conuerſus nubem interpoſuit diei, quæ hoſtibus aſpectum auferret, ipſe verò populo ſuo lucebat. Exo.ca.14.

Diuiſaq; eſt aqua. Exiſtimãt nonnulli rubrũ mare in duodenas ſectiones diſceſſiſſe, per quas tribus ſingulę trãsfretarẽt, ex eo quod cecinit Dauid: Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones. Ego verò in duas partes cõceſsiſſe crediderim teſtimonio fretus ipſius hiſtoriæ. Erat illis aqua vtrinque veluti murus, quod autem medium intercedebat iter pro magnitu Exo.ca.14. THEO.

 dine

dine agminũ patebat: deduxit enim illos Deus per Abyſſum ſicut p deſertũ.Quomodo ſe cunq; res habeat, vtrũque à pietate non diſcrepat,maximũ fuit hoc diuinę poteſtatis miraculũ,meritoq; Iudex ipſe iuſtiſs:aquis delere voluit Pharaonẽ cum toto exercitu, vt qui conatus erat populum in aquis expoſitum paulatim de medio tollere.

Exod.cap. 14 *Et reſpiciẽs Dominus ſuper caſtra Ægyptiorũ per colũnam nubis, & ignis,interfecit exercitũ eorũ,& ſubuertit rotas curruũ,fere bãturq; in profundũ.* Greci codices fidẽ hiſtoriæ cõmendare vidẽtur, ita enim interpretãtur. Et cõturbauit caſtra Aegyptiorũ, & colligauit axes curruũ & duxit illos violenter.Submerſus eſt enim aquis ſuper inductus exercitus Pharaonis adhuc viuens.

DIOD. Quędã etiamnũ veſtigia ſuperſunt de hac rubri maris diſceſsione.Verũ Gręcorum quidã(quę illorũ eſt impietas) à miraculo rẽ ad cauſas transferũt,multis fieri locis dictitãtes, vt maria abſorbeãtur. Eſto,quæ nũc vidẽtur naturę attribuant. At verò locus is,p quem incolumes euaſerunt Hebręi,Aegyptij ſubmerſi ſunt, nulla naturali vi patere potuit per ingurgitationẽ, nẽpe aqua hinc inde ſecedẽs

medium

medium ſolum reliquit ad iter agendũ ac pro muro cõmuniebat iter. A circũſtantijs itaque rerũ redarguũtur, ſed neque ex aliorum hiſtoria patet aliquod tunc temporis mare abſorptum, quibus facile acquieſcerent, ſi ſtudio ſemel ſophiſtarum nunciũ remittentes, apud nos magiſtra vterentur veritate.

At ille clamauit ad Dominũ, qui oſtendit illi lignũ, quod cúm miſiſſet in aquas, in dulcedinẽ verſæ ſunt. Quod nam fuerit eiuſmodi lignũ queritant nõnulli, ſed impudẽtis eſt quod à ſcriptura reticetur, velle inquirere: ſatis eſt didiciſſe per lignũ depoſuiſſe aquas omnẽ triſtitiã, & hoc noſtram ſalutẽ prædicit. Nã & ſaluberrimo ligno crucis amarũ gẽtiũ pelagus dulcedinem cũ triſtitia commutauit. Exod cap. 15 THEOD

Poterat ſanè Deus ſolo verbo aquam potabilem facere, ſed lignum voluit indicare, vt typum ſalutiferæ crucis inſinuaret. Et hoc quidem genus eſt prophetiæ factis & ipſis rebus vẽtura monſtrare. Et enim omnis triſtitia legis apud Iudæos, aliarum verò gentium quod amarulentum erat in moribus ligno crucis in pietatis dulcedinem commutatum eſt. GREG. NYSS.

Et ibi tentauit eum. Tentat DEVS Exod. cap. 15

R 4 in præ-

In præmium, Diabolus in interitũ. Quicũq; Dei tentaméta fortiter tollerat, accipiet coronam vitæ, qui verò Diabolicis cedit, aperit ſibi gehennã. Neſcit euẽtum Diabolus ſuarũ tentationũ, Deus verò nouit optimè, quò euadẽt, liberã tamen hominũ voluntatẽ ſuo arbitrio ferri permittit. Tẽtauit hoc loco Deus Moſen, dum præſcriberet illi, quid à populo, quid ab eo exigeret.

Exo. ca. 16 *Ego pluã vobis panes de cœlo.* Animaduertendũ eſt, quod cùm nihil amplius edulij populo ſupereſſet ex Aegypto, tunc cœleſtis panis influxit, vt moneamur, animum noſtrum refici cœleſti alimẽto, cũ quod eſt huius ſeculi vitioſum in itinere huius vitæ per veſtigia Chriſti conſumpſimus.

GREG. NYSS.

Exo. ca. 16 *Et colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies.* Accipe conſilium Dei, nec in comparãdis rebus tranſcendas modum tuæ neceſsitatis, quicquid auaritia accumulatur, en vermibus ſcatet.

Exo. ca. 16 *Nullus relinquat ex eo in alterum diem.* Quod tunc fiebat in ænigmate ſeruari in poſterum ſalutis noſtrę tẽpus nõ debuit, quãdo antiquata legis vmbra veritas effulſit, vnde noua petenda ſunt nobis alimenta in perpetuum.

THEOD.

Veſpe-

Veſpere comedetis carnes & mane ſaturabimini panibus. Nota terreſtris cibus veſperi datur, manè celeſtis. in vmbra lex fuit, neque ſe altius ceu coturnix extulit, Chriſtus oriens ex alto luxit ijs, qui in tenebris iacebant, & ex vmbra mortis ſuſtulit ad vitam: neque Iudæis tantùm, ſed & alijs gentibus. Ros enim cecidit, iacuitque non in caſtris, ſed per ambitũ caſtrorum. Exo ca.16

Qui non audierunt eũ ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque mane. Deſignantur ex ijs qui de plebe Iudaica non acquieuerunt veritati, volentes legem alio ſibi tempore conſtituere, quãdo iam vermibus ſcatere cœpit, quibus vides quàm vehemẽter legis lator iraſcatur. Exo. ca.16 EPIP.

Dicat aliquis, per mare populus iter ſiccum vadit, quomodo igitur intelligendum, quod ab Apoſtolo dicitur, omnes quidem in Moyſe baptizati ſunt, in nube & in mari. vetera imago fuerũt typuſque nouorum. Et lex quidem vmbra, corpus verò gratia. Cùm itaque Hebræi ab Aegyptijs exagitati in vado maris depoſuerint ſeruitutem, lauacri ſancti typum expreſsit mare: Nubes verò imaginem ſancti ſpiritus. Moſes præ ſe Chriſtum tulit, crucem baculus, Diabo- THEO.

lum Pharao, Aegyptij dæmonas, manna diuinum panem, aqua vero de petra manens ſaluberrimum ſanguinem. Nã quẽadmodũ illi à tranſitu maris rubri nouo & admirãdo genere cibi potᵘq́; vſi ſunt, nec minus & nos poſt ſalutare baptiſma facti ſumus diuinorũ participes myſteriorũ

Exo.ca 16. *Appellauitq́; domus Iſrael nomen eius Mã, quod erat quaſi ſemen coriandri album &c.* Vnde cibus is appellatus eſt manna, quia nouo rei ſpectaculo cõmoti alter ad alterũ dicere, mán nà.i.quid hoc eſt? & interrogationis verba in proprium nomẽ cõtulerunt, dicitur etiam à propheta panis Angelorum, vt qui ab Angelis ſubminiſtraretur. natura enim incorporea nullius indiget alimenti. eadem ratione & panis cœleſtis cognominatur, quia cœlitus, ideſt, de ſupremo aëre demitteretur, nã & volucres cœli dicimus. Quod autem alij exponunt, veluti milium in melle. Symmachus interpretatur amylus in melle: & Gomor, teſte Ioſepho tris continet ſemicotylas.

Exo.ca.16 *Scatere cœpit vermibus atque computruit.* Hoc non à natura tanti muneris, ſed culpa transgreſsionis accidebat. nam cum illi vitam docerẽtur ſecuram viuere, quibus quotidie conſulebatur, diffi-

diffidentes gratiæ partem reponebãt in ſequentem diem, tunc præter naturã pu treſcebat, quod enim legebatur in ſabbatis, quodq; in arca tot annos ſeruatũ eſt, integrum & incorruptum durauit. In ſabbatis itaque non præbebatur, vt ꝙ de ocio illius diei lege didicerant, opere ad ſeruandum ritum liberi iam commonerentur: id quod illis proprium peculiareque fuit. nam reliqua naturæ munia nulla ceſſabant.

Et pugnauit contra Amalec. At quib⁹ armis? ijs nempe, quæ cum Aegyptiorũ cadaverib⁹ ad littora deuoluta ſuſtulerãt. Exo cap. 17 THEO.

Cũq; leuaret Moſes man⁹ vincebat Iſrael. Exo. ca. 17. Quid hoc? quandiu Moyſes intendens precibus, manus eleuabat, ſuperior erat Iſrael in bello, ſimul dimitteret, inferior. Chriſti, qui pro nobis cruci affixus eſt, typus exprimebatur. Nam quemadmodum per man⁹ ſerui proteſſas Amalacita ſuperabatur: ita cum Dominus manus extendit in cruce diabolicas vires retudit, ſubſidijsq́ue vſus apoſtolorum victoriæ tropheum erexit.

Cumq; audiſſet Ietro ſacerdos Madian, cognatus Moyſi, omnia quæ fecerat Deus Moyſi. Exo. cap. 18 Nihil cum hoc Madianita ad Abrahæ ſtirpem, ſacerdos tñ erat in ea religione, CYRIL.

quæ

quæ tunc temporis legitima habebatur ex opinione multitudinis exiſtimans ſe vero & altiſsimo Deo ſupplicare, qualis etiam ille Melchiſedech, venit is ad Moyſen in deſertum nó longè à móte Sina, cum reſciuiſſet quæ populo ſuo mirabilia Deus feciſſet. Neque id abs re: nam cum Ietro typũ gerat exterarum gentiũ, eos nimirum deſignat, qui ex auditu, vnde oritur fides, ad Chriſtum acceſſerint, quos, tantũ abeſt, vt Chriſtũ amoueat à ſe, vt obuiam procedat & amplectetur.

Exo.ca.18. *Aſſumpſit Sephoram vxorem Moyſi quã*

EPIPHA *remiſerat.* Ex quo Moyſes perſonam induit prophetæ abſtinuit ab vxoris concubitu.

Exo.ca.18. *Eò, quòd ſuperbè egerint contra eos.* Refert hæc lectio totam rem ſimpliciter in Deum: at illa magis genuina, in eo quòd ſuperbè egerint contra illos. In ea re, inquit, agnoſcitur Deus omnium potentiſs. qua Aegyptij inſolenter egerunt cótra Iudæos, pœna ſcilicet talionis. Qui enim ſobolem Hebræorum ſubmergere fluuio conati ſunt, ij obruti pelago perierunt.

Exo.ca.19 *Eritis mihi populus acquiſitionis*, vel vt

THEN. alij, *populus in peculium*. Symmachus interpretatur *populus electus de omnibus*

genti-

gentibus, meus eſt enim orbis terrarum. Senſus idem eſt. Ait enim omnium conditor ſuum, omniumque dominus & ſeruator, vos tãtum mihi ſacraui in gentem ſanctã, regiũq; ſacerdotiũ, vos ritus legemq; docebo, quibus aliæ gentes non impertiuntur. Sicut enim Leuitas præ omnibus alijs tribubus ſacris miniſterijs honeſtauit, neque ob eam rem alios deſpexit, imò in horum gratiã illorum curã habuit, ita & Abrahæ ſemen elegit, primùm quia ex ijs oriturus erat, quantum ad corpus Ieſus Chriſtus. Deinde vt per ea, quæ conferret in illos, omnes homines edoceret ſuam potentiam cognitionemq; rerũ diuinarũ. Quæ omnia cum populus ille reſciſſet, omnes vno ore reſponderunt, quęcunque dixerit nobis Deus, faciamus. Hic percuſsit Iſrael fœdus cum Deo, atque ea vox ſcripti vim habuit, vnde promiſſo non ſtantes legis execrationib. addicebãtur, à quibus deinde fideles Dominus noſter vindicauit. Redemi, inquit, vos ab execratione legis factus pro vobis execratio.

Lauentq́; veſtimenta ſua. Quã ob cauſam nõ ſanctificari tãtũ in accipiẽda lege, ſed lauari etiã veſtes iubẽtur? per res corporis ad ea quæ ſunt ſpiritus deducebat, & Exo. ca. 19

religionẽ

religionẽ quandã ingerẽs reddebat cautiores. Poterãt enim ex ijs facile cõiectare multo magis animũ defecari oportere. Sed neq; aliã ob cauſam clãgores, tonitrua, nimb., ignis, fumuſq; verticẽ mõtis occupauerãt, q̃ vt lapidea illorũ corda emollirentur: nã cũ obduruiſſent in Aegypto, & à calamitatib. poſtremo Aegyptiorũ liberi penitus euaſiſſent, ne ſecuri ex omni parte dilaberẽtur in ſocordiã, tanquã filios perterrefacit, vt amare Deũ beneficia doceãt, ſupplicia ſimul & terrores cogant timere.

Exod. cap. 20. *Non habebis Deos alienos corã me.* Igitur qui trinitatis vnã eſſe ſubſtantiã cõfitẽtur legis diuinę vocẽ verẽtur & obſeruãt, aliud ſanè preter naturã illam diuinã colere & adorare nõ ferẽtes. At qui Arrij Eunomijq; veneno inficiũtur, aperte cõtra legem faciunt. Deum filium confitentur & adorant, quem tamen cũ creatum faciant & naturę nõ ſemper æternæ, alium iam Deum ſubintroducunt.

Exod. cap. 20. *Viſitans iniquitatẽ patrum in filios, &c.* Poſsit hoc iniuſtum videri. Sed minitari Dominus peiora ſolet, q̃ infligere prout

THEO. in ſacra hiſtoria videre eſt. Omnis, inquit incircũciſus ab octauo exterminabitur. Attamẽ pleriq; multos annos p̄ ſolitudi

nem

nẽ cum præputio egerũt quos Ioſue in Galgalis tandẽ fecit Apellas, nec minus familijs, quib. fermẽtũ eſſet grauiter minitatꝰ pepcit. Quod ſcripto ſtãdũ ſimpliciter nõ ſit, Deus ipſe liquido demõſtrat contraria cõſtitutione, nõ puniãtur, inqt filij p parẽtib., neq; p filijs parẽtes, ſed vnuſquiſq; in ſuo peccato peribit. Et in Ezechiel: Quid ĩ puerbio dictitatis, patres illorum cõederũt vuas immaturas, & dẽtes filiorũ obſtupuerũt? Quid ſi hęc verba maximã Dei beneuolẽtiã in homines cõteſtẽtur? Additur enim, *ijs q me oderũt*, quaſi dicat, tolerabo patres in me peccãtes, ferã etiam filios, qp ſi ad poſteros nequitia deriuabit, pœnas tandẽ irrogabo: Maiorũ verò pietas lõgè lateq; ſalutẽ poſteris cõciliabit, in milia nẽpe his qui me diligũt exẽpla facile occurrunt. Quinta generatiõe aſcẽderũt filij Iſralael ex Aegypto, nec quanq̃ ſupſtitionib. illorũ irretiti idololatriã exercerẽt, pœnas dederunt, nõ patres, nõ aui, at ipſos eandẽ impietatẽ imitatos grauiter plexit: vt q poſt tot tãtaq; Dei & miracula & beneficia p teruitatẽ illam retinerent: poſteri nihilominus Dominũ Deũ ſeruatorẽ agnoſcẽtes pmiſsis potiti ſunt ſuorũ maiorũ. Cùmque per Abrahæ ſemen gentis aliæ

in partem

in partem benedictionis acceſſerint, præſtitiſſe Deum videmus, quæ promiſerat olim Patriarchis.

Exo. ca. 20 *Deus zelotes tranſmittens iniquitatem parentum ad filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me.* Videtur

ACACIVS. hoc maxime pugnare cum ijs, quæ alibi ſanciuntur, non morientur filij pro patribus, neque fratres pro filijs. Sed id cum illo, quod apud Ezechielem legimus, patres comederunt omphaca & dentes filiorum obſtupuerunt. Verùm ſi diligentius hæc inter ſe conferantur, nulla occurret dubitatio. Primum, illud mihi cōmitte, qui parentum iniquitatem ad filios tranſmittit, cum illo, fruſtra percuſsi filios veſtros, diſciplinā non admiſiſtis. Quo loco de cōmuni hac morte intelligit, qui filios quandoq; addicit peccantiū parentum, non ad eorum vtique diſciplinam qui pereunt, ſed ad vlciſcēdos patres, vnde hoc in tertiam & quartam generationem protrahitur, ideſt quatenus hominibus producitur ætas, prout eſt in Iob: Et vidit filios ad quartam vſque generationem. Illud autem, *faciens miſericordias in millia*, animaduertendum, non filijs dixiſſe diligentium me, ſed ijs qui me diligūt, vbi infinitū appoſſuit tempus, quo liber

ex ijs

ex ijs carceribus noſter animus perpetua fruetur miſericordia Dei. Quantum verò ad illud, non morientur patres pro filijs. dicēdum quod legiſlator præſertim Deus alijs legem non ſibi præſcribit. Nō enim agitur ſecum, perinde cū hominibus, quorum cognitio, vix ea q̄ pręmanibus ſunt, dijudicat. Ipſe verò oīum ſolus etiam corda mortaliū intuens cauſas nouit, quãobrē alios perimat, qui peccaſſe nō credūtur, alios viuificat, ꝓut vult nullis extantibus meritis. Vnde non immerito dictū eſt. Iudicia Dei abyſſus multa. Cæterum de his quæ ſunt apud Ezecielem, ſentiēdum eſt, non de cōmuni morte intellexiſſe, ſed quam deo peccatores obeunt: de qua dicitur mors peccatorum peſsima. Si enim de hac communi vel vita vel morte vaticinaretur, cum alijs quæ alio loco dicuntur, non conueniret: vt quid autem impij viuunt? Genus præterea mortis, quo iuſti ſæpe conficiuntur ſententiam redderet abſurdiorem, alij ſiquidē lapidati ſunt, alij diſſecti, alij gladio perempti.

Deus fortis zelotes transmittens iniquitatem patrum in filios. Quaſi dicat. Idolatræ in Aegipto fuiſtis contagione eius regionis: nunc verò longius ab eo- Exo. ca. 20 DIOD.

rum ſuperſtitione ſeiuncti, ſi cultũ Dei rurſus transferetis ad creata, veſtrorũ parẽtum reatus ſuper induicã vobis, & eius cõtumaciæ dignas perſoluetis. nullus eſt vobis locus excuſationis, qui multus fuerat apud illos. Hoc igitur edictũ nõ vtique eſt vniuerſale, ſed ijs tantũ præſcribitur, qui ex Aegyptiorũ manib. vindicati beneficia Dei diſsimularent. Faciens aũt miſericordias in millia, pertinet ad omnes, qui Deũ venerãtur & amãt, ita, vt culpa parentũ redundet in filios eiuſdẽ criminis reos, miſericordia verò in filios eorũ, qui dilexerũt illum perinde ac patres, non deficiat.

Exod. cap. 20. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Sunt nonnulli qui dicant, idcirco nemo debet rebus inanib⁹ & vanis, qua-

THEO. lia ſunt Idola, imponere nomen Dei. Alij ſentiunt, hoc eos qui iureiurando fallunt, facere reos. Ego verò legem puto diuinam iubere, ne quis temere Dei appellatione abutatur, ſed docendo tantũ & orando, ſeu neceſsitate aliqua vrgente. Sunt enim qui in iocis, riſu, fabellis nulla habita ratione Dei, à tanto nomine non abſtineant. Nam ſi tu veſtes purpureas non temerè induis, ſed ad ſolennes pompas reſeruas, quanto magis diuinũ

nomẽ

nomen ſolis mihi precibus & doctrinis dedicabis?

Memento diem Sabbati ſanctifices. Quã obrem ſabbatum quiete nobilitauit? humanitatis laude populum inſignire voluit. Sequitur enim, *vt requieſcat ſeruus, ancilla, bos.* Sed cur ſabbato potius quàm alio die? Ne tu mihi, quæ nonnulli dictitant nebulones, Moſen eadem, quæ de Saturno dicuntur, præcepiſſe populo, & circumſectionem & ſabbati diem, quanquam ſi in alium diem hoc tranſtuliſſet, eandem maleuolis anſam calumniæ dediſſet. nullus eſt dies, quẽ non Dæmonum appellatione compellent, ſed ſaturni diſſectio fuit non circumciſio: & habet ſabbatum apud nos peculiares cauſas ſuæ quietis. Cùm enim ſex diebus cũcta DEVS perfeciſſet, ſeptimæ quietus benedixit, & à rebus profanis longius abſcedere voluit. Exod. cap. 20.

Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & ſonitum buccinæ, montemq; fumantem. Notandum, Scripturã indifferẽter accipere munia hęc ſenſuũ viſũq; ponere pro auditu. Viſus em̃ cũ princeps ſit aliorũ facile omnib. accõmodat. Exod. cap. 20. CYRIL.

vide vnguentum, ideſt olfacito. At voces dixit numero multitudinis alteram ſcilicet Dei, alteram tubarum.

Exo.ca.20. *Videbat voces.* In lingua Hebraica appræhenſio vnius ſenſus attribuitur alij, vt illud in Geneſi planè demonſtrat: Videte verbum Domini, ideſt, audite. Item: Vide te odorem filij mei, ideſt, olfacite. Quo etiam modo dictum eſt: Omnis populus videbat voces. licet huiuſmodi ſtatus viſio eſſet prophetiæ ſicut apud noſtros manifeſtum eſt.

RAB. MOS.

Exo.ca.20. *Quod ſi mihi erexeris altare, ſectos lapides non adſtruas. Tuum enim cultrum adhibuiſti ſuper ipſum, & pollutum eſt.* Atqui ferro, auro, argento & ære vſos fuiſſe architectos tabernaculi, nullus eſt, qui dubitet, neque ideò columnas cedrinas, vaſaque & arcam prophanarunt. Sed & ipſi ſacer dotes ad diſſecandas victimas cultris impunè vtuntur. Quid igitur ſi ferrum cæte ra non polluebat, ſectos lapides redderet execrabiles? Alia nimirum ex alijs pendet, nam mox cùm Iſrael annos quadraginta per ſolitudines diuerſoria permutaſſet, idem præcepit, ne de lapide ſibi quadrato aras ſubſtruerent, ne quà aliæ de proximo gentes dęmonum ſacrificia operarētur in eis, ſed ex congeſta humo, aut natiuo

THEO.

tiuo lapide erigerentur, vt peractis ſacris demoliri facilè poſſent. Nam poſtea ædificato templo lex vetat oblationes, & aras ſimul tollit, in quibus oblationes imponebantur. Magnus igitur Helias ille coactus ad deteſtandos impios facere in carmelo, lapides duodecim pro tribuum numero conſtruxit, ſacriſque peractis deturbauit altare, ne quis eius regionis idololatra eo poſſet abuti.

Non aſcendes per gradus ad altare meũ, ne reueletur turpitudo mea. Cultus idolorũ, qui uocabatur Pahor, exigebat, vt in operando homo pudẽda contra idolum detegeret. Ad amouendam igitur omnem huiuſmodi abhominationem, præcepit DEVS ſacerdotibus ſuis; vt in peragẽdis ſacris vterentur fœmoralibus, neq; per gradus aſcenderent ad aram. Exo. ca. 20. RAB. MOS.

Offerat eum Dominus Diis. Deos appellat iudices, quibus ad ſimilitudinẽ Dei totius naturæ iudicia mortalium creduntur. Id certius Propheta demonſtrat: Deus, inquit, ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat. Itemq; ambitionem illorum redarguẽs, ait: Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes, vos autẽ ſicut homines moriemini. Exo. ca. 21. THEO.

Perforabitq; aurẽ eius ſubula. Quid hoc? vt liber- Exo. ca. 21.

vt libertatem moneat rebus omnibus anteponendam. Qui igitur nullo libertatis deſiderio afficitur, & ſeruire malit quã iuris eſſe ſui, hanc dedecoris notam ſubire iubet in ea præſertim corporis parte, quæ dicto audire velit. Merito etiam ad poſtes applicatur, vt intelligat, ne limen quidem egredi inuito Domino licere.

Exo. ca. 21. *Et erit illi ſeruus in ſeculum.* Si ætas hominis paucis annis abſoluitur, quare adiunxit, *in ſeculũ*? Quia apud ſacras literas ſeculum non tempus ſemper infinitum denotat, ſed quandoque finitum. Dauid enim ſeculũ, inquit, noſtrũ in illuminatione vultus tui: de vita hac humana loquens. Sunt qui ad iubileum referant, ſiue illud in proximo ſit, ſiue longius abſit.

Exo. ca. 21. *Cõſtituam tibi locũ, in quem fugere debeat.* Cur ſi quis inuitus aliquem occiderit, ſolum cogitur commutare? vt alios à qualibet cæde deterreat: nam ſi fortuita ſubiacet pœnæ, multo magis quæ conſulto committitur. Ad hæc cautiores reddit eos, qui materias lapideſue cedunt, fabros denique omnes, ne quid in prætereuntes temere deijciant. Indignatio præterea cognatorũ interfecti hominis exilio homicidæ reprimitur, neque alia cauſa eſt, quãobrẽ cornupetã bouem iubeat

inter-

interfici,volẽs p̄ animalia quoq; rationis expertia docere homines,quã ſit deſtanda cædes.

*Quinq; boues pro vno boue reſtituet.*Quam obrẽ qui bouem abegerit quincupli dãnatur,qui vero abſtulerit ouem quadrupli?quò pluris eſt furtũ,tantò maior debet eſſe ratio mulctæ. Neq; aliter Dñs ipſe docet.Cui plus,inquit,dabitur,plus exigetur ab eo. Præterea in furto bouis, non damnum expenditur tantum in iumento,ſed in agro etiam non culto. Exo.ca.22 THEO.

*Carnem,quæ fuerit à beſtijs,&c.*Quã ob cauſam?vt vitã viuere doceat quæ cũ ratione cõueniat procul ab omni feritate, ita,vt inimicorũ quoq; rebus conſulat,ſi bouẽ,inq t,errabũdũ inueneris tui inimici,domũ illi deducito, huiusmodi officiis cõciliationi ſtudet:vt nulli dubium ſit, quin vnus idemq; fuerit is,qui veterẽ legẽ tulerit,& q euãgeliũm p̄mulgauerit. Exod. cap. 22

*Nõ apparebis in cõſpectu meo vacuus.*Precatur⁹ igitur Deũ,quæ poſsis munera offeres.ſi fueris diues p̄ccs cũ eleemoſyna, ſin pauper victitas,animus virtutis diues ſua Deo munera innócentiæ ferat. Exo.ca.23.

*Meſsis primitiuorum operis tui quæcunq; ſeminaueris & ſolennitatem quoque in exitu anni, quãdo &c.*Altera dicitur Pẽtecoſtes alte- Exo.ca.23.

eſt, altera ſunt ſcenopegia. Ter igitur in anno apparebit omne maſculum coram Domino, id eſt, in feſto Paſchali, in die Pentecoſtes, & in ſcenopegijs, id eſt cũ figuntur tabernacula. Paſcha ſiquidem memoriam quotannis inſtaurabat profectionis imò fugæ ex Aegypto, & vindicatæ libertatis. Pentecoſte aduentum paſsionemque promiſſæ regionis recolebat, quando iam de ſegetibus primas offerebãt. Nam quamdiu per ſolitudines euagabãtur, nullas fruges cõcedebãt. Scenopegia verò tẽpus illud denotat, quãdo in eremo ſub tẽtorijs annis quadraginta degerũt. In his igitur ſolẽnib. feſtis cõuenire populũ voluit in templũ, vt Dei erga ſe beneficiorũ memores cõcordiã nter ſe & amicitiæ iura ſeruarent.

Exod. cap. 23. *Non immolabis ſuper fermentũ ſanguinẽ victimæ tuæ, nec remanebit adeps ſolẽnitatis tuæ vſq; ad manè*. Azymos panes impone bant in ara, fermentatos verò nequaquã à ſenſu demoſtrans qualis debeat eſſe animus. Nam cũ panis azymus ſimplex ſit, lex potiſsimum monet, ne quis duplici animo veniat ad arã, id quod Dominus etiã diſcipulis ſuis precepit: Cauete à fer mẽto Phariſæorũ. Spectat etiã illud, ne quid in ſacris diſciplinæ Aegyptiacę populus admiſceret. *Non*

Non immolabis ſuper fermentum ſanguinẽ victimæ tuæ. Id eſt nihil fermentati ſuper hoſtiam adhibebis. Quæcunque offerũtur azyma eſſe oportet. Et ſanguis ſacrorum cum animæ ſit indiciũ illius quę Deo mactatur, cum re prophana commiſceri nõ debet. Adipes autem eodem die iubet abſumi, ne deſit ſacræ materia flammæ. Exo. ca. 22 PHIL.

Non coques agnum in lacte matris ſuæ. Sæpe numero à nobis dictum eſt, legem in omnibus rebus humanitatem conciliare. Sunt igitur qui ſentiant, legem hîc ꝓhibere eſum earum animantium, quæ recens prodierint in lucem. Alij, non eſſe materno lacte condiendas. ita enim & matrem quodãmodo videntur coquere, quibus maximè cauit legiſlator. Nã & ij, qui auiculas in nido depræhendunt, iubentur matrem dimittere, alioqui per illum non ſtaret, quin volucrum genus intereat. Exo. ca. 22 THEO.

Non coques agnum in lacte matris ſuæ. Cũ enim ſit animal adhuc imperfectũ, ſacris non eſt idoneum, Deo igitur ingratum. Symmachus exponit, non parabis hedum per lac matris eius. Exo. ca. 22 CYRIL.

Numerũ dierum tuorum explebo. De præſcripta loquitur hominibus vita, perinde Exo. ca 22. THEO.

 ac ſi

ac ſi diceret, longa ſenectute frueris.

Exo.ca.22. *Numerum dierum tuorum explebo.* Ideſt

DIOD. in ſeniū te placidū deducā. Sicut enim intēpeſtiuas mortes ijs, qui legē detrectāt, minitatur: ita & obedientib. vitæ diuturnitatē pollicetur: neq; enim dies vlla hominib. prçſcribitur, alioqui nō augeretur ꝓ meritis minueretúrue. Nā ſi quemadmodū immobilis lex eſt, vt nullū non animal morti debeatur, ita foret prçfixū, quo tēpore moriendū ſit, neq; iuſto viro ſua merita prorogaret æuū, neq; iniuſtis culpa cōtraheret. Adhæc ſi propter delicta morti ſæpenumero addicitur homo, ſicuti diluuiū oſtendit, euerſioq; Sodomorū, & Pharaonis interitus: necnō quēadmodū teſtatur Apoſtolus. Idcirco, inquit, multi inter vos infirmi & dormiūt multi, ſi rurſus de mortis faucib. plures erepti grates Deo egerūt, quis eſt vitę certus præſcriptuſue finis? Si de nōnullorū ſentētia vitę modus certus eſt nobis à Deo, nimirū infantes ipſi, qui in vtero matris ſuffocātur, talē à Deo terminū vitæ reportarūt, nōne potius veneficus erit in culpa? quid, ſi veneficus ideo ſuſpēdatur, Deus in cauſa? quid hoc abſurdius aut magis impium? quod autē à Dauid in libro de Regib. dicitur: Si non ve

nerit dies

nerit dies eius. Et in Pſalmis: Paucitatem dierũ meorũ nuncia mihi: nullũ preſcriptũ tẽpus deſignat, ſed quo quiſq; defungitur & ſi Deũ nõ lateat. Si quis in hanc ſentẽtiam nõ diſcedit, videat is, qua ratione tueatur illud Dauidicũ de omnibus paſsim hominib.: Dies annorum noſtrorũ LXX anni, in principatu verò octoginta. Nam multi ſunt, qui ne mẽſem quidẽ, aut annũ expleãt, multi etiã prædictos fines tranſcendũt. Finis igitur vitæ nullus deſtinatur in his verbis, ſed quia paucos videmus ex humano genere ad ſeptuageſimũ annum vitã protrahere, imbecillitatẽ noſtrã ſimul & breuitatẽ hui9 vitæ taxare voluit. Quum igitur apud ſacrã hiſtoriã legimus, ſi nõ venerit dies eius & ne me deducas in dimidium dierũ meorum, nõ ſtatum aliquem terminum vitæ intelligimus, ſed qui à Deo tantum prouiſuſit. Si verò quod Deus prouidet, id præſcriptum eſt, & Adæ culpam caſumque diaboli præſcripſit: præſcribitque quotidie cædes, & quæcunque flagitia patrantur. Quo quid poteſt eſſe indignius?

Et immittam crabrones ante te. Qui ramos & inſecta congeſsit in Aegyptios, is in Chananæos crabrões irritare ꝓmittit, vt hac ra- Exod. cap. 23. THEO.

vt hac ratione incredibilem Dei potentiam agnoſcamus. Qui tantulis aculeis hoſtes ſuos debellat. teſtatur id etiã Dauid: Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet in nihilo inimicos eius humiliaſſem.

DIODO. Per crabrones, non genus illud inſectorum irritat contra gẽtes infeſtas, ſed ſub exili nota maxima quæque præſidia pronũciat. Philo etiam Hebræus crabrones ſymbolum eius ſubſidij gerere teſtatur, quod à Deo inopinum proficiſcatur, & ab alto ſtringens aures certum faciat ictum. Alij dicunt allegoricè per crabrones Angelos accipi exitiales, qui Iſraelis partes tuerentur.

Exo. ca. 23. *Ponam autem terminos tuos à mari rubro vſque ad mare Palæſthinorum, & à deſerto*

THEOD. *vſque ad flunium*. Quamobrem Deus cum pollicitus ſit ad Euphrate vſq; propagare fines eorum, promiſſo non ſtetit? Facit nos huius rei per Hierimiam certiores: Finem, inquit, loquar in gentem & in regnum. Et ſi gens illa male ſe gerat, non afferam illi bona, quæ locutus ſum. Introduxit igitur Iſraelẽ Deus in regiones & in agros quos pollicitus fuerat, vbi quia legem ſuam poſtergauit, manum benignitatis contraxit, reliquiasque barbarum gentium populi ſui, fines infeſtare per-

re permiſit, vt in periculis opem diuinam implorarent, quam in ſecuritate mortale ingenium facile obliuiſcitur, quos tamẽ Dauidis imperio ſubiecit, cui & alienigenæ tributa pependerunt. Nec eo minus Solomoni imperium fuit, quamdiu pietatem coluit. Simul vero deſciuit à Deo, deſciuerunt & populi, quos Deus daturum promiſerat ijs, qui legis præcepta non detrectaſſent.

Aſſumensq; volumen fœderis legit audiente populo. Omnia verba, quę ex eo loco: ego ſum Dominus Deus tuus, vſque eo. Si ſeruieris Dijs eorum, erunt tibi ſcãdalum, intercedunt: fœdus eſt ſiue teſtamẽtum. Quod Moyſes in codice iubente Deo exarauit. Vidésne legem deſiderare ſanguinis aſperſionẽ: per ſe enim imperfecta, per ſanguinem poſtremo Chriſti conſummata eſt. Exod. cap. 24. CYRIL.

Sub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphyrini, & quaſi cœlum cum ſerenum eſt. Cum Iſraelitæ coluiſſent in Aegypto res creatas pro conditore, cælumque appellarent Deum, non abs re Dominus omnium, ſub pedibus viſus eſt illis habere cœlum, vt monerentur omnia illius ditioni ſubijci, & ipſius eſſe cœli conditorem & Dominum. Exod cap. 24.

Exod.cap. 24. *Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filijs Iſrael,miſit manum ſuam,videruntq́; Deum vt comederũt,& biberũt.* Ideſt,ſeptuaginta

SEVER. illi principes,qui de caſtris acceſſerant ad Dominum,tantũ abfuit,vt videntes Dominum morerentur,vt iiſdem pariter naturę munijs fungerentur.

Aſcende ad me in mõte, & eſto ibi:dabitq́;

Exo.ca.24. *tibi tabulas lapideas,et legẽ,ac mãdata,quæ ſcripſi,vt doceas eos.* Nõ in monte tantum, quem iam aſcẽderat,ſed ad me,inquit,vt ſublimiorẽ adhuc quã cæteris aſcenſum proponat ijs,qui accedere velint ad Deum. Id non cuiuſuis eſt,nec ex quolibet loco conceditur:Sed nec tabulas ſimplices pollicetur, ſed lapideas, nec quales, iam Moyſes deſcripſerat:ſed quæ digito Dei ſcribendæ erant: Nempe Euangelium cõtra iniurias omnes communitum, ſtabile.

Exod.cap. 24 *Et fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Nam primis ſex diebus

CYRIL. Moſes cum per viſiones accepiſſet myſterium conditi orbis, & quo quamque diem Deus inſignem feciſſet, omnia ſuo ordine in hos commẽtarios iubẽte Deo retuliſſe dicitur.

Exod.cap. 25. *Hæc ſunt autem quæ accipere debetis, Aurum,& æs,&c.* Quamobrem Deus taber-

THEO. naculum

naculũ ſibi faciundũ curauit. Paulò pòſt enarrat. *Et facies mihi ſanctuariũ, & apparebo vobis.* Nam ſicut illos iuſsit, ſimul in promiſſas ſedes veniſſent, templũ ſibi cõdere, vbi operarentur, ñe temerè ſacrificãtes in malas Dæmonũ ſuperſtitiones, impietatemq; dilaberentur, ita dum per deſerta caſtra metarentur, voluit erigi ſibi tabernaculũ, quod vnà cũ agmine aſportaretur, quo certus illis eſſet Sacrorũ locus, Secretus ab aliorum ritibus, vbi vota perſoluerent: atq; hoc neceſſarium fuit, adeò procliues erant, de quacunque occaſione Deos alienos introducere: vix Moſes menſem abſuerat, atque ſibi vitulum de more Aegyptiorũ conflauerant. Tabernaculum igitur ad ſimilitudinem orbis fabrifactũ eſt. Nã De⁹ cùm inter cœlum & terrã mediũ extendiſſet firmamentũ ſuperiora dirimẽs ab inferioribus. ita & tabernaculũ medio velo diſtinxit & inferiorẽ partẽ appellauit ſancta, ſuperiorẽ, ſancta ſanctorũ. Et queadmodũ cecinit Dauid: cœlũ cœli Domino, terrãauté dedit hominibus: Sic quæ loca citra velum continebãtur, ſacerdotibus peruia erant; quæ vero intercludebãtur velo adyta erant, neq; tractari videriq; poterant, niſi à Põtifice maximo, atq; id ſemel in anno.

Illic

Illic Cherubinorum ſimulachra cernebantur incorporearum exemplaria virtutum. Media ſtabat arca, in qua tabulæ legis, manna, virga Aaronis ſeruabãtur: hęc propiciatorium ſuſtinebat alis Cherubinorum protectum. Locus hic erat numine ipſius Dei terribilis & propria illius veluti ſedes ſtatioque. Cùm enim natura illa diuina nulla ſpecie formáue deſcribi, ſed neque capi humana mẽte poſsit, ſymbola ſaltem nonnulla ſuæ potentiæ in adytis reponi voluit, quæque ſua erga Iſraelem maxima beneficia præ ſe ferrent. Tabulæ ſiquidem promulgationem legis memorabãt. Virga ſacerdotiũ. Manna cibum in deſerto paratum ſine piſtrino. De propiciatorio autem reddebãtur oracla. Quia igitur omnia hęc typus erãt cœleſtium rerum, ſancta ſanctorum vocabantur. Huius rei teſtis eſt Apoſtolus: Non em̃ inqt, in manufacta ſancta Chriſtus introijt, verorum exemplaria, ſed in ipſum cœlum. Deinde cum de ſpe diſſereret, ait: Quàm velut ancorã habeamus firmam, & quæ penetrauit intra velum, quo prodromus ingreſſus eſt Ieſus factus ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Quæ verò ante velum occurrebant, cum terrenorum ferrent exemplar,

plar, quotidie ſacerdotibus patebāt. Hic ſtabat auſtrum verſus candelabrum ſeptem velut caulibus pullulans totidem lucernis ſuper impoſitis, dies hebdomadæ ſuo numero denotantibus. Ad boreā poſita erat aurea menſa, in qua duodecim panes proponebātur, & aureas phialas thure, ſaleque plenas. Inter menſam candelabrumque medius erat aureus foculus, omnia hæc fructus, quos de terra colligūt homines, ſignificabant. Pro foribus tabernaculi æneum adſtabat altare ad ſacras oblationes excipiendas: nec abs re foris poſitum erat, vt hæc ſacra tā quam ſuperuacanea & aliena à cultu veri Dei cenſerentur. Permittebantur autem, tum ad Iudęorum imbecillitatem ſuſtinendam, tum propter illorum ingenium adeo procliue ad Idololatriā. nobis verò creditum eſt tabernaculi miniſterium & quicquid ſub tabernaculo tenebatur. Suffitus enim & lumen myſticumque ſacrę menſæ panem offerimus. Quod autem longitudo tabernaculi tēderet ad cubitos triginta, latitudo decē pateret, facile colligitur. Viginti ſiquidem aſſeres partem vallabant auſtralem, totidemque borealem, eiuſmodi aſſeres à nōnullis columnæ vocantur, quarum

ſingulæ ſexquicubitales erant. Rurſus paries ad occiduum ſolem ſex coagmentabatur aſſeribus eiuſdem menſuræ, quibus cum duæ angulares cõnecterentur, ſpacium duodecim cubitorum continebant, quanquam interna latitudo decem cubitis contenta erat, reliqui duo in lateribus totius armoniam conſtruebant. At verò fores ad orientem plagam patere voluit, vt exoriens ſol ſuis radijs veſtibulum illuſtrãs tabernaculum adornare videretur. Et qui ſacra peragerent auerſi non ſolem, ſed ſolis autorem venerarentur. Contignatio igitur quædam erat tabernaculum ex tabulis vndique affabre cõpactis ſuper argenteas baſes. In capitulis item argẽteis culmen innitebatur varijs depictum coloribus ad imaginem quatuor elementorum, nam color cęruleus & hyacinthinus aëra referebat. Coccineus repræſentabat ignem, purpureus aquam, biſſus poſtremò terram, vndę prouenit. Prætegebatur etiam tectum variegatis villoſiſque pellibus ad arcendas tempeſtatum iniurias. Nec minus & ſacerdotes magnificè exornatos voluit, vt populo religionem incuterent, ipſi monerentur quanto ſit

animus

146

animus apparatu decorandus multiplicique virtute. Ad oram talaris tunicæ tintinnabula, malaque granata ſuſpendi iuſsit, vt in adytum Pontifex ingrediens ex eo ſonitu expergefactus ſumma cum reuerentia operaretur: atque ob eam rem tunica hyacintina erat & coloris aërij, vt in eam intuens animum ad ſuperiora leuaret. Erat cidaris impoſita capiti ſiue pileus, cœlum denotans. Velabat tænia frontem, quam ſeptuaginta mitram dixerunt, in cuius vmbiculo aurea lamina extabat, eo nomine Dei inſignis, quod enunciari non poterat, tetragrammaton vocant. Cuius rei quò maiorem reuerentiam religionemque commoueret, inſcribes, inquit, in ea ſanctum Domini. voluit etiã Põtifices ſuper alias veſtes gerere ſuperhumerale indumẽtũ, ab illis Ephot appellatũ: cui ex vtroq; humero fulgebãt lapilli maximi precij, in quibus nomina duodecim tribuũ inſcripta erãt. Ad pectus verò, quod rationale dicũt, prętendebatur, cordis rationiſq; ſedem defendens, lapillis duodecim diſtinctũ verſicoloribus: qui bellorũ euentus portendebant, quomodo Regũ hiſtoria docet: Applica, inqt, Saul, Ephot:

ex quo cognita victoria duxit in hoſtes. Et Dominus ait: Propterea impones rationale iudicij ad pectus Aaron. Et paulò pòſt: Et impones illi demonſtrationem & veritatem. Quo loco demonſtrationem pro ſignis accepit, quæ illic apparebant, veritatem verò ad certum illorum euentum retulit. Cæterùm in his omnibus animaduertendum, quod cum homines eius temporis apud Hebræos craſsioris eſſent ingenij ita, vt quæ ſunt ſpiritus, percipere non poſſent, paulatim Deus per ea, quæ videntur ad ſalutem & ad veram cognitionem deducebat. At nos per rationale, contemplationem intelligimus eorum, quæ ſola mente videntur. Per humerale verò accipimus virtutis operationem. Cõtextus autẽ & harmonia rationalis cum humerali fidei coniunctionem denotat cum honeſta actione. Quod autem ſuperhumerale prius induatur, quàm rationale applicetur, recte facta dicimus baſim eſſe ſpeculationis.

DIOD. Scena ſiue tabernaculum, imago erat & quidem modulus totius orbis: nec alia ſedes, quoties apud homines eſſe DEVS non dedignaretur decentior tanto numini poterat excogitari, quæ

typum

typum gereret omniū rerū, vt omnibus gētb⁹ innoteſceret, illum eſſe apud Hebræos DEVM, qui non tabulis æréue alicuius artificis indigeret, ſed qui, prout omnium Domino conuenit, in modulo totius orbis appareret. Anguſtū-que ac breue illud opus tabernaculi, maximū illud anguſtūque cœli templū anno colentium repræſentaret.

Menſa, in qua panes proponebantur, ſymbolum erat orbis, totius anni quatuor diſcreti tempeſtatibus, hyeme, vere, æſtate, & autumno, vnde fructuum copia ſuppeditatur. Candelabrum autem ſeptemplici lumine fulgens, dies ſignabat hebdomadæ. Atque hæc in prima parte ipſius ſcenæ: in ſecunda erat arca teſtamenti, quæ curam DEI erga populum cognitionéque conteſtabatur. Tabulæ & virga ſimul Iſraelem admonebant, DEVM in legis pręceptis & in obſequio ſacerdotij colendum eſſe. Manna in monumentū eius temporis ſeruabatur, quo illi à Deo eruditi per deſerta alimento cœleſti fruebātur. Acerra aurea arguebat, gratū eſſe ſummopere Deo virtutis ſuffitum. Aurum fulgebat vbique, vt ſtudium erga Deum omnibus alijs rebus anteſe- THEO.

rĕdum admonerentur. Per Cherubim, quæ omnibus iis imminebant, naturam percipimus miniſtrantiū Deo, quę viſum noſtrum fugiat. Nec mirum ſi ex eo loco redderentur oracla : ſolet enim Deus per eiuſmodi miniſtros atq; legatos exequi cuncta, quæ ad vtilitatem ſpectent animorum noſtrorum.

GENNA. Candelabrum, puto, ſydera, quæ videntur in cœlo, denotat. Menſa eſt ipſa terra. Panis propoſitionis fructus qui de terra ſubmittuntur: hæc in prima ſcena, quæ ſancta dicebatur. At verò poſt ſecundum velum, qui locus ſancta ſanctorum vocabatur, repoſita erat aurea illa acerra, aliaque deinceps, in ſimilitudinem futuri ſtatus perinde ac prima illa præſentem rerum conditionem ſignificabant. qui quam ſit iucundus ac gratus monſtrabat acetra. Manna cœleſtem cibum ſpiritusque ambroſiam indicabat. Quod ſacerdotium ad faſtigium promoueri dolebat, Aaronis virga quæ pullulauerat, innuebat : tabulæ fœderis, nouum fœdus in tabulis noſtri cordi exaratum præſcribebant. Quod autem in omnibus aurum coruſcaret, futura declarabat

rabat præſentibus fore longè præſtantiora. Propiciatorium, quod velut arcæ operculum erat ex aurea lamina, appellabatur, quod DEVS propicius factus ex eo reſponſa daret. Inſuper duo Cherubim ſuſpenſa ſolium diuini numinis præſignabant adumbrans propiciatorium, vnde præſentia Dei propicia putabatur.

Nomen illud myſticum quod vocant tetragrammaton, quo tantum muniebantur illi, quibus adytum peruium erat, ſonat Iehouah, quod interpretantur, qui eſt, & qui erit, candelabrum verò quod ad auſtrale plagam adſtabat altaris, ſeptem planetas referebat, qui per meridianam regionem circumagi nobis videntur, cui terni vtrinque rami conſurgunt, quoniam ſol quaſi candelabrum mundi medius inter alios planetas diuina ſapientia libratus ſua luce ſuperiores illuſtrat & inferiores. Ad alteram partem ipſius aræ poſita erat menſa, in qua panes proponebantur, quod ex ea parte cœli flatus nobis vitales & almi adſpirent. CLEM.

Septem in candelabro lucernæ ad IOSEPH.

imaginem accendebantur planetarum. Duodecim vero propoſiti panes Zodiacum circulum & anni ambitum denotabant. Foculus vero vbi ſuffitus adolebant è mari ſubuectos, vtrunq; ſignificabāt elementū, quod incolitur, quodque habitari non poteſt: ſiquidem nihil eſt non Dei. Quod autem tabernaculi intimum erat velo ſimiliter obtendebatur, ſecretum penitus & inacceſſum omnibus neque cuiuſquā oculis patēs, quo ſane nihil inferri licebat. Appellabatur autem ſancta ſanctorum.

Exo. ca.27 *Loquere filijs Iſrael, vt tollant in primitias.* Cum iuſſiſſet Iſrael Deus vt ab Aegyptiis aurum, argentum, veſtes exigerent in mercedem diuturnæ ſeruitutis: non immerito primitias appellauit, quęcunque ex ijs offerri voluit, quæ ſe autore ſuſtulerant.

CYRILL.

SEVER. Arca è ligno compacta quæ cariem non admittit, auroque contacta, & quæ maxima erga populum beneficia ſeruabat, operta propiciatoria, typus nimirum eſt & diuinitatis & humanitatis D. noſtri I. Chriſti. Qui cū pfectus ſit Deꝰ & homo eā tamē carnē aſſumpſit, q̄ putredini obnoxia non fuit: & gratia plenus propicium reddidit hominibus Deum & patrē.

Panes

Panes autem in rationali iudicij, doctrinā & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino. Exod. cap. 28. Recte inquit, impones, nō autem facies perinde ac de alijs iubetur. Non enim hęc pertinent ad artificium aliquod: ſed neque Dominus admonuit, quibus doctrina hæc & veritas conficienda erant. Artifex etiam ipſe paulò pòſt cum vniuerſum opus abſoluiſſet rationalis, nullam aut doctrinam aut veritatem impoſuit. Quid igitur hęc? intelligentiam puto, cognitionemque ſignificare, qua ſummus Pontifex ex eo indumento cœlitus afflabatur à ſpiritu ſancto procedentem. Quo ſanè munere neque illi apud nos defraudantur, qui rationis vtuntur ornamētis. Illuſtrati ſiquidem à ſpiritu ſancto veritatem cognoſcunt, quæ non procul eſt à nobis quamdiu viuimus inſontes. Extruditur enim à peccatis & longius abigitur. Vnde Eſaias. Sed peccata noſtra intercedūt inter nos & Deum. In qua ſententia Ieſus ſuis dicebat diſcipulis. Regnū Dei in vobis eſt. Quaſi dicat, penes vos eſt veritatem cognoſcere velle.

Siclus, ſumma erat Drachmarum quatuor aurearum, et Sicli vinginti quinquelibra conficiebant.

terquam formis animalium. Fabricatur & arca Deo, è duriori materia, & quæ non putreſceret. Hieronymia vocatur à nobis, longa palmos non amplius quinque, lata altaque ternos vndecũque intus foriſque tota auro contecta ita, vt ſpecies nulla ligni appareret. In vtroque verò longiore pariete bini aurei anuli prominebant, in quibus aurata haſtilia inſererentur, à ſacerdotibus facile geſtari poſſet: neque enim iumentis imponere fas erat. Operculo eius duo adhęrebãt ſimulachra, Cherubin appellãt Hebręi. Animalia ſunt illa quidẽ volucria, neq; vllis ſimilia formis, quę videãtur à nobis. Moſes aũt ea dixit in throno Dei cõformata vidiſſe. In hac igitur arca duas illas tabulas, in quibus decem præcepta fuerunt inſcripta, quina ſcilicet in ſingulis, in fronte verò reliqua, repoſuit, eamque in adyto collocauit. In templo verò menſam erexit longam cubitos duos, vnum verò latam. Tres palmi altitudinem adæquabant, in qua ad Boream vergentem duodecim panes azymi, ſeni dextra ſiniſtraque coaceruabantur è ſiligine, duorum aſſariorũ, quæ menſura apud Hebræos cotylas ſeptem atticas capit. ſuper adſtabant

adſtabant aureæ phialæ duæ thuris plenæ. Panes ſeptimo quoque die inſtaurabantur, ſabbato ſcilicet: Ita enim ſeptimus dies appellatur à nobis. Contra menſam haud longè ab eo pariete, qui eſt ad meridiem, ſtabat candelabrum aureis fiſtulis conflatum pondo centũ, quod cinchares ab Hebræis, à Græcis talentum dicitur. Hoc inter & menſam media erat Acerra ſiue thuribulum ad ſuffitus, lingneum illud quidem, ſed ærea lamina incruſtatum, cui aureus foculus ſuper adſtabat. Ante ſcenam (ſiue tabernaculum appellare mauis) erat ara, hæc etiam è materia fabrefacta, ſed æreis ſquamis præmunita. Cuius vnumquodque latus quini cubiti metiebantur, reti quidem haud diſsimile. Ponebantur hic gutturnia vini, phialaſque cũ mortariolis pateriſque & quæcunque pertinent ad rem ſacram, aurea omnia. Elaborãtur præterea ſacerdotibus ſtolæ quas vocant Chananęas. Seorſum verò Põtifici Arabarchẽ cognominata, quod ſtolam Pontificiam ſignificat adhoc tunica etiam talaris Merin Hebraice. ad infimum eius limbum fimbria aſſuebatur, vnde mala punica, aureaq; tintinnabula pendebãt ita, vt inter bina tintinnabu

lareni-

la renideret malum granatum, alterniſque tintinnabulum á binis punicis malis acciperetur. Erat inſuper tertiũ indumẽtum, Ephod appellant. habebat hoc, in qua parte vacaret ornatus, ſegmentum dodrantale auro nec minus ijſque coloribus, quibus Ephod illuſtrabatur, arridens. Eſſenem dicitur à nobis, Græci logion, id eſt rationale dicunt. Adnectebatur ſuperhumerale duplici ſardonice ſecundum humeros. Hic nomina filiorum Iacob inſcripta viſebantur noſtrate charactere, in ſenis vtrinque lapillis, ſeniores in dextro humero. Eſſene enim duodecim gemmis inſignitur pondere ſpecieque præſtantibus: quæ per ſeriem ternæ ſcilicet in quaternis diſpoſitæ lineis opere textili connectebantur. Et primum quidem ternarium exarat ſardonix, topazius, ſmaragdus. Secundus carbunculum habet, Iaſpin & Sapphyrũ. in tertio ligirus eſt, amethiſtes & achates. Quartum occupat chryſolithus, onyx, berillus. in quibus (vt dicebamus) inciſi ſunt ex liberis Iacob, quos dicimus eſſe Phylarchas ea videlicet ſerie, qua fuerant ęditi in lucem. Sed & zona aſſuitur Eſſene coloribus & auro fulgens, quæ in ſuo ambitu per commiſſuram religata

concharum ſanguine purpureæ veſtes inficiantur. Aëra hiacynthus declarabat, cocco exprimebatur ignis. Sed & Pontificis tunica terram quoque indicat, ex lino ſiquidem deducitur. hiacynthus porrò cœlum, ita per mala punica referēs fulgetra, vt tonitrua ex tintinnabulorum ſonitu. Hec minus Ephod vniuerſi naturam exhibet, quę ex quatuor eſt elementis à Deo condita, auro præterea intexta ad nitorem, qui in rebus emicat, oſtendendum. Quin & Eſſene de medio Ephod appendit, qualis terra centrum totius orbis occupans. Zona vero circumpoſita, quid aliud arguit quam oceanum? Duo illi Sardoniches ſolis & lunæ ſymbolum gerunt. Duodecim lapillis, ſi quis menſes accomodat, vel planetarum domicilia, Zodiacū Gręci appellāt, haud quaquā ab illius propoſito aberrabit. Et pileus quidē videtur mihi cœlū innuere ex hiacintho cōtextus geſtans præſertim Inſcriptum Dei maximi nomen in aurea corona præfulgēs, propterea quod totū ſplendeat diuinum numē in luce diuina.

Scena in medijs caſtris figebatur, ternis tribub. ad ſingula eius latera prætēdentibus. Primi circa tabernaculū Sacerdotes, ꝓximi Leuitę, ipſi etiam in cenſum relati. IDEM paulò pòſt

Quam-

Quamdiu nubes ſcenæ ingrueret, loco non mouebatur quaſi præſentẽ Deũ admoneret, ſimul euaneſceret, tranſportabatur.

Fabrica tabernaculi ex Philone.

Igitur in quam regionem Hebræi coloni deducerẽtur, neceſſe habebant tẽplum condere celeberrimum purgatiſſimo quidem loco & lapide ſumptuoſo, circumceptum muro ingenti cum edituorũ domicilijs: qui locus vrbs ſacra appellaretur. Cæterum cum per vaſtas adhuc ſolitudines aberrarent nondum ſedibus fixis, congruum videbatur, ſi ædiculam haberent, quæ circumferri poſſet, nec minus interea operarẽtur, quam qui vrbes incolerent. Scenam igitur ſacrum opus fabricare decreuerunt, cuius modulum Moſes diuino oraculo monitus in monte didicerat. ideas animo complexus eorum, quæ materia repreſentanda erãt. ex illis enim opus erat veluti ab archetypo quodam phantaſticoq́; exemplari totum opus coniectare, quod ſenſibus erat exponẽdum. Decebat ſanè eum, qui vere Pontifex eſt, ædẽ faciendam curaret, vbi miniſteria exequerentur, quæ ſuis operibus conſona viderentur. Typus itaque moduli in mẽte erat impreſſus ipſius prophetæ deſcriptus

ſcriptus incorporeis ſpectris, ad cuius typi modum artifex opus, velut ſigilla in materia, quę cuique rei eſſet accõmoda, cõficeret: fuit autẽ apparatus eiuſmodi.

Octo & quadraginta columnas à Sethim, ideſt ex arbore cedro, quæ cariem non ſentit, à craſsioribus ſtipitibus abſciſſas, altius inaurarunt, ſingulas binis baſibus innitentes. in ſummo ſcapo aureum capitulum imponunt. Ex his architectus quadraginta in longitudinem conſtituit, vicenas vtrinque nulla intercapedine relicta: verùm ita deinceps cõnectens in cõpagibus, vt vna veluti ſpecies parietis videretur. In intimam verò latitudinem reliquas octo diſpoſuit, ſex medias, duas reliquas dextra ſiniſtraque in angulis. Cæterum in aditu quatuor alias eiuſdẽ rationis, præterquam quod pro binis ſingulas baſes habebant, quæ è regione illarum ſex adſtarent. ab ijs in extima prorſus area alias quinque, baſibus tantum diuerſis (æneæ ſiquidem erant) collocant ita, vt totius ſcenæ vniuerſæ columnæ, duabus angularibus dẽptis, quia non apparerent, quinq; & quinquaginta cenſentur, numerum ſanè ab vnitate ad integrum vſque decemnariũ abſoluẽtes. Quod ſi quis noluerit, quin-

que illas, quas in veſtibulo poſuim⁹, parti quæ ſub dio eſt adijcere, quã partẽ aulã dixerũt, ſupererit ſacroſanctus ille numerus quinquagenarius: qui vim habet trianguli orthogonij, id quod eſt principiũ procreationis omniũ rerũ ex ijs de duct⁹ columnis, quæ interiores cõputãtur, quarũ in laterib. ſunt quadraginta, vtrinq; vicenę, ſex verò medię duab. in angulis latitãtib⁹. Quatuor præterea ſex illis oppoſitę, quib. oppãditur velũ. Longitudo ſingulis colũnis cubita decẽ. Latitudo ſexquicubitalis, vt ſcena ęqualis vndiq; cõſiſteret. Hãc pulcherrimis variegãtiſq; ſtragulis cõueſtiuit ex hyacintho, purpura, cocco, byſſoq; contextis. decẽ ſiquidẽ, quæ ille in ſuis ſcriptis, aulea vocauit ex ijs colorib. exornauit. ſingula octo & viginti cubitos lõga, quatuor lata. Cubitorũ ea ratio fuit, vt decẽ faſtigio attribuerẽtur. ea enim ſcenę latitudo, noueni latera colũnarũ vtrinque cõtegerẽt, cubito à ſolo ſubducta, ne pulchra illa ſacraq; ſtragula p humũ traherẽtur. De quadraginta verò cubitis, quę ex auleorũ latitudine colligũtur, triginta abſumebat ſcenæ lõgitudo, alia nouẽ poſticũ: reliqua veſtibulum habuit, clau-

ſura toti⁹

ſura totius ſtraguli. Cæterũ in ipſo veſtibulo velũ erat. quãquã & aulea ipſa tantũ nõ vela poſsint appellari, nõ tã quod faſtigiũ parieteſq; velarẽt, q̃ quod eadẽ ratione intexerẽtur hyacintho, purpura, cocco, byſſo. quib. ipſum velũ, atque id quod operimẽtũ dicitur, cõficitur. Hoc ſane in interiori parte pẽdebat ad quatuor colũnas, vt aditus lateret, illud exterius ſecundũ quinq;, ne qs poſſet ex prophanis ſacra lõgius contẽplari. Et materia quidẽ texturę ex aceruo rerũ optimarũ ſelegit, ſimilis elemẽtis, quib. pficitur, orbis ratione haudquaq̃ abſurda. Byſſus em̃ à terra ſubmittitur, ex aqua purpura: hyacinth⁹ aſsimilis eſt aëri, q natura fuſcus eſt. Coccus ſuo fulgore repręſentat ignẽ: vtrũq; enim phæniceũ videt. Oportebat quippe eũ, qui parẽti toti⁹ naturæ ſcenã fabrefaceret ſimiles cõparare materias ijs, quib. cõſtat orbis. Scena igitur veluti ſacrũ templũ, quo diximus modulo cõpacta eſt. Cui ſacrã aream circum circa admetitus eſt longam cubitos centũ, quinquaginta latã cum columnis inter ſe æquidiſtãtib. intercapedine quinque cubitorũ, oẽs numero ſexginta. ex quibus longitudini quadraginta diſtributæ, reliquæ latitudini, dene vtrinque.

Materia qua conſtabant, cedrus erat argento conteċta: baſes omnium aereæ æquali omnes proceritate, quinque ſcilicet cubitorum. Viſum quippe eſt artifici congruum, ſi dimidio altitudinis deijceretur aula, vt altero tāto ſcena ſublimior appareret. A columnis vndiq; lintea dependebant non diſsimilia velis, ne quis impurus temerè erumperet. Situs igitur & poſitura talis fuit. Media erat ſcena triginta cubitos longa, decem lata, cum columnarum craſsitudine. Diſtabat autem ab aula triplici ſpacio ęqualiter, ſecundum latera & apoſtico. quod interuallum cubita viginti dimetiebantur. Pro veſtibulo, vti ratio exigebat ad ingredientium multitudinem maius relinquitur ſpacium quinquaginta ſcilicet cubitorum: atq; ita cētum, quæ occupabat aula, complentur, ſi quæ poſtico tribuuntur, viginti, quæque ſcena intercipit, triginta, cum illis cōputētur quinquaginta, quæ ſunt ad introitū relicta. Nam veſtibula ſcenæ medium fere terminū obſederāt duplicis quinquagenarij, alterius ad orientem ſolem vnde patebat aditus, alterius ad occiduum, vbi longitudo ſcenæ & poſterius ſeptum. Sed alterum prætérea veſtibulum in primo aulæ

mo aulæ aditu adſtruxerat quatuor innixum columnis,cui varia prætēdebatur cortina.

Adhæc elaboratur ſacra ſuppellex, arca, candelabrum, menſa, ſpculus, ara, quæ ſub dio erat contra ſcenæ aditū,eo abſcedens interuallo,quod ſatis eſſet ad ſacra miniſtris,quæ quotidie offerentur, faciēda. Arcā verò in penetrali inacceſſaque ſede abſcōderat poſt vela, multo quidē impendio inauratā intus,exteriusque. Cui impoſitū erat veluti quoddam operculū; quod in ſacris codicib. appellatur propiciatoriū. Huius lōgitudo latitudoq; relata eſt, ꝓfunditas aūt nulla, geometricæ ſuperficiei admodū ſimile. At verò Arca legis eſt cōditoriū, in ea ſiquidē diuina oracula cōdebantur. Eius operculū,quod propiciatoriū dicebamꝰ basis eſt duorum alituum, quæ patria lingua Cherubin dicuntur, ab alijs cognitio & ſumma ſcienia nominari poſſunt.Quæ nōnulli ſymbola eſſe dictitant vtriuſque hemiſperij,aduerſa ſibi poſita, alitem quippe totum eſſe cœlum. Ego verò ſignificare dixerim præſtātis ſupremaſque duas poteſtates,quibus ille, qui eſt, excellit, operantem ſcilicet & Regiam. Secundum vim facientem Deus

appellat͂,qua totũ hoc fecit & exornauit. Quatenus verò Dominus dicitur,potẽtia illa regia deſignatur, qua omnibus imperans merito omnia continet in ſummã ſtabilitatem. Cum enim ad veritatem ſolus ſit,& opifex verus eſt,quandoquidem ea,quę nulla erant,in naturam produxit,& regnat ſuo iure,quod rebus æquius imperet nullus eo,qui fecerit illas. Sed in confinio quatuor itemque quinque columnarum,quod proprie pronaum appellari poteſt duobus aulæis diſcretum, alterum interius eſt,quod velum dicitur,alterum exterius,quod dicebamus operimentum:Reliqua ſuppellex collocabatur.Medius erat focus.Candelabrum ad meridiem ſtabat, quo motus lucidorum aſtrorũ denotatur. Sol enim & luna cũ reliquis longius à ſeptẽtrione declinantes ambitus rotãt auſtrales,quãobrem rami ſex,terni vtrinque de medio candelabro prodeuntes ſeptemnarium conficiunt:in ſingulis faculę lucernęque ſeptẽ,notæ eorũ,qui à Phyſicis planetæ vocantur.Sol nãque velut candelabrum medius inter ſex, alios ſupra infraque ſe illuſtrat,concinnans muſicũ & reuera diuinum organũ.Menſa porrò boreã ſpectat,in qua panis & ſal, quoniã boreales

ſlatus

tus maxime nutriãt. Foc⁹ terrę ſymbolũ gerit,à quo terreſtres ſuffitus euaporãt ad gratiarũ actiones. Ara,prout dictum eſt, ſub dio erigitur, quod & ſacrificatoriũ dici poteſt à ſacrificiorũ obſeruatione. Non enĩ hoſtiæ,quas ignis abſumere ſolet,ſed animus offerẽtis ſi fuerit purus litationẽ facit illic. prophanæ verò preces & operationes impurę in perniciẽ profunduntur,nec criminis veniam, ſed eius memoriam ſuſcitant. Secundum hæc ſacræ veſtis ornatum parabat artifex ei, qui Pontifex creandus erat perpulchra & admirãda textura plicatum, huius erat ratio duplex: tunicam ſiquidem continebat,atque id quod dicitur ſuperhumerale. Verũ tunica ſimplicior ſpecie,tota enim hiacynthina erat preter infimas eius oras,quę paruis quibuſdam punicis malis ex auro, tintinnabuliſque & floridis ſertis exornabatur. Superhumerale vero decentiſsimum opus & abſolutiſsimum maximo artificio elaborauit ex ijs,quos dicebamus coloribus, hyacyntho, purpura, byſſo & cocco, auro ſimul intexto. blacteas enim diſſectas in capillamenta cum alia trama intexebat. Lapilli duo fulgentiſsimi in ſummis humeris aptabantur ex Maragdo

ingentis ſummæ,in ſingulis nomina tribuum ſena inſcripta erant. Ad pectus item duodecim alij lapilli maximi precij diuerſo inter ſe nitore ſimiles ſigillis: quos in trib⁹ tetrametris diſpoſuerat in rationali,in duplex quadratum conformato.id veluti quædam baſis, duas præ ſe virtutes gerebat certitudinem & veritatem.Totum verò duabus aureis catellis ſuperhumerali annectebatur, ne dilaberetur.Quin & aurea lamina inſtar coronæ quattuor ſcalpturis cælatur,in quibus nomen extabat,quod ijs tãtummodo, quorum lingua aureſque ſapientia purgatæ fuerint, audire proferreque licet in ſacris. Alijs nequaquam:Tetragrãmaton id nomen,vt Theologus inquit, eſt ad imaginem fortaſsis exprimẽdam primorũ numerorũ, vnitatis,binarij,ternarij & quaternarij,quibus omnia continentur. Punctum, linea, ſuperficies & ſolidum.hinc omnia metimur,hinc optimi muſices concẽtus, ſiue per quaternarium in ſexquitertia ratione, ſiue per quinarium in ſexquialtera, ſeu in dupla per octonarium & in quadrupla. Habet in ſe quaternarius alias vires, quas in libro de Numeris exactius ꝓſequimur. Cęterum ſuberat mitra,ne lamina caput attin-

attingeret. Ad hæc fecit & pileum, quo reges Perſarum pro diademate vtuntur. Tale erat ornamentum Pontificis. Quid verò hæc ſibi velint, non prætermittam. Totus enim ornatus imaginem mundi repræſentat: partes verò ſingulæ, ſingula membra. Incipiendum à talari tunica.

Imponentq́ Aaron & filij eius manus ſuper caput eius. Non in omnibus victimis ritus hic ſeruabatur, ſed in ijs tantum quas pro ſeipſi ſacerdotes offerebant. Alijs alij manus imponebant, quicunque pro ſe obtuliſſent. Id verò ſignificabat victimam explere locum operantis, vt quæ pro illo iugulationem ſubiret. Eſt verò animaduertendum, quod pro Pontifice vitulus immolaretur, nec non pro vniuerſo populo alius vitulus. Hircus verò pro principe, pro ſingulis capitibus capra, ita mas pro principe, fœmina pro ſubditis offerebant. Nam & mulierem Deus viro ſubiecit. At vitulus pro peccato mactatus comburebatur extra caſtra in præſagium Domini, qui teſtante Apoſtolo extra portam patibulo affixus eſt pro nobis. Rete verò renesque & adeps ille inteſtinorũ, in ara adolebant in oblationes ꝓ noſtris affectibus, qua-

Exod. cap. 29.

THEO.

lis eſt ingluuies & quæcũque ingluuiem voluptates ſequũtur: ira deniq; & omnis libido. Hæc omnia ſacra fieri iubet & emortuas eſſe actiones illorũ. Quod autẽ de ariete dextrum brachiũ præcipit offerri, practices ſibi ſtudium, quod cum virtute fiat, placere demonſtrat. Lagana, panis, vinum, monent, vt de fructibus terræ primitias Deo offeramus.

Exod. cap. 29. *Omnis qui tetigerit illud, ſanctificabitur.* Hoc eſt, qui tangere voluerit altare, prius ſanctus efficiatur & mundus.

Exo. ca. 29 *In odorem ſuauiſsimum, &c.* Humanis diuina docemur: quia nos odoris ſuauitate afficimur, ſacrum quod rite & ſecundum legem operatur, appellauit odorẽ ſuauitatis. Sed non eſſe nudis verbis acquieſcẽdum, & natura diuina declarat, q̃ cũ ſit incorporea nihil afficitur, & teter alioqui odor ex vſtrina, quo nihil iniucundius.

Exod. cap. 29. *Sanctificabisq́; & pectuſculum & armũ &c.* Quæ cauſa eſt, quod ex quacunque hoſtia offerebatur ꝓ ſalute, ſacerdotes dextrum ſumere brachium pectuſculũque iubẽtur? Exigit hac ratione à ſuis ſacerdotibus tum munia rationis, quæ reconditur in pectore, tum dexteras actiones, quas dextra plerunq; proſequimur.

Haud

Haud enim ſola fides facit ad ſalutem, facto opus eſt: & fides cum honeſte factis copulare debemus.

Quartam partem Hin. Menſuræ genus eſt ad vinum & oleum, quę teſte Ioſepho duas capit atticas Choas. Sũt enim de rebus eiuſmodi maximè conſulẽdi Hebræi ſcriptores. Exo.ca.29

Sume tibi aromata, ſtacten & onicha, galbanum boni odoris, & thus lucidiſsimũ, æqualis ponderis erunt omnia. Neque hæc temere: quatuor enim hæc cum quatuor naturæ elementis conueniunt. Stacte quidem cũ aqua. Onyx propter ſiccitatem cum terra. Galbanum, quia calidum eſt, aſsimilatur igni. Thus quod lucidum ſit & diaphanes denotat aëra. Exo.ca.30.

Videte vt ſabbatum cuſtodiatis: quia ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris: vt ſciatis quia ego Dominus, qui ſanctifico vos. Quomodo cũ Abrahã circuncidi iuſſerat, ait: Erit ſignum hoc inter me & vos: Sic & de ſabbato legem ferens, erit hoc inquit, ſignum inter me & vos in omnes generationes. Quoties aliquid innouatur in Politia, legis latoris memoriam inſinuat. Segregant hæc etiam Hæbreos ab alijs gentibus, perinde ac notæ inuſtæ pecori greges diſtinguere ſolẽt, ne cum alijs confundantur. Exo.ca.30.

Scri-

Exo.ca.30. *Scriptas digito Dei.* Mirum, effringi potuiſſe, quas tantũ numen exarauerat: ſed diuina conceſsione factum eſt, vt legis abolitionem inſinuaret. Sed & ad differétiam alterius codicis, qui poſtea ſcriptus eſt à Moſe iubente Deo, adiectum eſt, *ſcriptas digito Dei.*

Exo.ca.32. *Quas cùm ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem.* Si propoſitum ſcopumq; huius rei conſideramus, non erit Aaron indignus venia, ſuamq; cauſam tueri aliqua excuſatione poterit. Nam cùm frater multos iam dies in vertice montis immoratus non appareret populusque furore quodam percitus in Aegiptum cogitaret deſperata ſui ducis ingreſsione, is primum ſua oratione impetũ populi cohibere magnopere ſtuduit. Cùm verò ceruicoſos & in ſentétia videret immobiles, aurum à mulieribus extorquere cogitauit, quomodo auaritia peruicacitate ingeniorum retunderet. Quod inuentum cum nec querimonias, neque maledicta comprimeret, vitulum tandẽ conflare coactus eſt, ne populus dilaberetur. Potuit igitur ob eam rem ſupplicium iramque Dei ſubterfugere, præſertim cum fratrem habuerit deprecatorem apud Deum, prout in Deuteronomio legimus.

Quamobrem Aaron de vituli conſe- DIOD.
cratione populo conſentiẽs maiores pœ-
nas non dedit, quando frater Moſeos mi
raculis ſemper interfuerit? An quod in-
uitus ad hanc impietatem acceſsit? cum
impetum populi refrenare non poſſet,
Deos efflagitãtis? veritus ſi fortè cauſam
non ſuſcepiſſet, ne ſibi legerent alium
principem, quo duce omnia proturbã-
tes omnem ſpem ſalutis adimerent. Sa-
tius itaque duxit ad tempus declinare,
moras ſemper aliquas & difficultates in-
terponens. Poſtremò à mulierib. (quod
genus eſt auariſsimum) exegit ornamẽ-
ta, autumans non daturum. Quin & in
vituli dedicatione adeò tempus exemit,
vt ſacrum in Moſeos reditum inciderit,
vnde omnia facile emendarentur. Ad-
hæc poſtridie eius diei altare Domino
cum erexiſſet ſacrificium obtulit pro tã-
to crimine, quod inuitum ſuſcepiſſe cõ-
fitetur. Acceſsit Moſes maximus depre-
cator, & quos de lumbis Aaron Deus
proceſſurus prouidebat, Samuelem, He
liam, Ieſum qui cognominatur Ioſedec,
Ioannem Baptiſtam, quib. facilis imme-
mor Deus iniuriarum virum abſoluit

Quod in Aegyptiorum populus Iſrael CYRIL.
dilabebatur, res ipſa declarauit. Nam vi-
tulum con-

tulum cõflauit, quẽ ꝑ Deo adorarent: qua ſuperſtitione Aegyptus maximè delectatur. Vitulũ illi venerantur quẽ Apin vocãt. Et boues illæ, quas Hieroboã dedicauit, ex eadẽ officina fluxerũt. Nec ſanè fuit abs re, quod in eã rem aurea ornamẽta exegerit Aarõ. Ita enim, puto, ſignificauit, abiecisſe populũ obediẽtię decus, quib., cũ paulò ante dixiſſet Deus: Nõ habebitis Deos alienos prętcr me. reſpõdiſſenq; illi: Quęcũq; dixit Deus, faciemus, nõ fuit indignũ confictos Deos efflagitare. Vide inſuper q̃ bellè irrideat Aarõ hoſce conatus: cũ enim vituli ſimulachrum ꝓduxiſſet in mediũ: En, inquit, ij ſunt Dij tui Iſrael, qui te de Aegyptiorum ſeruitute vindicarunt.

Exod. cap. 32. *Vade deſcẽde, peccauit populus &c.* Quod cũ Moſe Dominus egit per dies quadraginta triduo aut eo minus abſoluere poterat, voluit tamen diẽ de die ducere, vt occultũ virus impietatis, quod in animis eius gẽtis inſederat, tandẽ detegeretur.

ORIG.

Exod. cap. 32. *Sine modò, vehementer ego iratus atteram illos.* Ex his verbis Deũ nõ moueri perturbatione diſcimus, ſummaque mortales humanitate ꝓſequi. Nã qui percitus ira aliquid inuadit, reijcit cõſolantes: Deus verò cum Moyſi dicat, *dimitte me*, prouo

ATHA.

cat ad

cat ad intercedendum, & vt preces admittat, virum totius rei ignarum, certiorem facit. Illud verò, *faciam te in gentem magnam*, noſtram euocationem videtur innuere. Nam quod eo tempore deſiderari potuit, expletum eſt, poſtq̃ Dominus ſub humana effigie mũdo apparuit.

Proiecit de manu tabulas & confregit eas ad radicem montis. Quam ob cauſam? nõ tam quod ſobrijs, nõ ebrijs lex Dei promulgari debuerat, quam quòd populũ ex Idololatria diuinæ legis indignũ exiſtimauit. Nam cùm tabulæ legis pro ſyngrapha dotis intercederent, ſponſa verò ante nuptias adulterium commiſiſſet, quid mirum? ſi ſchedulam dotis lacerauit? quanquam ex eo facto, abrogationẽ quoque legis per gratiã prænunciauit. Eſt verò animaduertendum, quod cum Deus exorari pro populo pateretur, ſupplicium diſtulit: adiecit enim: Ego ſi quando eos viſitabo, inducam ſuper illos omne peccatũ. Nec ſunt ab his diſsimilia, quę Paulus ad Romanã Eccleſiã ſcribit: Nũ ignoras, ꝙ benignitas Dei in pœnitentiã te ducit, ſecũdũ verò duriciem cordis tui reponis tibi irã indignationis? At verò Moſes cùm audiſſet Deum nõ ſuſtinere, vt inter eos amplius verſari velit

Exod. cap. 32.

THEO.

riam illam intuentur, quę Moyſi affulxit. Vnde Paulus: Nos omnes detecta facie gloriam Domini ſpeculantes in ipſam imaginem transfundimur à gloria in gloriam. Quemadmodum ſpecula intuentis forma reuident: ita & corda nitentia puraque afflantur gloria DEI. Idcircò Dominus ait: beati mundo corde quoniam ipſi DEVM videbunt. Quo etiam modo Iudas Diabolum accipiens, nequitiam illius exprimebat. Sic qui diuinum ſpiritum admittit, illius radijs illuſtratus effulget: nam & in tenebris ſedens, obruitur tenebris, qui in ſole eſt inſolatur.

Ego oſtendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te. Ideſt omnia creata. vt illud: Vidit DEVS omnia quæ fecerat, & erant valdè bona. Hæc, inquit, ſi ſcias, quæ & qualia ſint, me quoque, quantum fas eſt homini, cognoſces. Hinc illud: Fidelis in omni domo mea. Quaſi dicat: intelligit rerum omnium naturam. Exod. cap. 33. RAB. MOS.

Stetit Moyſes cum eo vocans in nomine Domini, & tranſiens coram illo, ait: Dominator Domine Deus, miſericors & clemens. &c. Sunt hæc verba Dei accedentis, quæ tanti ſoliuſq; ſui numinis digna ſunt: vt prætereuntem Moſes animaduerteret, qua- Exo. ca. 34.

lis ille eſſet & pronus adoraret. Sic & in ſuperioribus: Cùm tranſibo, vocabo in nomine Domini, id eſt, vehementer clamabo. Quod auté patrum iniquitas maneat in pronepotes, de idololatria tantũ eſt accipiendum, hanc Dominus inſequitur quam diu viuere poteſt autor illius impietatis, vt malum penitùs extirpetur.

Exod. cap. 34. *Et ignorabat, quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.* Ideſt, quod acie radiorum, quos de fulgore Domini cõtraxerat, in morem cornuum, oculos Iudæorum perſtringeret.

Exod. cap. 35. *Hæc ſunt quæ iuſsit Dominus fieri. Sex diebus facietis opus, ſeptimus dies erit vobis ſanctus, ſabbathum & requies Domininі; qui fecerit opus in eo, occidetur.* Non temerè eadẽ populo inculcari videntur. Nam cùm fabricandũ eſſet tabernaculum, ſupellexq́; ſacra, & Pontificia veſtis, prudenter admonet, ne quid ſabbathis ſub prætextu religionis ageretur.

Exod. cap. 18. THEOD. *Fecit & labrum æneum cum baſi ſua de ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi.* Mos erat Aegiptijs, præſertim mulieribus, cùm ad ſacra pergerent, vti linea veſte, & geſtare ſiniſtra ſpeculum, dextra verò ſiſtra. Quæcunque igitur de ſuo mũdo, aut de Aegiptiorum reliquijs talia inue-

talia inuenerunt, omnia in vſum rei ſacræ contulerunt.

Et ſeptingentorum triginta ſiclorum ad menſuram ſanctuarij. Talentum enim habet ſiclorum tria millia. Siclus olim binas æquabat pondere drachmas. Leui.cap. 38.

Igitur menſe primo anni ſecũdi, prima die mẽſis collocatum eſt tabernaculum. Quam obrem calendis primi menſis erigi tabernaculum iuſsit? Cúm ea tempeſtate anni condiderit orbem, id quod virgultorũ pullulatio atteſtatur. Germinet, inquit, terra herbam ſecũdum gen⁹ ſuum. cùm etiam eodem tempore ſoluerit ex ergaſtulo Aegiptiorum filios Iſrael. Præterea Angelus Gabriel inopinatum Marię puerperiũ nunciaturus eſſet, quando etiam Dominus noſter ſalutarem nobis crucẽ aſcendere voluit, idem meritò tempus tabernaculo deſtinauit, quod totius orbis modulus erat. Fecit etiam hoc vt ſolemne paſcha Iudęis celebraretur, quod feſtum, cum ſecũdus iam annus inſtaret libertatis, vel in eremo prætermittere ne fas. Exod.cap. 39.

IN LEVITICVM.

ATHA. Leuiticus dicitur hic liber: quia priuatim Leuiticæ tribus miniſteriũ exponit in operandò: quodq́ue præcipuè ſacrificiorum oblationumq́ue diſcrimina præſcribat.

ORIG. Totum hunc locum de ſacris nonnulli parum accuratè percurrentes, contemnunt quaſi exilem & indignum penitus legiſlatore. Qui verò meminerit, quæ Dauid cecinit, quæq́ue Paulus ſentit. Alter enim reuela, inquit, oculos meos & cognoſcam mirabilia de lege tua. Alter exclamat: Lex eſt à ſpiritu. Poterit is, inquam dijudicare non eſſe indigna numine Dei, quæcunque latent in lege præcepta.

THEO. Quam ob cauſam ſacrificia ſibi Deus offerri voluit? Quæ de eiuſmodi re diximus in alijs ſcripturæ locis, sũmatim nũc repetemus. Nullius rei indigẽs Deus ſtolidis alioqui hominibus & malæ conſuetudinis omnia ſimul commutare, ac veluti abnuere noluit. In multis enim Prophetis multoties declarauit, talibus victimis nequaquam delectari. Cùm itaque popu-

que populus multos iam annos in Aegypto Dæmonijs ſacrificare didiciſſet, quò facilius ſuperſtitionem exueret, ritus ſacrificiorum permiſit, quibus deditũ eſſe iubebat: quemadmodum arguit vituli dedicatio. Sed & per Ezechielẽ, vidi te, inquit, ſanguine conſperſum & dixi tibi in ſanguine tuo vitam expleto, id eſt, cũ tè ſacrificijs gaudentem animaduerterẽ, ꝑmiſi, vt hac perfrueris cupiditate. Quã-quam aliud remedium hac ratione excogitauit. Nam quę apud Aegyptios colebantur, ea cum ſibi mactari iubebat, ex quadrupedibus vitulum, capram, & ouem: ex volucribus autem turturum columbarumque pullos, vt quæ mitiori vterentur ingenio deſtinarentur aræ, cętera dicerentur immunda, fecit, vt hæc abominati è numero Deorum penitùs expungerent, illa verò dona haberentur non Dei, illumque ſolum colerẽt ac venerarentur, cui talia offerrẽtur. Porrò ex ijs cùm multi benè nummati eſſent, plures indigentes, illos vitulum vel caprum, vel agnam offerri voluit, hos autem paria turturum ſiue columbarum. Quod ſi qui forent adhuc indigentiores ſatis erat, ſi parum ſimilæ offerrent oleo perfuſæ pro cuiuſque conditione. Atq;

ex ijs alia dona appellauit, vt quę legis neceſsitatem non haberent, ſed ex pietate dicarentur: alia ſalutaria ſacrificia, quibus ſuas redimerent infirmitates. Offerebant etiam ſacra tum pro peccato, tum pro errore: illa, pro neglecta lege, hæc, quãdo quis imprudenter nec ſponte ſua aliquid committeret: velut ſiquis leproſo aut cadaueri manus admouiſſet, aut profluuio ſeminis laboraret: at verò quæ ex ignorantia fierent, cauſa patet: non enim callebant omnes omnia legis præcepta, animi ſiquidem peccata per ſe natura docet quæ ſolos decebat Iudæos, doctore indigebant. Cæterùm de ſacrificijs alias penitùs comburebantur, aliorum nonnullæ tantummodo partes, vt omentum & renes, de quorum omniũ ratione iamdudũ à nobis dictũ eſt. Quod vero pro peccato ſacrificium fiebat, neq; oleum, neq; thus habebat. Nã qui in tenebris peccati verſantur, lucis alimento carere videntur, atque omni ſimul hilaritate, qui lachrymis indigẽt aduocatis. Etenim iuxta prophetam, facies oleo renidet & exhilaratur. Verum cum lex vmbram gereret typumque futurorum, non fuerit abs re eos, qui nunc ſe DEO emanciparunt, legalibus conferre ſacrificijs. Illi igitur
qui

qui alijs rebus nuncium remittentes,om nem ſuam curam ſolicitudinẽq́ue in Deum transfuderunt,ij merito dicuntur holocautomata, quos totos ſancti ſpiritus ignis conflagrat.Qui ſecundo loco cenſentur, partim exornant aras, partim ſacerdotes alũt,maiori tamen ex parte cõmodis ſuis inſeruiunt. Qui faciunt oue, manſuetudine placent:qui verò ſe vitulis comparant in ſacris, obedientiæ Chriſtianæ iugum non detrectant. Sunt qui capellas imitati, lac indigentibus præbẽt. Quin modeſti temperatiq́ue viri turtures offerre dicuntur, ſecundas curarum nuptias declinantes. Alij quadam ſimplicitate ſimul & benignitate exornantur ad exemplum pullorum columbarum: neque enim lege cauebatur, vt perfectæ ætatis columbæ dicarentur, quæ minus ſimplices & ſalaciores ſunt. Neque ipſas olim volucres ſummus Patriarcha diſſecuit, neque lex diuidi iubet, propterea quod qui animum ad ſuperiora ſuſpendunt Deum toto corde colentes ad terreſtria nunquam reſpiciunt, quibus à diuinis diſtrahantur, atque hoc modo de ſacrificijs ſentiẽtes, legem & imbecillitati quadrare Iudęorũ,& euãgelicæ perfectioni nihil ſuperuacaneũ inueniemus, quod lege caueatur.

Quod

Quod eiuſmodi ſenſus eliciantur ex his, monuit certe Paulus, qui cum de bubus triturantibus mentionem faceret, quorum lex vetat ora præcludi, nunquid, ait de bobus curæ eſt Deo, an de nobis hæc dicuntur? Sub ſpem arat arator & triturans eiuſdē ſpei particeps eſt. Quod igitur in lege eſt, id ſenſibus patet, ac velut in cortice natans Iudæis optime quadrat: quod in nucleo eſt & à ſpiritu, ſuũ eſt eorum, qui euangelicam politiã amplectuntur. Illud eſt etiam animaduerſione dignum, quod ex maribus fierent holocautomata: viri ſiquidem eſt perfectio. Quæ verò pro peccatis offerebantur, fœminæ erant: infirmata enim ratione dominantur affectus. Inſuper peccati piaculum non agnis ſed hedis ſoluebatur. Dominus id in euangelio declarauit, iuſtos nimirum agnis, malos hedis aſſimilans. Sed ex volucribus holocautomata faciebant: nam & pauperibus perfecta ſapienſq; vita proponitur. Et quadrupedum quomodo nec pellis neq; excremēta in re ſacra cenſebãtur: ita & volucrũ veſsicula gutturis omniſq; pluma procul à caſtris proijciebatur, neq; hoc temere, ſed in ſeceſsũ quendã nó impurũ, vbi etiã cinis puluiſq; ex aris ſpargebat.

Quid illud? ſimilã, panes furnaceos, laganа nomine ſacrificij inſignire voluit, vt pauperum fortunas ſuſtẽtaret, nec ſacrorum minus participes faceret. Contemplator etiã proprietatem loquẽdi, ſi quis homo, inquit, ex vobis offerat ex animantibus. Deinde de ſimila, ſi anima offerat, inquit. Rationis enim particeps offert rationis expertem, anima vero inanimũ. Sacris interdicit azymo pane, ne quid ex ſuperſtitione Aegyptiaca adhibeatur. Quin & mel reijcitur, quia, vt nõnulli ſentiunt, commune eſt cum immundo: apes enim omnigenos flores prælibant. Alij id autumant caueri, vt homines doceãtur offerre de ſuo. Cui ſententiæ dicunt adſtipulari Solomonem: Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus. Verum ſi exactius res penſitetur & mellis opificiũ hominibus attribui poterat perinde, ac res pecuaria, & mercatura, vnde potius crediderim fermentum deſignare antiquam nequitiam, mel verò voluptatis delinimenta, à quibus penitus abhorret ſacrorum candor & mundicies: Attamẽ ex his primitias offerri ſacerdotes iubet, quia ꝑ noſtris illi peccatis legatione funguntur ad Deum. Hinc per Prophetam, inquit: Peccata populi mei comedunt.

Sale cōſpergi ſacrificia voluit, vim rationis inſinuans, qua res dijudicamus. Quo quidem ſale caruit oblatio Caini. Et D. Paulus inter alia pręcepta: Veſter, inquit ſermo nunq̃ nō ſale aſpergatur. Quin & ipſe Chriſtus Apoſtolis ſuis: Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal inſipidū fuerit, &c. At vero quæ innocua ſunt & integra iubet ad ſacrificia legi, diuerſa & loco & genere, vt in omni mortaliū conditione priuata & publica diuite ac paupere inſontes nos & integros Deo exhibeamus. Ex ijs etiam, quæ offerebantur, exceptis holocautomatis, quædā imponebātur aris, quædam ſacerdotibus tradebātur, quos ideo Apoſtolus altaris participes facit. quod verò reliquum erat carniū in vſus offerentiū diuidebatur. De more ſacris manus imponebāt, qui operabātur, hoc eſt, ſuas actiones & opera, pro quibus ſacrificia impendebātur. Manus enim præſe ferunt actiones. Quod autē veſci nec ſanguine, nec adipe voluit illos, ſed vtraque oblatū iri, nō temere factū: in ſanguine em̄ vita ſeruatur. Adeps vero virtutis argumētū tenet, q̃ duo offerre Deo merito debemus. Pōtifex verò reus alicuius p̄cepti egregio vitulo facere iubetur: & aræ quidem imponere, quæ ſuperius diximus:

ximus: carnẽ verò pellemq; cum excremẽtis extra portã caſtrorũ comburere,vt peccatũ oſtẽdat à ſacro loco penit⁹ alienũ.Sed ſi popul⁹ eiuſdẽ fiat crimiuis reus eidẽ ſacrificio addicitur,in qua re aperte nos docet legiſlator,quãti ſit apud Deũ ſacerdotium,inſtaar eſt enim Põtifex totius populi. Nam principem pro eodem delicto,non vitulũ iubet,ſed anniculum hedum offerre, adeò paſtor animarum præſtat terrenis poteſtatib. Pro alijs, qui nec in imperio eſſent, neq; ſacerdotio fungerẽtur, capella ſatis erat:neque immerito, vt fœmina priuato ſubditoque competeret,principi verò mas. At ſi quis impurum quid terigerit, ſiue iurantem audierit contra legem,neque indicauerit,aut ſi quid offerre Deo pollicitus ſit, votumque iureiurando conceperit, nec deinde præſtiterit, primùm iubet,vt crimen diuulgetur, mox offeratur agnus vel hedus,quo Deum ſibi conciliet. Si pauper ſit,binas offerat turtures aut duos pullos columbarum. Quod ſi ſoluendo ne hæc quidem fuerit, tantula ſimila fidem eius liberabit ſine oleo, nulloque thure. Nihil enim in cauſæ peccati, aut hilare debet eſſe, aut odoratum. Vide etiam quàm belle cum eo, qui tetigerit impu_

impurum copulatur is, qui iurâtem diſſimulauerit: nam æque inficitur, qui mẽtienti aſſentitur, ac ille, qui manus tactu immũdo polluerit. In his eſt animaduertenda benignitas DEI, qui non ſtantẽ promiſſo, periurũque hominẽ, nõ quaſi ingratum aut periurum plectit, ſed indignationem tenui mulcta commutat.

Leuit. cap. 1. APOL. *Et ſuauem odorem Domino*. Secundum pietâtem hoc intelligendum, non propter nidorem ſacrificij.

Leui. cap. 1. *De turturibus & pullis columbæ offerat eam ſacerdos ad altare.* Leguntur etiam de auibus, quæ pudicitia & ſimplicitate gaudent, duæ præcipue virtutes gratiſſimæ Deo.

Leui. cap. 2. *Anima cum obtulerit oblationem ſacrificij Domino, ſimila erit eius oblatio, fundetq́ ſuper eam oleum & ponit thus ac deferet ad filios Aaron ſacerdotis.* Anima dixit appoſitè, vt offerentis promptitudinẽ ſimul & demiſsionem oſtenderet, qua maximè delectatur Deus. Porrò ſimila vitæ ſymbolũ gerit, alit enim valenter, oleũ hilaritatis, thus odoris, quæ nunc à nobis ratione multo magis perfecta offerũtur. Nam pro ſimila dicamus propriã vitam ſumma cum hilaritate, quam certa ſpes futurorum fouet, & odore recte factorũ

factorum fragrantiſsimo.

Oblationem ſacrificij. Alij munus oblationis legunt, proprium genus ſacrificij intelligẽtes. Sunt enim genera ſex: Holocauſtũ, munus, oblatio pro peccato, oblatio pro delicto, ſacrificium conſecrationis, ſacrificium, quod vocant pacificum vel ſalutare. Et holocauſtum totum erat Domini, pellẽ tunc accipiebat ſacerdos. Munus Dei & ſacerdotum, ſacrum verò pacificorum Dei, ſacerdotis & offerentis. Quæ verò pro peccatis & delictis offerebantur, nihil cedebat offerentibus: ſed Deo offerebantur adipes, renes & iecinora, reliquum carnis ſacerdotes comedebant. Leui. cap. 2.

Anima quæ per errorem prætermiſerit legem, aut inuita peccauerit. Quid hoc? eueniebat interdum, vt aliquis maiori negocio diſtentus, quæ Deo deberentur, in tempore non offerret: qualia erant primogenita, primique fructus, quas vocant primitias. Is igitur qui huiuſmodi delicti reus erat, maioris mulctæ damnatur. Primùm enim repræſentare iubetur, quantum Deo debebat, quinta inſuper addita parte. Deinde pro recõciliatione arietem ſacrificare ſiclorum quinquaginta. Eidem mulctæ addicitur etiã Leui. cap. 5. THEO.

tur etiam is,qui inuitus aliquid cõmiſerit. Alios verò qui dedita opera fuerint iniqui,veluti qui depoſitum negant,primum iubet quicquid defraudarint, reponere,ſuperadiecta quinta parte totius capitis,poſtea arietem offerre ad placandum Deum, quemadmodum beatus ille Zachæus feciſſe dicitur.

Omne ſacrificium ſacerdotum igne conſu-
Le.cap.6. *metur, nec quiſquam comedat ex eo.* Cur ſacerdotis ſacrificium holocauſtum, id eſt totum combuſtum voluit ? vt integritatem ſacri hominis inſinuaret: qui non aliqua ex parte,ſed totus ſe Deo offerre debet.

In loco vbi offeretur holocauſtum immo-
Le.cap. 6. *labitur coram Domino, ſanctum ſanctorum eſt.* Cur voluit pro delicto ſacrificari in loco holocautomatis ? Ad conſolationem offerentium,vt agnoſcant non eſſe à ſacris alienos,qui pœnitentiam ſibi medicinam fecerint.vnde & ſancta ſanctorum appellauit eiuſmodi ſacra, quibus ſoli ſacerdotes in loco ſancto veſci poterant.Alia,quę prophani comedere poterant vt in ſacrificio pacificorum ſancta ſolummodo vocabantur.

Le.cap. 6. *Quicquid tetigerit carnes eius,ſanctificabitur.* Reuerentiam commendat,vt cum

religio-

religione accedant ad ſacra,imo procul conſiſtant.Qui enim temere approximarit, vt vel gutta ſanguinis aſpergatur,ad fores templi iubetur aſsidere tanquam ſacri penitus expers. Quin & indumentum eo ſanguine infectum diligenter ablui iubet,vaſaque omnia perfricari,quæ effringi nequeant.

Quicquid autem tertius inuenerit dies, cremabitur. Id verò quamobrem?vt ad epulas pauperes cogantur admittere: & indigentibus viſcreationẽ cõmunicare.

Quamobrem is, qui ſeminis fluxum patientem,aut leproſum tetigerit, & ex his quæ cenſentur immunda,ſacro non impertitur?Ex his,quæ leuiora videntur maximos ſtudet curare affectus & ægritudines.Nam ſi naturalia hominem inquinare videntur,quid illa,quæ à ſententia noſtra proficiſcuntur?q̃ merito præter legem vocantur.id à ſequentibus liquido percipimus.Cũ enim iubeat oẽm adipẽ altari ſupimponi, ex hominis vſu reijcit omentũ adipemq́; tã de venatiõe, quã de ijs,quę dicuntur morticinia. Vnde facile quiuis intellıgat alia alijs cauſis legem cauere.Atqui illud eſt hoc capite animaduertẽdum quod quę lex hactenus ſummatim de ſacris præceperat,q̃ia nunc

nunc in ſuo quæque ritu tenenda, ſingillatim proſequitur.

Leui. cap. 8. *Tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron & pollicẽ manus eius dextræ, ſimiliter & pedis.* THEO. Denotabant hæc, quæ apud nos myſteria futura erant: ſanguis vtique is ſanguinem Chriſti, oleum, ſacroſanctã vnctionem. Per aurem dextram obedientia laudabilis deſignatur, per manum pedemque itidem dextrum, probæ actiones. Sunt enim & ſiniſtræ actiones, eſt & illaudata obedientia.

Leui. cap. 10. *Offerentes coram Domino ignem alienũ, quod eis præceptum non erat.* Docuit nos hiſtoria, quemadmodũ peracto primo ſacrificio concremata omnia fuerant igne diuino. Hunc æternum ſeruari Dominus iuſsit, vt noctu diuque materia illi ſuppeditaretur, ne cum hoc noſtro commiſceretur. Quia igitur Nadab & Abiud Aaronis filij neglecta hac lege ignem de ſuis focis obtulerunt, correpti à diuino perierunt. Nos obiter admonemur, ne ſpiritum extinguamus, ſed quam accepimus gratiam refocillantes nullam ſacris literis hæreſim ſuperinducamus, aliáue ſophiſmata, quæque ab impijs veritati præferre ſolent.

Leui. cap. 10. *Vinum & omne quod inebriare poteſt non*

bibetis, tu

bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij; ne moriamini. Certis diebus abſtemios voluit eſſe ſacerdotes, ijs nempe, quibus ſacro munere fungebantur. Alij enim alijs diebus viciſsim operabantur. At Apoſtolus etiã ſacerdotem & Diaconos ſobrios ſemper exoptat. Quibus enim credita eſt legatio fidei vndique conſummatos oportet, legemq́ue adamuſsim explere. Moſes igitur cum caprũ vidiſſet pro peccato oblatum, totum præter legem comburi, iratus Eleazari & Ithamari, quid, inquit, non comediſtis quæ pro peccato offeruntur? Vnde monemur populum manere meritas pœnas, quicquid in ſacris temere fecerint, quemadmodum Dominus innuit per prophetã: Peccata populi mei comedunt.

Omne quod habet diuiſam vngulam & ruminat in pecoribus cõedetis. Quid animãs bifida vngulas ruminanſq́ue ſignificat? actuoſam nimirum vitam bonorum hominum diſcretam à malis, præterea vitã non modo præſentem, ſed futuram. Ruminat igitur is, qui in rerum diuinarum meditatiõe verſatur. Sicut enim oues & cętera id genus animalia cibũ reuocãtia irruminant: ita & ſtudioſus homo in reli- Le. cap. 11.

 gione,

gione,ad deũ quotidie clamitat:q̃ dilexi legẽ tuã dñe,tota die meditatio mea eſt. Cæterũ queadmodũ ex animãtibus aliæ quidẽ bifidungulę ſunt & cibũ ruminãt, alię neutrũ,qualis aſinus,mulus & equ': alię rurſus bifidę nec tñ ruminantes,qualis ſus.Sunt & alię,quę ruminãt, licet bifidæ nõ ſint,vt camelus, lepus: ita & inter homines videre eſt, nonnullos perfectiores diuinis ſemp reb' inhęrẽtes,alios minus abſolutos, qui nihil de diuinis ſtudijs attingẽtes,factis tamẽ fungũtur honeſtis,alios tam fide nudatos,quã laudatis actionib. Verũ de aquaticis pura facit q̃ teſta ſquamáue & pinnis muniũtur:na tãt hęc in ſupiori ęquore,reliqua diſsimilis naturę in cenoſo fũdo volutãtur. Puri igitur & inter rationis exptes cẽſentur ij, qui in terrenis mentẽ non impingunt ſed fidei talarib. & virtutis clypeo cõrecti ſuperiora petunt. Quod enim teſta piſcib.,id nobis fides fortiter prętat. In volucribus verò habentur impura, q̃ rapto aut cadaueribus paſcuntur, quæque tenebras amãt,nec iniuria: Deus enim auaros non admittit,fœtensq́; peccati pulpamentũ abhorret, & tenebras odit, ideſt, malefacta. Hæc nos dicere ſecundũ propoſitum comprobat viſio oblata Petro Apoſtolorum coryphæo,cũ de adeun-

do Cornelio addubitaret. vbi, quæ Deus emundauit, non eſſe immunda didicimus, legemque aliud à nobis quã verba ſonant, exigere, nihilo ſecius quam quod à Domino dictum eſt metaphoricè: Multi venient ad vos in veſtibus ouium, intus verò ſunt lupi rapaces. Item in Iudæos fœtus viperarum. Nec minus Apoſtolus: Cauete canes. Alio loco: Irruent lupi ne ouili quidem parcẽtes. Quin & Prophetæ, modo furentes equos, modo ſerpentes vſurpant. Dominus item vbi cadauer, illic cogẽtur & aquilę. Nos igitur è ſacra hiſtoria eiuſmodi carpimus vtilitatẽ, interim Iudęis eadẽ ratio ꝓfuit alio modo: cũ.n. ĩ duas partes, terreſtres & volucres animãtes diuiſiſſet, itẽq; oĩa, q̃ viuũt in aquis ita, vt alia dicerẽtur lecta alia trãſlatitia, iã ſuadet ex his nullũ in cẽſum venire Deorũ. Quî fiat. n. vt aliquis ꝓ deo colat, quod alioqui impurũ reijcitur, aut ꝙ vero Deo oblatũ aut cõburat̃, aut edat̃? Ex eo etiã, ſiquid immũdũ ceciderit in teſtã effringat̃, ſi verò ĩ ahenũ, aut in ligneũ vas aut in veſtẽ, ſatis eſt ſi aqua abluãt̃, certiꝰ adhuc apparet natura nihil eſſe ĩmundũ, atq; ob aliã causã tali noĩe q̃dã denotari. nã ſiq̃d ſĩpliciter eſſet impurũ, eodẽ pacto diffringẽda erãt, &

ſtruorum ſingulis menſibus aſsignantur, exiſtimatur immunda: quæ verò fœminam, niſi poſt totidē alteros dies expiatur? aliud itē latet in hoc pręcepto, quam lex pre ſe ferre videtur. Nam ſi pregnans aut effœta mulier per ſe foret immunda, veriſimile erat à tantis doloribus nulla lege teneri. Verum hoc ad moderandā virorum intemperantiam cautum eſt, q cum impuram vxorem tunc temporis intelligāt, facilius abſtinent, ne quid participes fiant immundiciarum. Diſcrimen verò dierum ſunt, qui credant ideo poſitā, propterea quod puerperæ cum miſerius in pariendis fœminis confliċtentur, longiori ocio & immunitate indigere videntur.

Ne per incontinentiam virorum confectæ multo labore mulieres diuexētur, hoc legis prætextu muniuntur, quæ marem peperit, quadraginta dies, quia (vt nonnulli ſentiunt) totidem diebus conformatur in vtero mas: fœmina vix octogeſimo. Mihi vero ſimilius videtur, ob eam cauſam, quod cū difficilius fœminæ proferantur in lucem quanto natura humidior eſt, quam mas, puerperæ cō uenit ceſſare diutius. THEO.

Qui cum viderit lepram in cute, & pilos in al- Leui. cap. 13.

in album mutatos colorẽ &c. Quid ſibi vult tam diligẽs de lepra præceptũ? Per corporis morbos animi affectus denotãtur, & ex inuitis nolitiſque redarguit voluntaria. Si enim naturalia viderẽtur impura multò magis q̃ à noſtra ſententia ſunt, argui deberẽt. De lepra differẽtias explicat, quoniã & peccatũ multiplex eſt, ſuũmq; principiũ habet, quẽadmodũ & lepra. Atqui à ſacerdote dignoſcitur lepra, ſic & animæ ægritudines diſcernere, curareq́; ſpectat ad ſacerdotẽ. Lepra etiam quandam coloris varietatẽ ex etymo ſuo ſignificat. Quo etiam modo afficitur animus noſter peccati labe correptus.

DIOD. Addubitãt multi q̃obrem leproſus habeatur immũdus, itẽque cui ſemẽ vigilãti profluit aut dormiẽti: cur etiã puerpera, & quicunq; cadauer attigerit. His ego hoc pacto occurrere ſoleo. Lex vmbra quædã eſt in reb. corporeis Iudæos quaſi pueros exercens, vt ſi quid prætermitteretur nullius fere momẽti foret, ꝙ ſeruaretur, paratiores faceret ad capeſſendã perfectiorẽ legem: quę ſanè ratio omnia ſummatim amplectitur, quę iubẽtur à lege. Cùm præterea animaduertimꝰ nihil iſthæc ãte Moſem feciſſe ad pietatẽ, nec ſi ignorata erãt à quoquam attuliſſe

impedi-

impedimentum,multò magis noſtra hęc ſententia confirmabitur. Accedit Domini noſtri teſtimonium: Non quæ,inquit, intrant in os polluunt hominem, &c. Paulus item: Circumciſio nihil valet. Et ad Noem: Omnia,inquit, velut olera comedetis. Permittit etiam per Moyſem vxoris diuortium, per alium verò Prophetam penitus vetat: Mulierem,inquit, tuæ iuuentutis ne deſtituas:Si o-odio ſuadente dimiſeris eam, impietas obducet cogitationes tuas. Multa id genus afferri poſſunt, quibus facile intelligere poſſumus, nihil eſſe immundum, niſi turpis affectus,is ꝓprie cõtura natrã eſt, nã quæ natura duce proueniũt,quas habent inmundicias?Quod ſi quis leproſum re vera dicat impurum,nõ repugno. Eſt enim ferè cõtra naturã, & à radicibus immũdis:nã ſi quis intépeſtiue ad puerperã accedat,& ſanguis ille,qui à natura excernebatur in embrionis coagulũ deriuatur & imbecillior fit purgationis natura,& ꝙ in lucem prodibit,ita afficitur, vt in lepram feruor ille putridi ſanguinis facile inhorreſcat, præſertim ſi ſub feruido cœlo degat. Non mirum igitur,ſi de lepra ita ſollicitus eſt Moſes,vt de veſtibus etiam leproſi diligenter caueat.

Voluit enim metu tantæ calamitatis ſuos ab intempeſtiuo concubitu perterrere. De ſeminifluuijs eadem ratio, vt ex negocio hoc impuritatis cautiores reddat in re venerea.

Leui. cap. 13.

THEO. *Si lepra operuerit omnem carnem à capite vſque ad pedes quicquid ſub aſpectum oculorum cadit, conſiderabit eum ſacerdos, & teneri lepra mundiſsima iudicabit.* Qua de cauſa qui totus leproſus eſt inter immundos non habetur? Et hoc legis humanitatem commendat. Nam vt in morticinis decreuit, ſi quid ceciderit in vas, inficitur quidem ex eo contactu, ſin in terram aut in lacũ nihil amplius: ita qui variam cutem habuerit, ſecernitur donec conualeſcat. Quem verò lepra ita inuaſerit, vt albicet corpore toto iubet deſperata ſanitate iam in populo verſari, ne ſolus deſtitutuſque vitæ reliquũ viuat. Quæ omnia ſpiritus naturam repræſentant. Fideles enim quam diu fratres macula alicuius criminis inficiuntur, cũ illis cibum ſumere prohibentur: cum infidelibus autem, ſi vocent, nihil impedit quo minus eamus. Apoſtolus enim fratrem, inquit, qui ſe in ordinem cogere noluerit, declinate: is ſanè eſt, qui aliqua lepra laborat: infidelis autem adſignificat,

gnificat, qui toto corpore leproſus naturalem colorem permutauit, quibuſcũ verſamur cõuiuimuſque. Scripſi, inquit Apoſtolus, ad vos, vt cum adulteris non cõuerſemini, neque id de omnibus huius mundi adulteris vel auaris vel idololatris, ſed ſi quis frater dicitur talis. Leproſus etiam detecto capite diſcinctuſque obambulare iubetur, quò facilius occurrens euitetur, perinde ac Apoſtolus de peccante decernit: Secedite ab omni fratre qui vobiſcum incõdite verſatur, neque ex ea, quam à me traditionem accepiſtis.

Qui cum viderit lepram in cute & pilos in album mutatos colorem &c. Procurſus deſcribitur ad voluptatem, quæ ſimul irrepſit in animum, afficit quidem & tentat illum, nondum tamen liquido apparet, irretitus ſit nec ne. At intra paucos dies in quam partem inclinabit, deprẽdetur. Leuì. ca. 13 APOLL.

Omnis cutis in candorem verſa ſit. Totum leproſum pro mundo lex accipit, vt oſtendat varium quod eſt ſemper odiſſe Deum, ſimplex verò præcipue amare. Nec aliter ſentit Beatus Ioannes: Quoad, inquit, fiat totus ſimplex in vnũ nouum hominem. Quod & in ſequen- Leuì. cap. 13.

tibus apertè magis explicatur. Vineam tuam non ſeres differenter, neque pallium induas dupliciter intextum. Iumenta tua non incant, quæ ſunt diuerſi generis.

Leui. cap. 13. *Veſtis lanea, ſiue linia, quæ lepram habuerit in ſtamine atque ſubtegmine, vel quicquid ex pelle confectum eſt, ſi alba vel rufa macula fuerit, infecta lepra reputabitur.*

THEOD. Eſt hoc, & illud quod de leproſa domo ſequitur documentum, quo monemur & plagas eſſe à Deo, quæ modo veſtes, modo domos inuadant, & clementiſſimum ſimul Deum, qui non peccantibus tales calamitates, ſed rebus inanimis infligabat: atque hoc in terra Chanáan tantummodo accidiſſe dicunt. Vnde domus Iſrael non iniuria leproſis ædibus adſimilari poteſt. Sepius enim tanquam leproſi lapides exempti ſunt & per Aſſyrios & per Babylonios, tum etiam per Macedonas. Cum verò is morbus poſtremo fuerit, qui nulla ratione ſanari potuit, funditus, prout lex iubebat, diruta eſt domus, & quicunque in eius conuentum accedit, fit perinde immundus ac ſi leproſam domum ingrediatur.

Leui. cap. 14. *Qui purificatur, offerat duos paſſeres viuos*

pro

pro ſe. Item paulò pòſt ad expiandam leproſam domum accipiet ſacerdos duos paſſeres, lignum cedrinum, & filium coccineum & hyſſopum, & alterum ex paſſeribus iugulabit in fictili ſuper viuam aquam. En tibi rurſus totum noſtri ſeruatoris myſterium, ſimulque ſacri baptiſmatis expiationem. Per duos enim volucres purgatur domus, id eſt per hominem ſimul & Deum. verbum ſiquidem erat de ſinu patris emicans in corpore de virginis vtero aſſumpto, vnus tamen ex vtroque Chriſtus, tametſi per duos paſſeres duæ illius naturæ exprimantur. Cedrus corpus Chriſti denotat nulli putredini addictum. Coccineus color cũ ſanguine ſalutis noſtræ congruit: hyſſopus verò feruorem repræſentat ſpiritus ſancti. calida ea herba eſt & frigidis medetur affectibus, quę vis eſt & opus ſpiritus ſancti. Capiet quidem is, qui leproſam domum expiabit, paſſerẽ viuũ, hyſſopũq; virgæ cedrinę cũ filio coccineo alligatũ immerget in ſanguine iugulati paſſeris ſup aquã viuã. Nõ aliter incredulitatis maculã potuiſſe abluere ſynagogam Iudęorũ, quã leproſa domꝰ indicat, lex admonet: quã per Chriſti expiationẽ

ac fidẽ

dextera auricula manus, pes quoq; dexter perungitur, auditum monemur mancipandum ſerijs dictis & ad mouendum manus pedesque non niſi factis honeſtis. Cum & capiti quoque infuderetur, mentis dedicationé arguebat. Quamdiu leproſus quis erat, extra caſtra degebat, vt tantiſper qui peccat eijciatur ab Eccleſia, dum reſipiſcat. niſi enim hæc omnia, quæ per Moſem diſponuntur in corporibus, ad ſpiritum referantur, ridicula plerunque videantur, parturiebant illa quidem veritatem, quam Chriſtus deinde peperit.

Loquere ad Aaron, ne temere ingrediatur in ſancta ſanctorum. Qua igitur die ingrediebatur Pontifex in ſancta ſanctorum? Decima ſeptimi mẽſis, quando propitium ſibi populoque Deum exoraturus erat: patet ex hoc loco ſolitum eſſe Dominum ſupra propiciatorium apparere: nec, quæ ſua eſt immenſa benignitas, in caligine fumóue, aût in igne, qualis populo Iſraelitico, ſed in lucida nube. Docet etiam quam diligentiſsime ritum huius ſacri, ſi ſecurus velit in ſancta ſacerdos penetrare. vitulum namque pro peccato ſuo offerri, arietemque comb[illegible] iubet. Duo vero hirci pro culpa tot[illegible] populi

Leui. cap. 16.

puli veniebant in ſortem, vter mactandus, aut exegendus in ſolitudinem, qui ob eam cauſam emiſſarius vocabatur, portans hic iniquitates populi longius à caſtris emittebatur. Quæ in eundē ſcopum diriguntur, in quem & paſſeres duos referri dicebamus: nam cum in vno vel paſſere vel hirco gemina Chriſti natura denotari non poſſet, idcirco altero opus erat. Qui enim occidebatur, carnis infirmitatem præfigurabat, per alterū verò, qui dimittebatur incolumis, diuina mōſtrabatur natura, nullis iniurijs addicta. Sic & beatus Dauid Domini mortem, reſurrectionē, aſcenſum perſtringit his verbis: Deus cum ingredieris coram populo tuo, cum pertranſieres in deſerto terra mota eſt, etenim cœli diſtillauerunt nubibus. Conſtat enim cum Dominus cruci affixus eſt, tremuiſſe terram, petras diſceſsiſſe, cœlum cōtracta luce luxiſſe iniuriæ exceſſum. Neque tibi videatur abſurdum, ſi Dominus per hircos uat paſſeres deſignatur. Nam & magnus ille Ioannes ipſum appellauit agnum. Præterea animaduertēdum non modo pro pijs obijſſe mortē, ſed pro impijs, quos hedos Dominus ipſe agnominauit, & in lege pro peccato he-

cato hedꝰ offerebatur. Adhæc æneũ illũ ſerpenté Dominus ipſe tranſtulit in ſuã crucem.Sicut,inquit Moſes ſuſtulit ſerpenté in deſerto,ſic oportet &c.Quę ſanè figura ſerpentis magis multo videtur aliena,q̃ typus hirci aut paſſeris. Omnia hæc ſaluté orbis inſinuabant, obiterque Iudæos admonebãt, dùm hircũ auferrẽt in deſertum, quoties in deſerto contra Dominum rebellaſſent, quot contrà à Domino beneficia recepiſſent, cuius etiam benignitate meritas aufugientes pœnas in promiſſas ſedes perueniſſent. Illud ex hoc ritu apertè cognoſcitur,altare ſuffituum citra velum fuiſſe.Quid enim diceret: Et accipiens manu compoſitum thymiana in inceſſum vltra intrabit in ſcenam? ſi illic ad arcam ſtaret altare thymiamatis? Neque temere additũ, vti ſepties irroretur ſanguis: noſtra ſiquidé vita ꝑ ſeptenos voluitur dies, ſingulis tãtũmodo dieb.magnũ quid par uũc peccans, totidé igitur aſperſionib. expiabãtur illi ſimulq; tabernaculũ. Cú verò tale ſacrũ operabatur,prẹter Põtificé intereſſe licebat nemini:dies is erat decimꝰ,& ſabbata ſabbatorũ appellabãt,ſicut& ſancta ſanctorũ.Erat em̃ hic p̃ter alia ſabbata apprime inſignis. Afflictióem

porrò ani-

porrò animarum ieiunium vocat. Solẽne erat hoc ſacrum, ſemelq́ue in anno fiebat ad myſterium Domini noſtri ſignificandum, quomodo enim Pontifex ſemel ingrediens ſancta ſanctorum eiusmodi ſacrum operabatur, nec minus & Dominus noſter mortem ſemel paſſus aſcendit in cœlum æterna redemptione inuenta.

CIRYL. Multiplici nos ratione lex de myſterio Chriſti erudire non ceſſat. En poſt duos illos paſſeres in alia re ſacra duo hirci eligebantur ſimiles omnino inter ſe ætate, colore, & magnitudine. Sortes itidẽ duæ ducebãtur, in quibus hircorũ nomina inſcripta erãt. Alteri nomẽ erat, domino: alteri emiſſario. Qui dominus ex hircis nominabatur rite iugulabant, atque eo ſanguine tabernaculum expiabant, quodque extimum erat altare holocauſtorum. Alter in viam heremum dimittebatur, vnde ſibi nomen emiſſarij vẽdicabat. Significabãt & ambo hi Chriſtum, qui mortuus eſt vt homo, & oblatus pro peccatis ſanctificauit eccleſiam, quæ per intimum tabernaculum exprimitur, expiauit etiam eos, qui cenſebantur in lege, quorum typus gerebat altare vbi legitime hoſtiæ offerebantur. At qui infe

Atqui inferiori ſuperior benedicendi ha bet autoritatē.in lege igitur non eſt con ſummatio, opus eſt illi Chriſto benedi- cente expianteque. Qui cum pro pecca- tis noſtris mortem obierit, rurſus reui- uiſcens profectus eſt in eam regionem, quæ nemini mortalium peruia eſt, ideſt, in cœlum. Parilitas verò ſimilitudoque hircorum inter ſe eundem ſub ænigma- te referunt Chriſtum. Nam cum fieri ne- quiret, vt occiſus hircus in vitam rurſus reuocaretur, portentum hoc fuiſſet, i- deo duo ex optima rerum diſpoſitione eligūtur ſimiles admodū inter ſe, vt ge- minam in Chriſto naturam, quam vnus exprimere non poterat, ſignificantius exhiberet.

Aſſumptoq́; thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit & hauriens manu com- poſitum thymiama in incēſum, vltra velum intrabit in ſancta. Nempe animum eius qui proximè Deum accedere velit, non tepeſcere oportet, ſed ſpiritu feruere, at que operibus, quæ per manus adſigni- ficantur, fulgere iuſtitiæ. Le. cap. 16 IVSTI. MART.

Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo te- ſtimonij, quod fixū eſt inter eos in medio ſor- dium habitationis eorum. Quamdiu ergo tabernaculum ſtetit, iubentur Iudæi ſer Le. cap. 16

uare legem, quæ ſecũdum carnem operatur, templo verò tabernaculoq́; ſublatis ceſſauit lex, ſpiritus aduenit.

Leui. cap. 17. *Si quis occiderit bouem, aut ouem, aut capram in caſtris vel extra caſtra, & non obtulerit ad hoſtium tabernaculi oblationem domino, ſanguinis reus erit.* THEOD. Hoc, q̃a nouerat nonnullorum impietatem, qui & Dæmonijs victimas offerebant. Quicunque igitur facere velit vel oue vel capra vel vitulo ad fores tabernaculi, ſanguinem ꝓfundat, ſi quis detrectauerit, tanquam cædis reus iudicetur. Quod ad idololatras clandeſtinos lex modo reſpiciat, ex his, quæ ſequuntur, liquido apparet: & adolebit, inquit, ſacerdos adipẽ in odorem ſuauitatis Domino, neque amplius immolabit hoſtias ſuas Dæmonibus. Atque hic legitimus ritus etiamnũ à Iudęis vſurpatur.

Leui. cap. 17. *Omnis anima ex vobis non comedet ſanguinẽ nec ex aduenis, qui peregrinãtur apud vos.* Aperta eſt & cauſa, quamobrem ſanguine veſci prohibentur, tum quia ſit anima ipſius carnis, tum quod ad exorandam expiationem pro anima impendatur. Quemadmodum tu, inquit, habes animam immortalem, ita & animantes, quæ ſunt rationis expertes habent

pro

pro anima ſanguinem, hanc ego pro tua offerri iubeo, cumque ille animæ locum expleat, ſi comedis, animam quodam modo videris comedere, quæ cędes merito appellari poteſt, neque aliud eſt, cur à morticinis veſcendis prohibentur, neque enim ſanguis illorum ſeorſum potuit effundi.

Ego Dominus Deus veſter. Quod Moſes vbique ferè vſurpat de Deo loqués, id Paulus filio Dei proprium adſcribit. Le.cap. 18.

Cuſtodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in ipſis. Animaduertendum eos, qui legem ſeruarent, veniſſe in ſpem futuræ vitæ, vtpote præceptis Dei obtemperantes. Le.cap.18.

Agrum tuum nõ ſeres diuerſo ſemine. Repetendum ſæpius, quod à nobis iamdudum dicebatur, per ea, quæ corpori referuntur, edocet lex, qualis eſſe debeat noſtra mens. Non enim reijcitur à Deo diuerſum ſemen, aut varia veſtis, quemadmodum vela ipſius tacernaculi Pontificũq; indumenta teſtantur: ſed cõtrarios mẽtis habitus odit, & ſubdola facta. Le.cap.19.

Veſte, quæ ex duobus contexa &c. Quam obrem linum ſimul cum lana prohibeat contexere, neque lineæ veſti aſſuere purpuram, ſed & in veſtium lapidũq; lepra Le.cap.19. ISID.

adeo curioſum eſſe, multa forēt animad uertēda: ſed illud pro tempore ſatis eſto. Voluiſſe legiſlatorem ſuos ad Philoſophiam deducere, habita tantummodo neceſsitatis ratione, delicijsq́ue reiectis. Nam linum, quod non ſit cum lana texēdum, varietatem exterminat: Quod pallijs purpura non aſſuatur, ſumptus inutiles & ornatum circumſcribit. Per leprā palliorum lapidúmue, nihil amplius eſſe poſsidendum, aut reſeruandum in arcis, quam ſit neceſſarium: nam indumentis ædibusq́ue annoſis ſolet eiuſmodi vitiū inhærere. Nihil, inquit, ſuperfluum poſſidebis, aut repones: ſed omnem ſollicitudinem in animę tuæ curam transferes. Quod ipſum ſi ab externis doceri iuuat. Et Socrates Dęmonico pręcipiens, in veſtibus, inquit, elegans eſto, at non laſciuus aut luxurioſus. Sed & Diogenes cū vidiſſet adoleſcentem comptiori, quam virum deceat, ornatu, ſi hoc, inquit, inter viros parum ſuccedit, inter mulieres iniquus es. Igitur ſi aliarum gentium viri ſapientes decoris & honeſti rationem habuerunt, cur nō eadem curaret ſanctus ille vir, qui ſuos cupiebat ab omni luxu mollicieq́ue alienos honeſtum grauitatemq́ue ſectari? quibus optimus viuendi

modus

modus inſtitueretur.

Neque in rotundum tundebitis comam, nec barbam radetis. Quid hoc eſt? Mos erat apud alias gentes, intõſos habere pueros vſque ad tirocinium, quando tondentes illi comam primamq́ue barbam in pixide Dijs dedicare ſolebãt. Præterea in defunctorum honorem turpiter ſibi genas radere lanciareq́ue, & ex brachio alióue membro emittere ſanguinẽ ad placandos Dæmonas. Hæc igitur omnia ſacra lex deteſtatur. Leuit. ca. 19. THEOD.

Qui ſupra vxorem filiam, duxerit matrẽ eius, ſcelus operatus eſt. In tota hac nuptiarum ratione videtur quibuſdam nõ nihil ocioſum: nam quis vnquam cum matre aut cum feris concumbere ſuſtineat? ergo Deum latebat quid factum aut fieri poſſet apud homines: nonne omnia hęc contra naturã, in ijs verbis deliteſcebãt, ſecundum ſtudia moresq́ue Aegyptiorũ, in quibus habitaſtis ne feceritis, neq; iuxta morem gentis Chanaan? Quaſi nõ fuerit Perſis trãſlatitium rẽ nõ modo cũ ſororibꝰ, ſed cũ matre filijsq́; frequẽter habere. Quæcunque, inquit Philo, immoderata voluptas apud alias gentes excogitauit hoc capite Moſes à ſuo populo excludit. Leui. cap. 20.

 Si

Leui. cap. 20. *Si quis dederit de ſemine ſuo dolo Moloch, morte moriatur.* Aedituos fieri ſacerdo-
THEO. teſque vetat Idolorũ, qui de gẽte ſua ꝓcreantur, ne tãtæ impietatis autores fiãt.

Scortum non ducet vxorem nec eam, quæ
Leui. cap. 21. *repudiata eſt à marito.* Qua de cauſa ſacerdotibus certas nuptias præſcribit? Quia ſacerdotem ſpecimen eſſe debet continentiæ, totumque eius genus vndecunque purum & inculpandum, quod conuiciatorib. nullam anſam præbeat. Vnde & Apoſtolus bonũ habere teſtimoniũ etiam apud alienos miniſtrum Dei oportere decernit, ne in probrum, laqueumúe diaboli incidat. Ex eodẽ manat, quod Iſraeliticam adulteram auferri de medio iubet, filiam verò ſacerdotis eadem peccantem comburi. At quodcunque manco aut maculoſo corpore eſt, reijcit à ſacris: vt per morbos, quibus inuiti afficimur, voluntarias ægritudines intelligamus. Cœcitas enim oculorum mentis ignorantiã ſignificat. auriculæ detruncatio, ob auditum & detractationẽ: narium diminutio priuationem diſcretionis: abſciſsio manuum, manças actiones, de alijs eodem pacto: neque ob aliam cauſam integra perfectaque animalia iubet offerri, niſi vt offerentes admoneat,

ſanas

ſanas habere operationes animæ. Cumque autorem ſemper bonorum & genitorem eſſe quodammodo perfectæ virtutis eum oporteat, qui diuinæ rei curam ſuſcipit, ideò caſtratum quoquomodo ſacris interdicit.

Septem diebus erunt ſub vbere matris ſuæ: die autem octauo, & deinceps offerri poterũt Domino. Cur pecudes octauo die, quàm fuerint natæ, iubet offerri? Nouerat optime nonnullorum impietatem & ingluuiem, præterea ſi quem fœtum vidiſſent adultum iam & generoſum, retinuiſſent ſibi alium offerentes, ideò recens ortum mactari iubet. Leui. cap. 22.

Numerabitis ergo ab altero die ſabbathi, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum ſeptem hebdomadas plenas, vſq; ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt, quinquaginta dies. De nouis frugibus prius edere vetat, quam manipulos offerãt, quod cũ Paleſtinus ager calidior ſit, fructus præcoces ſubmittit, nullus igitur audeat ante Paſcha nouas carpere fruges, quo die manipuli offerentur: à quo deinceps ſeptem hebdomadæ enumerãdæ ad celebrandum feſtũ Pentecoſtes in memoriam eius diei, quo in promiſſas Leui. cap. 23.

ſedes peruenerunt, vbi primùm arare ſe- rereque cœperunt, nullo amplius de cœlo manna rorante. Cùm ergò tempus & Paſchatis, & Pentecoſtes certum definiſſet, docet quid ſit ſeptimo menſe faciundum, & calendis præcipit feſtum tubarũ, in monumentum clangoris, quo perſtrepuit mons Sina, quo tempore lex promulgata eſt. Decima verò ipſius menſis ieiunos exigit homines: ea enim dies conciliationis appellabatur: Humiliabitis, inquit, animas veſtras à nono menſis veſpere. Idibus verò feſtum tabernaculorum celebrare iubētur, non ad ſeptimum vſq; diem, quemadmodum alia feſta, ſed octauum etiam adijciendum commemorat. Et dies, inquit, octauus ſanctus erit vobis & celeberrimus.

Leuit. ca. 24. *Qui blaſphemauerit nomẽ Domini, morte moriatur. Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur.* Rectè admodum maledicentes Deo lex cōpulat cum homicidis. Blaſphemus enim cùm Deum nequeat manibus conuellere, cœlo, aut de medio tollere lingua, qua pollet, deijcere conatur.

Leui. cap. 26. *Septimo autem anno ſabbathum erit terræ, requietionis Domini.* Quamobrem ſeptimo anno tollitur agricultura? Quod ſuperfluum

perfluum eſt à lege reijcitur, ſed & terra cum continua aratione defatigetur, vt fructus lætiores redderent noualia, ideo feriatam terrã ſeptimo quoque anno voluit: quæ verò ſponte ſua naſcerētur, metere colligereque noluit poſſeſſores ad benignitatem edocēdam erga viduas, pupillos, aduenas. Præter hoc & aliud intēdit: nam & iubileũ quinquageſimo quoque anno inſtituit, vt intelligerent nihil mancipio poſsidere, ſed vſu omnibus omnia dari. Ego, inquit, hæc vobis dedi, & mei ſunt ſerui filij Iſrael, quos, & c. Le.cap.25.

Sanctificabisq; annum quinquageſimum, & vocabis remiſsionē cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipſe enim eſt iubileus. Erat apud Hebræos ſeptimus quiſque annus ſacer & ſanctus, à ſeptem verò hebdomadis annorum, id eſt, poſt annos quadraginta quinque, is qui primus octauus ſuccedebat, maxima omnium religione celebrabatur. Omnia typus erant & huius ſeculi, quod per hebdomadas circumagitur, & futuri, quando dimittetur omne debitum, nullusque non liber erit in antiquam patriam reuerſus, vbi nihil proprium, caput omnis noſtræ iniuſtitiæ, ſed omnia omnibus communia.

Tunc grata erunt terræ ſabbatha cunctis Leu.ca.27.

 diebus

diebus ſolitudinis ſuæ. Quid hæc ſibi volũt paulò pòſt exponitur, *& vos eritis in terris inimicorum veſtrorum*, apud Babyloni os ſcilicet quo tempore inculta penitus regio veſtra ſabbatum aget, id eſt, ceſſabit ab aratione & ſemente annos ſeptuaginta, quando etiam ij, qui in Babylonica obſidione famem vel cædem aufugerũt, ad ſtrepitum fragroremq; filiorum trepidantes in Aegyptum ſeceſſerũt, perinde ac Hieremias fuerat vaticinatus. ꝙ à calamitatibus bene de illis promeriturum pollicetur, reſpiciẽs non ad eorum facta, ſed ad memoriam ſuorum patrum benignitatis clementiæque ſuæ cauſam commemorat: nam vt promiſsis ſtet, iniquitates, ait, illorum ſuſtinere. De Iacob verò primum meminit, quia ſolus is fuerat illorum omniũ pater. Iſaac enim & Idumæorum generis eſt autor, Abraham quoque Iſmaelitarum. A poſtremo igitur venit ad Abraham, quo cum fœdus percuſſerat.

Le, cap. 27. *Homo qui votũ fecerit & ſpoponderit Deo animam ſuam ſub æſtimatione dabit pretiũ.* Si quis ipſum ſe Deo dicauerit, voluerit que ſe tamen redimere, pro ætate conditioneque hominis conſtituetur, quod ſi deuotus ſoluendo non ſit, ſacerdotio

iudicio

iudicio committitur. Id autem lege cauere voluit, prouidens Deus multos voti pœnitẽtes, fore aliter apud ſe voti ſemper reos.

Ad menſuram ſanctuarij. Iuxta pondus quod paulo inferius definitur, de quo etiam in fabrica ſanctuarij. Le.cap.27.

Omnis conſecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, ſed morte morietur. Vt de interimẽdis hoſtibus ſæpius factum eſt. cum alijs alias, tum ijs qui in Hiericunte obſidebantur. Le.cap.27.

(∴)

IN LIBR.

IN LIBRVM, QVI INSCRIbitur Numeri.

Num.cā.1. *TOllite ſummam totius congregationis filiorum Iſrael per cognationes & domos ſuas, & nomina ſingulorum, quicquid ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſuprà, omnium virorũ fortium ex Iſrael, & numerabitis eos per turmas ſuas, tu & Aaron.*

THEO. Quamobrẽ voluit Deus, vt populi cenſus cõderetur? Vnde patet, quamobrem liber Numeri inſcribitur. Nempe vt ſuorũ promiſſorum fidem perſoluiſſe demonſtraret. Dixerat enim ad Abraham: Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & ſicut arena, &c. Nam de quinque & ſeptuaginta hominibus, qui deſcenderant in Aegyptũ, breui ad ſexcenta tria milia & ſexcentos quinquaginta pullularũt, totidem enim percenſi ſunt, qui bello idonei eſſent: neque in eo cenſu comnumerata eſt tribus Leui, neque alij omnes qui per ætatẽ haberentur ſimul cum fœminarum cœtibus imbecilles. Merito igitur Eſaias, reſpicite, inquit, ad Abraham patrem veſtrũ, & ad Saram genitricem veſtram. Vnus ille

ille erat, & vocaui illum, beneque illi dicens multiplici ſobole ditauit. Tu velim ex hoc etiam mihi conſideres, in cenſum Dei & in librum vitæ nullam ætatem referri, niſiquæ virilis & idonea ſit bellis tentationum perferendis.

Ad orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus ſui: eritq; princeps filiorum eius Nahaſſon filius Aminadab. Nu. cap. 2. Vide ſtationum certas ſedes, nam regiam illam tribum, vnde Dominus noſter, quantũ ad corpus, proditurus erat, conſtituit cũ ſacerdotibus ad Orientem ſolem: Ipſi verò Dã boreale attribuit clima. A facie ſiquidem Aquilonis exęſtuabunt mala in omnes habitatores terræ. Quemadmodum in benedictione illa Iacob dicebamus, ex tribu Dan maximus deuaſtator emerget, qui ſibi Chriſti nomẽ vindicauit. Iudas ergò ad auroram merito tẽdebat, quãdoquidẽ de Domino noſtro clamitant Prophetæ. Ecce vir, oriens nomẽ illi. Et timentibus Dominum exorietur ſol iuſtitiæ. Item: Sedentibus in vmbra mortis lux orta eſt. Dirimebatur autẽ totus exercitus quatuor caſtris, quib. terni principes præerant.

Applica tribum Leui in conſpectu Aaron, vt miniſtrent ei. Nu. cap. 3. At quæ erant munia ſacer-

ſacerdotum,& quę Leuitarũ? Ex his, quę loquitur Dominus, planum hoc eſt. Sacerdotis nẽpe officium eſt, ſacrificia offerre. Leuitæ vero & ſacerdotum miniſtri erant, & æditui, tabernaculique cuſtodes. Illud verò, quod ſubinde ſequitur, *quibus traditi ſunt à filijs Iſrael*, certius paulò pòſt patebit, cap. ſcilicet octauo.

Num. ca. 3. *Numera primogenitos ſexus maſculini de filijs Iſrael ab vno menſe & ſuprà, & habebis ſummam eorum.* Cur primogenitos Deus percenſeri iubet? Quia tribum Leuiticam cùm ſacris totam dedicaſſet, immunemque penitus à bellorum labore feciſſet, mirum non erat, ſi qui ex alijs tribubus reperirentur, qui tali, tantóque priuilegio indignarentur. Hanc igitur vel inuidiam vel expoſtulationem Dominus cõmitigat hoc cenſu. Quo enim tempore Aegyptorum primogenitos ſuſtuli, primogenitos veſtros mihi ſeruaui, pro quibus nunc Leuiticam tribum allegi, vt mihi miniſtret in ſacris: qui vero ad numerum Leuitarum ſuperſunt ex alijs primogeniti, quinis redimantur ſiclis, vt ſuum quiſque ius ferat.

Num. ca. 3 *Accipies quinque ſiclos per ſingula capita ad menſuram ſanctuarij.* Qui nunc ſi-
SEVER. clus obolos viginti pendere dicitur, in

Exodo

Exodo didrachma appellatur totidem obolorum, quod olim à Domino per Petrum exegerũt eius rei præpoſiti, quia primogenitus eſſet.

Extendentq́; deſuper pallium totum hyacinthinum & inducent vectes. Quid? quod ex vaſis ſacris alia cõtegi iubet hyacinthinis velis, alia purpureis? Nũ vaſa alijs alia nobiliora, quæ nobiliori etiã inuolucro inſigniuit, hyacinthino ſcilicet, viliora aũt purpureo? id quod in ratione tabernaculi ſeruatũ eſt. Nam in penetralib. hyacinthinus color renidebat, cœlum indicans, vbi nulla ſupplicia delictorum inaudiuntur: extrinſeçus purpura fulgebat inſigne terrenæ poteſtatis, quæ ſcelera ſanguine ſolet expiare. Hinc etiã licet animaduertere, quanta religione ſacra tractare deceat, quamq́ue prophani lõgius ſint abigendi. Iubet enim ſacerdotes Arcam & quæcunquę erant in adytis velare ſuis manibus, prius quam populus Caath erigat ad geſtandum, alioqui ex improbo viſu perirent. Eò quoq; pertinet illud. Num.cap. 4. THEO.

Intrabunt filij Caath, vt portent inuoluta & nõ tangẽt vaſa ſanctuarij, ne moriantur. Ne baculo ſuſpendentes ſacra poſtergarent, néue plauſtris imponerẽt, Num.cap. 4. EVSEB.

quæ ſu-

quæ ſuis humeris geſtare iubentur, ſancta ſanctorum.

Num. cap. 4. *Cũ baſibus paxillis, & funibus ſuis.* At in Exodo, vbi totus ſcenæ apparatus diligenter exponitur, nulla fit mentio funium. Ergo de neceſsitate additæ ſunt, quibus columnarum faſces alligatæ commodius veherentur.

Num. cap. 5. THEO. *Præcipe filijs Iſrael, vt eijciant de caſtris omnem leproſum & qui ſemine fluit pollutuſque eſt ſuper mortuũ.* Cur miſeros tales homines degere iubet extra ſepta omnium caſtrorum, trina ſiquidẽ erant? An quia per hæc quæ vidẽtur minimæ culpæ, maxima crimina denotat? Nam ſiquis pollutus ſuper mortuo, id eſt, is qui tetigerit cadauer, vel oſsibus demortui hominis manus admouerit, reijcitur ab aliorum contubernio, quanto magis ille, qui ad mortem cauſas dedit? Si leproſus habetur immundus, multò magis abominãdus erit is, q multiplici crimine ſquallet Quid? ſi deuitatur Gonorræus, adulter qua ſe ratione tuebitur? Nam ſi quod propter voluntatem fit, damnatur, quã deteſtabile fuerit, quod voluntas exequitur.

CYRIL. Deum non adeo curioſum fuiſſe crediderim in eiuſmodi corporeis morbis: ſed ex ijs,

ſed ex ijs, quæ corpori accidunt, voluiſſe nos animi ægritudinum admonere. Per leproſum nẽpe intelligere voluit eũ, qui ex operib⁹ carnis quaſi maculoſe diſtinctus tendit ad mortem. Seminifluens verò eſt, qui mentem non ceſſat quotidianis inficere pollutionibus, & vtilia proijcit in res inutiles. Polluitur item in mortuo, quicunque ſe culpis aliorum implicarit. Vnde Paulus: Te ipſum ſeruato ſanctum, neque communices cũ peccatis alienis.

Si vir aut mulier fecerit ex omnibus peccatis, quæ ſolẽt accidere hominibus, & per negligẽtiam tranſgreſsi fuerint mandatũ Domini, confitebuntur peccatum ſuum, & reddent ipſum caput, quintamq́; partem deſuper ei, in quem peccauerint. Num. cap. 5. De leuioribus culpis agitur, quas infirmum genus humanum habet in procliui. THEO. Adeò enim viciſſitudini ſubiecta eſt hominum natura, vt fieri non poſsit, quin ſæpius labatur. Nemo, inquit, ſine labe eſt, ne vnum quidẽ diem vitæ ſuæ. Quocirca Dauid: Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia nullus in conſpectu tuo iuſtificabitur. Solius eſt hoc Chriſti Domini noſtri, qui vt Eſaias teſtatur, peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Po-

tuit igitur aliorũ peccata ſuſtinere, qui ſuorum penitus erat liber. Merito Ioannes inclamauit: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Atq; ideò inter mortuos dicitur liber, vt qui mortem obierit iniuſtam, & iniquam ſuſtinuerit damnationem.

Num.cap. 5. *Offeret oblationem pro illa decimam partem ſati farinæ hordeaceæ.* Cur hordeacea offertur ꝓ ſuſpecta adultera? Ipſe ſe Dominus explicat: Eſt enim, inquit, ſacrum zelotypiæ, ſacrificiũ redargutionis, peccatũque cõmemorans, vnde neq; thure, neque oleo dignatur, vt omni fragrantia lumineq; iuſtitiæ careat. Voluit hoc lege cauere Deus conſcius quàm procliue eſſet ingenium eius gentis leui de ſuſpicione, ſanguinem profundere: examen igitur zelotypiæ ſibi, quem nihil præterit, reſeruari voluit, detectoque capite ante tribunal ſuũ fœminam ſiſti, vt ex eo habitu hominem commoneat, nihil eſſe non detectum Deo.

Num.cap. 6. *Vir ſiue mulier cum fecerit votum & ſe voluerit Domino conſecrare, à vino & omni, quod inebriare poteſt, abſtinebũt.* Quid hęc

THEO. ſibi volunt? Cõplura ſunt, quæ Deo ꝓmittere ſolebant ex voto. Alij ſacrificia, alij pecunias vouebant, nõnulli ſe ipſos.

Sunt

Sunt q abſtemij p certos dies eſſe volũt ita, vt non modo à vino ſed à cęteris voluptatib. abſtinerẽt, quos Nazaręos vocabant, & intonſi, de quib. Iacobus ille meminit, cũ Paulo conſuleret: Sunt, inquit, apud nos quidam votum habentes ſuper ſe &c. De huiuſmodi voto nũc agitur Nazaræòrum. Sanctus eſt qui comam nutrit, vt qui Deo caput ſuũ dedicarit, cuius capillum tondere nefas prius, quã voti dies eſſent cõpleti. Quod ſi cauſa hominis demortui alióue caſu tenor ille dierũ impeditus vitiatusque fuerit, ſtatim radat caput, non tantũ ipſo vitij die, ſed etiã ſeptimo, vt quos capillos prętcrijſſet nouacula emergẽtes tollerẽtur. Agnus turturesq; pro inſtaurãdo voto offerũtur ita, vt nulli cõputẽtur dies abſtinẽtiæ qui pollutionẽ prçceſſerĩt: denuo iterandũ votum, quo legitime ex antlato docet, quo ſe ſacrificio reus liberabit, agno quidẽ faciẽs in holocauſtũ, agna verò ꝓ peccato. Nam quæ pecudes pro peccato offerebantur, fœmineiſexus erant. Peccatum ſiquidẽ committitur frigeſcente ratione. Armũ verò brachiũmue coctum, quod ad manus Nazaræi porrectum recipitur à ſacerdote, promiſſum arguit eſſe ſolutum:

 indi-

inditium eſt pars ea corporis perfunctæ operationis. Atq; hæc omnia, vt eos redderet accuratiores in votis tam concipiendis, quã abſoluendis, cautioresque in ſanctitate tuenda, nam qui maculam ſibi inducit, ſupernæ indiget expiationis, dummodo pœniteat. Paulò mox formulam benedictionis adiungens cõmonet optandam in primis eſſe gratiã, muneraque diuina. Id enim ſignificat: benedicat tibi Dominus. deinde vt cõceſſa ſeruentur, ſequitur enim, vt cuſtodiat te. In ſecũda verò benedictione aduentum vaticinatur Domini noſtri, oſtẽdat, inquit, faciem tuam ſibi & miſereatur tui. Nihil enim aliud ſecum attulit Dominus quàm miſericordiã, qua nos cum patre conciliauit, id quod aperte ſequentia demonſtrant. Conuertat Dominus vultum ſuum ad te & pacẽ tibi det. In quam ſententiã Apoſtolus: ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnũ. Illa verò, exceptis his quæ inuenerit manus eius, tollũt legis pręfinitũ modũ, quaſi dicat, ritus talis debetur oblationis, poterit tamen aliquis aliquid ſuperaddere, modo quæ lex iubet non imminuat.

CYRIL. Pleriq; Græcorum ſtolidiſsimi & belluarũ more viuentes in gratiam ſuorum Dæmo-

Dæmonum capillũ barbámue ſubmittere conſueuerunt, alius nymphus, alius genio alicuiusfluminis, quã certo tẽpore tondeant in eorum gratiã. Moſes itaque ſapientiſs.: imò per Moſem Deus ijs, qui ſuperſtitionẽ illã obliuiſci nõ poterãta eandem ferè cõſtituit, vt paulatim Deo nõ Dęmonijs obſequentes exuant impietatẽ, & in vmbra quadã atque imagine veritatẽ admittãt religionis: quod ipſum & in ſacrificijs etiam inſinuare tẽtauit. Cruentas enim hoſtias parum libẽter accipit, nec delectatur ſanguine De9, quemadmodũ apertè per Eſaiam declarat: Quis enim, inquit, requiſiuit hoc de manibns veſtris? Per caput aũt, quæ mẽtis eſt ſedes, mentẽ demonſtrat: per capillos, qui de capite pullulãtes caput exornant, cogitationes ſunt, quę à mente proficiſcũtur honeſtæ, quibus nunquã ſpoliari animus veſter debet, ſed florere Deo ſemper, quotidianos fructus ſubmittens optimarum actionum.

Et radant omnes pilos carnis ſuæ. Cur Leuitas cum ſanctificare voluerit, totũ corpus radere iuſsit? Quia pili omnes cùm ſenſu penitus careant, pro mortuis cenſentur. At verò Deus miniſtros ſibi verè viuentes amat ita, vt nihil ſit Num. cap. 8. THEO.

 in illis

in illis mortuum & ſine ſenſu. Quare Paulus, CHRISTO, inquit, crucifixus ſum, viuo autem non amplius ego, ſed viuit in me Chriſtus, vt qui ſanctis me operibus addixi.

APOLL. Quod Leuitas tonderi iuſſerit, id voluit ſignificare, totum quod à materia eſſet craſsioriſque naturæ auferri deberi ab alijs, qui DEO miniſtrant. Nihil vtique tale apparuit in Iacob: leuis homo erat: ſed in Eſau excreuerāt villoſa membra.

Num. cap. 8. *Quoniam dono dati ſunt mihi à filijs Iſrael.* Nullius rei indigus, atque adeò nihil accipiens, aliquid accepiſſe fatetur, vt

PHILO. pietatem ſtudiumque religionis imprimat in animis noſtris. Damus igitur & accipimus viciſsim à Deo, ſed vt illud impropriè dictum eſt, ita hoc ex ipſa re verum arguitur.

Num. cap. 8. *A viginti quinque annnis & ſuprà ingredientur, vt miniſtrent in tabernaculo fœderis.* Cur à quinto & vigeſimo anno ad vſ-

THEOD. que quinquageſimum Leuitas operari decernit? propterea quòd prima ætas exactam non habet malorum bonorumúe rationem: poſtrema verò imbecilla eſt. Eximit igitur adoleſcentes & ſeniores: illos, quia animo imperfecti, hos

hos corpore imbecilli. Leuitarum pleraque munia robur corporis exigebant, à quibus quinquagenarij immunes cuſtodiæ tantum ſacrorum addicebantur.

Ecce autem quidam immundi ſuper animam hominis, qui non poterant facere Phaſe in die illo, & accedētes ad Moyſen & Aaron dixerunt ijs, Immundi ſumus ſuper anima hominis. Qua de cauſa celebrare Paſcha non poterant immundi ſuper anima? Coniuncta ratio eſt cum interdicto: nam quibus erat funeſta domus lex ſanxerat immundos, atque ideò feſto intereſſe vetabantur. Accidit hoc Ieſu Naue, qui Gabaonitas excepit. Reſpondet itaque oraculum, vt quos occupaſſet tale vitium, aut qui peregre fuiſſent in itinere, quartadecima die ſequentis menſis, id eſt, ſecundi Paſcha ſuum celebrarent, quando impedirentur, quo minus quartadecima primi ſacro perfungerentur legitimo loco. Is poſtea fuit Hieruſalem, potius enim tēpus prorogare, quàm fieri Paſcha voluit non ſuo loco. Admittebantur etiam proſelyti, vt vocationem gentium ad verum Paſcha, qui Chriſtus eſt, inſinuaret.

Num. cap. 9.

Num.cap. 9 APOLL. *Homo qui fuerit ſuper anima immundus faciat Phaſe Domino in mēſe ſecundo, quartadecima die menſis ad veſperam.* Iudæus profecto talis eſt, qui Dominū occidit, in itinere autem & procul ab Hieroſolymis, id eſt, ab eccleſia idololatra eſt & hęreticus. ij neque verum Paſcha, neq; ſuo tempore celebrant.

Num.cap. 10. THEOD. *Filij autem Aaron clangent tubis.* Cur ſacerdotibus clangere tubis demandatur? propterea quod ſacra res erat: vocationem namque Dei denotant tubæ, vt ſint, inquit, in monumētum coram Deo veſtro, ego Dominus Deꝰ veſter: ſimulque populo reuocarent in memoriam, quāto tubarū ſtrepitu in monte ſina perterruiſſet illos. Dauid igitur nō ſine cauſa: Buccinate, inquit, in Neomenia, tuba.

Num.cap. 10. *Dixitq; Moſes Hobab filio Raguelis Madianitæ cognato ſuo: proficiſcimur ad locum, quem Dominus daturus eſt nobis.* Cur ſocerum ſuum Moſes, quē in Exodo Iothor appellauit, nunc Raguel vocat? geminū erat illi nomen, quomodo Iacob & Iſrael vnum & idem erat: Item Simō Petrus, Thomas Didymus. Huius autem filius erat hic Hobab.

SEVER. Patet ex hoc loco, quod cum Iothor ſiue Raguel domum redijt cum filijs & vxore

vxore Moyſis, vt in Exodo refertur, filium hunc Hobab reliquerit apud Moyſem generum: ille ad hunc vſque diem caſtra ſecutus eſt, imo vnà cum affinibus in promiſſas ſedes penetrauit, nam de diſceſſu nulla mentio eſt. Incedebant agmine quadrato, vt tabernaculum in medio geſtaretur, conſpicuuſque eſſet Dominus pariter omnibus.

Surge Domine, & diſsipentur inimici tui, & fugiant qui oderūt te a facie tua. Animaduertendum omnia ferè verba, quib. funduntur preces imperandi modum ſeruare, loco tamē optandi accipiēda ſunt. Surge igitur ſignificat vtinam ſurgas, ita pater noſtrer adueniat regnum tuum. & da nobis panem &c. id eſt, exoptamus vt adueniat regnum tuum, panemque des nobis quotidianum. Num.cap. 10. ORIG.

Interea ortum eſt murmur populi quaſi dolentium pro labore contra Dominum. Iudæi de ſeruitute Aegyptiorum liberati, decies cōtra Dominum tumultuati ſunt diffidentes illius potentiæ. Primùm, cū viderent Pharaonis exercitum ceruicibus ſuis imminētem. Deinde in Merà ob aquæ amarorem. Poſtea quando ollas, carnes & panes Aegyptiorum deſiderantes acceperūt manna primaſque coturni- Nu.cap.11. ACAC.

turnices. Quarto cùm ſibi timentes à fame de manna pluſquam diurnus cibus exigebat, collegerunt. Quinto cùm detrectarunt religionem vel ſabbato colligentes. Sexto in Raphidim ſiti laborantes. Septima impietas in Choreb conflato aureo vitulo, quem pro Deo colerẽt. Octauo loco, cum ne diuino quidem numini parcentes liberè de Deo conqueſti ſunt, quam ob cauſam bonam partem caſtrorum abſumpſit ignis. Nono cum iterum deſiderio obſoniorum vicem ſuã lamentantes, iterum coturnicum ſtolo ſaciantur. Poſtremo, quo tempore decẽ ſpeculatoribus audientes contra Chananæos pugnã detrectarunt. *Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri, niſi Mã.* Dolent improbi vnum tantummodo cibi genus habere, qđ ſibi eundẽ ſemper ſaporem referret, cum multiplex ex manna conficeretur? Nã ꝑterquã qđ ros ille erat aſpectu iucũdus perlucidusque ita vt Chriſtallo bdelioq; lapidi aſſimilaretur, & mola effringebatur in panificium, & mortario contundebatur in obſonium, elixabatur, torrebaturque par dulcedine melli, vt meminit Exodus, & vncto non cedens oleo, vt hoc loco adiungitur. Vnum denique multiplex erat,

Num. cap. 11.
APOLL.

rat,neque diſsimilis cibus ei, quo noſter
animus paſcitur, qui cùm vnus ſit,multis
viribus præſtat :cum & gratiarum multæ
ſint differentiæ in vno eodemque ſpiri-
tu: & ſpiritus ipſe cùm vnus ſit,multiplex
etiam dicitur

Donec exeat per nares veſtras & vertatur Num.cap.
in nauſeam. Alij legunt vertatur in chole 11.
ram, alij in perditionem. Nam voracitas THEOD.
carnium plerunque cruditatem facit:in-
de morbos.Plurimis etiam indignitatem
Dei contraxit in interitum.

Et ait Moyſes : ſexcenta milia peditum Num.cap.
ſunt:& tu dicis, Dabo eis carnes menſe inte- 11.
gro? Quid hoc eſt?Propheta promittente
Deo adhuc addubitat. Atqui non modò
Propheta erat,ſed etiam homo. Admone
tur autem à Deo : Nunquid,inquit,ma-
nus domini reducta eſt?mox cognoſces,
&c.& pœnas non ſine benignitate denũ-
ciat. Num.cap.

Cumq; in eis requieſſet ſpiritus,prophetaue- 11.
runt:nec vltra ceſſauerunt. Quamobrem ij
ſeptuaginta viri ſimul præpoſiti ſunt, va-
ticinabantur,prætereà nunquam ? Quia
non ad prophetiam,ſed ad œconomiam
præfecerat eos:nam & hoc inter ſpiritus
dona cenſetur. Vnde Paulus cũ Apoſto-
lis,prophetis,,magiſtris,gratiá coniunxit
ad-

adminiſtrationis, verum vt innoteſceret populo, dono prędi tos fuiſſe diuino, nõnihil ſtatim vaticinati ſunt.

Num. cap. II. *Eldad & Modad prophetant in caſtris.* Cur ij prophetæ, non tamen cenſi in numerũ ſeptuaginta? Veriſimile eſt illos eadẽ dignitate virtuteq; cũ cenſis præſtitiſſe, vnde eiuſdem doni facti ſunt participes. Admonet locus multos inter homines iacere ignobiles, quos eleuat ille, cui omnia patent: eadẽ ratione & in Cornelio ſtudiũ Dei anteuertit hominũ miniſterium, prius enim quã baptizaretur, afflatus eſt ſpiritu ſancto. Indicat etiã locus, quàm liberali eſſet ingenio Moſes, qui nulla inuidia laborabat, nã cũ Ioſuę cõſilio impelleretur, vt illis ſilẽtiũ imponeret, corripuit hominem grauioribus verbis. Quamquã nec ipſe Ioſuæ motus eſt inuidia: ſed quia verebatur, ne qua ſeditio cõcitaretur in populo. Nam & verba, quib. vtitur, liberant illũ ab eo affectu, & laus etiã qua celebratur à ſcriptore in ſuis monumentis.

Num. cap. II. *Auferam de ſpiritu tuo & tradam illis, vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris.* Auferrę dicitur Deus de ſpi-

CYRIL. ritu, quo præditus erat Moſes, lectiſque viris indere, vt vno eodem ſpiritu credamus

mus tam noſtros maiores, quàm nos ipſos qui præter numerũ videbamur ſanctificari. Sicut enim pater vnus, & vnus filius, ita & ſpiritus ſanctus vnus eſt, quo olim prophetæ, nũc afflãtur Chriſtiani.

Vnum eſſe indiuiduum dicimus, velut totum quoddam: dicimus etiam & habere partes, vnum ſcilicet & eſſe, ita tamen vt in qualibet parte totum ſit integerrimum vnũ & eſſe, vt in hiſtoria Moſeos patet, vbi auferam, inquit, de ſpiritu qui in te eſt. Proclus in Parmen.

Adhuc eſcæ corũ in dentibus erant. Quid? peccantes ſtatim plectuntur? Recens lata lex erat, & primis exemplis delinquẽtes deterrere oportuit, quanquàm cum ſupplicio coniungitur clementia Dei. ſimul enim pœnituit illos, veniã ſuccurrit. Quod autem neceſſarium fuerit de impijs ſtatim ſuppliciũ ſumere, quæ ſecuntur aperte declarant. non enim prius ceſſauit incendiũ, & illi Aegypti memoriam repetunt, in his etiam quæ appetitum potius proritent, quam naturæ ſatisfaciant, non igitur ab re de Manna hiſtoria repetitur, vt exaduerſo ingratus illorum animus argueretur. Num. cap. 11. THEO.

Congrega mihi ſeptuaginta viros de omnibus Iſrael, quos tu noſti quod ſenes populi ſint Num. cap. 11.

li ſint ac magiſtri. Docetur à Domino legiſlator, populum non humana ſapientia regi, ſed numine diuino. Cumque de ſpiritu illius partem in ſeniores tranſlatum dicat, id non vt imminuat, ſed vt liquido cognoſcat iam habuiſſe vires tãto oneri pares, quibus vel ſolus tantam multitudinem ſuſtinere potuiſſet. Nam etſi ſpiritus in alios diffundebatur, ipſe poſthac non minora muñera obibit. Quemadmodum ab inflãmmãta lucerna innumerę aliæ mutuentur lumen, nulla tamẽ deriuatione fons ille lucis decreſcit: ita in ſeniores transfuſus ſpiritus, idem ſeruatur in Moyſe. Apparet hoc etiam in ijs, qui nunc ſacro baptiſmate abluuntur, vel promouentur ad ſacrorum miniſteria, qui cum diuina gratia participes fiãt, quã tamen præſtat ſacerdos non minuitur.

CYRILL. Animaduertendũ, quod cum viros numero ſeptuaginta cogi deus iuberet pro limine ſanctuarij, deſiderati ſint Aldad et Modad, vel quia paulò tardiores fuerãt, vel quod ſe putantes indignos tanto munere, cenſeri nolebant, verũ cũ in caſtris vaticinarentur, Deus illos quoque allegiſſe demonſtrauit, ſuo in illis ſpiritu quieſcente.

Locu-

Locutaq́ʒ eſt Maria & Aaron propter vxorem eius Æthiopiſſam, & dixerunt: per ſolum Moyſem locutus eſt Dominus? Num cap. 11.

Quæ nam hæc eſt vxor Moyſis? Ioſephus quidem refert, quo tempore in Regia Moyſes degebat in bello contra Aethiopas, factus eſt imperator: & profligato rege, filiam eius accepit in vxorem. Apollinarius fabulam adhuc fabuloſiorem excogitauit: Nam Moyſen ſuperinduxiſſe Sephoræ aliam vxoré, quæ eſſet ex Aethiopia comminiſcitur: vt typus eſſet expreſſus Chriſti Domini noſtri: qui poſt Iſraeliticam, gentium ſibi comparauit Eccleſiam. Atqui & Sephora erat alienigena. Non igitur ſpiritus ſancti eſt fabulas effingere, ſed mali potius. Adeò ſiquidem Moyſes continentiam amauit poſt euocationé, vt Sephoram reliquerit in Aegyptum properans. Cumq́ue egreſſis iam Hebræis occurriſſet illi ſocer cú filijs et vxore, ipſa poſt diuortium, inquit, recepit. Sapphoram igitur Aethiopiſſam nominat. Saba gens eſt in Aethiopia. nam & in Euãgelio: Regina Aethiopum ſurget in iudicium, de qua Regum hiſtoria faciens mentionen Reginam Saba nominat, Homeritorum gés ea eſt, THEOD.

con-

conterminos habens Madianitas. Quia ergo Aaron gentilem duxerat, Moyſes verò alienigenam, cum à ſuis non poſſet ob aliam culpam incuſari, illi leuitate quadam animi iniuriam nuptiarum exprobrabant. Moſes enim q̃ in omnibus eſſet inculpabilis, teſtimonio veri iudicis cõprobatur, qui cũ illo palam colloqui dignatur. Docemur verò in his pœnas de iniurijs non eſſe ſumendas, ſed diuinũ ſuffragium expectandum in iniurioſos triſte ſeuerumque: tacente Moſe corripitur Maria repentina lepra ex indebito in fratrem conuicio.

CYRIL. Duæ fuerunt calumniæ, quibus Moyſem inuadebant, primò quod vxorem contra mores duxiſſet Aethiopem, alterum, quod maiorem ſibi autoritatẽ vindicaret, quam par eſſet, quando ſit etiam cum alijs Deus collocutus. ad hæc ſuo nos ordine reſpondebimus, vt commodius cognoſcatur omnia hæc fuiſſe de Chriſto ſimulachra. Vxorem nẽpe Moſes iampridem duxerat filiã Iothor Madianitis, deinde non multò poſt hanc, de qua nunc loquimur alienigenam colore fuſco, licet caueretur lege, ne cum exotica nuptiæ contraherentur: huius igitur delicti accuſabatur Moſes à ſuis, ignarus

gnaris non ſine myſterio omnia ſuccede-
re. Moſis enim perſona Chriſtum deno-
tat, nam Chriſtus legis eſt lator, hominũ-
que apud Deum conciliator. Aaron verò
Iudaici ſacerdotij typũ gerit: Mariæ verò
Synagogam repręſentat. Incuſabant er-
go ſacerdotes Dominum Ieſum, vnaque
cum illis Iudæorum Synagogam, vt qui
legem Sabbataque violaret, ac gentes
alias prouocaret ad ſalutem, quarum Ec-
cleſiam Iudæorum Synagogæ ſuperin-
duxit, licet nigram & quæ in multis tene-
bris verſaretur.

Ridiculi ſunt, qui Madianitem filiam APOLL.
Iothor opinantur fuiſſe hanc Aethyopiſ-
ſam, quando annis pòſt quadraginta
crimini talis vxor imputetur? quod con-
iugium ante latam legem fuerat contra-
ctũ, priuſquàm populus Hebræus ab a-
lijs gentibus ſeiungeretur. Quo tempore
tralatitium erat in Ægypto vxores ex Ae-
thyopia ducere.

Ecce Maria apparuit candens lepra Num.c.12.
quaſi nix. Qua de cauſa, cum duo conuiciũ THEO.
fecerint, ſola tamẽ plectitur Maria? Quia
mulieris grauius fuit peccatum. Maribus
enĩ & natura & lege fœminę ſubijciũtur?
& fuit Aaron aliqua venia dignus, erat e-
nim maior natu & ſacrorum antiſtęs. Ad-
hæc cùm lepra redderet hominem im-

mundum, quid ſi Pontifex eo impedimento correptus fuiſſet, in quo omnia ſacra innitebantur? nónne hoc ſecum maximam traxiſſet ruinam? Satis igitur habuit Dominus ſororis exemplo ita ſacerdotem perterrefacere, vt etiam pro ſorore deprecaretur. Vbi etiam Dominus demonſtrare voluit, illam non iudicis ſententia damnare, ſed charitate paterna corripere voluiſſe. Si pater, inquit, ipſius expuiſſet in faciem, nónne pudore ſuffunderetur? Neque illud honoris paruum fuit indicium, quod populus pedem loco mouere noluit, priusquàm illa priſtinam ſanitatem recuperaſſet.

DIOD Quamobrem ſola Maria plectitur? An quia princeps eius calumniæ Maria traxerat ad ſe Aaron? atque idcircò dedit has pœnas, quæ ſatis fuerunt, Pontificem in ordinem redigere.

Num.cap. 13. *Mitte viros qui conſiderent terram, &c.*

THEO. Quãobrem mittit exploratores? vt de feracitate terræ certiores facti, ad fructus vbertatis cõcitarẽtur, vt ſi adhuc hæſitent, aut turbas faciant, nulla ſit cauſa, cur non puniantur.

Num.cap. 13. *Vocauitq́ Oſee filium Nun, Ioſue.* Cur Oſem dum mittitur explorator, appellauit Ieſum?

uit Ieſum? quia typus erat veri Ieſũ, qui ſpeculatorem egit dũ noſtræ ſaluti cõſulere voluit. Nã quemadmodũ ſpeculatores & perſonã induunt & vocem earũ gentiũ, quas explorant: ita Deus verbũ, humanã naturam aſſumens, & vſus eadẽ voce noſtram ſalutem curauit.

Terra, quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos. Peſtilens eſt ager, quacũque fecimus iter, funera occurrerunt. Num.cap. 13.

Ibi vidimus mõſtra quædã filiorũ Enac de genere giganteo, quibus comparati, quaſi &c. Huius nomẽ & famã veriſimile eſt in ore omnium fuiſſe totius gentis Chananæorũ propter corporis proceritatẽ, qua cũ ſua ſtirpe cæteris anteibat. Num.cap. 13.

Implebit dextra Domini vniuerſam terrã. Iudæorum prædicit reiectionem, & totius orbis ſalutẽ iureiurando cõfirmans. Viuo, inquit, ego & viuit nomen meum, & implebit dextra Domini &c. Alij pro dextra gloriam legunt. Sed de cunctis ſpeculatoribus ſupplicium ſumpſit, præterquam de Chaleb & Ieſũ, qui de regione explorata virtutem referentes exhortati ſunt populum ad promiſſa capeſſenda. Poteſt hæc denunciatio non videri diſsimilis illi, quæ in Euangelio legitur: Auferetur à vobis Num.cap. 14.

regnum, dabiturque genti, quæ fructum ferat. Iudęorum typum gerebant ij, qui ſua incredulitate perierunt in ſolitudinę. Parum verò gentium, quæ crediderunt, exemplum exhibebant filij eorum, quos incircunciſos Ieſus Naue in ſedes deduxit olim maioribus ſuis promiſſas.

Num. cap. 15. *Cum ingreſsi fueritis terrã habitationis veſtræ, quam ego dabo vobis, & feceritis oblationem Domino &c.* Cur de eodem ritu toties meminit? Vt continua legis animaduerſione inurat in eorum memoria diuinos monitus, qui de re quantumuis leui, aut cõtemnebant, aut obliuiſcebantur legẽ.

Num. cap. 51. *Animà verò quæ per ſuperbiam aliquid cõmiſerit ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, peribit de populo ſuo.* Cúm de peccatis quaſi inuitis cauiſſet, quo ſacrificio eſſent expianda, ea nunc tractantur, quæ à voluntate proficiſcuntur.

Num. cap. 15. *Et inueniſſent hominem colligẽtem ligna in die ſabbati.* Qua de cauſa lapidibus hunc obrui iuſsit? Ne foret is exemplum alijs cõtemnendæ religionis. Debuit quippe primi delinquentis pœnam ad ſummum ius exigere legiſlator ad alios perterrefaciendos.

Num. cap. 15. *Faciant ſibi fimbrias per angulos, ſiue per alas, veſtimentorum &c.* Cur extremis veſtium fim-

um fimbrijs iubet aſſui hyacinthinam vi-ctam? Nempe talis color cœlũ imitatur, quod in memoriam illis ipſum autorem legis reuocabat. Qui cum omnia ſuo numine impleat, videtur tamen inhabitare cœlum. Cœlum cœli Domino, & qui habitat in cœlis irridebit eos. Id etiam verba quæ ſubſequuntur indicare videntur. Vt recordarentur, inquit, omnium mandatorum Domini. Eſt verò fimbria, velut capillamenta quædam, quæ in extremo opere textores demittere ſolent.

Ecce autem Core filius Iſaar, filij Caath, filij Leui, & Dathan atque Abiron filij Eliab ſurrexerunt aduerſum Moyſem. Num.cap. 16. Quod Core ſeditionis fuerit autor aliquo pacto excuſari poſſe videtur: Quia de tribu Leui. Dathan verò & Abiron de genere Ruben, quam ſeditionis occaſionem vſurparunt? An quia Ruben primogenitus, & eius gentis ſacerdotium deberi putauit? non animaduertens progenitorem ſuum de cauſa illius priuilegij ſua culpa decidiſſe.

Ne reſpicias ſacrificia illorum. Cur hoc? Num.cap. 16. Certamen erat de dignitate ſacerdotij, cùmque ex vtraque parte ſuffitus eſſent offerendi, iudicem legerunt Deum. Pro-

pheta igitur ægrè ferens ſeditionis autores iudicem rogat, ne quid ab illis preter ritum accipiat ſuâ in eos innocentiam conteſtatus. Nec ſurdo cecinit Moyſes: accepit iudex teſtimonium, ſtatimque fratres ſecedere in aliam partem iuſsit, vt cæteros perderet: verùm precibus prophetæ exoratus in ſolos ſeditioſos deſeuitum eſt, qui in media continéte tam facile ſubmerſi ſunt, quàm per medium mare pedibus euaſerũt, vt cuique pateret vtriuſque elementi naturã mirum in modũ obſequi Deo, qui Aegyptios fluctibus aquarum inuoluens, ſeditioſos homines alios per terreſtre caſma præcipites dedit ad inferos, alios qui Core cõſenſerãt abſumpſit incẽdio.

Num. cap. 17. *Eruperant flores, qui folijs dilatatis, in amygdalas conformati ſunt.* Quod è virga

CYRIL. eruperint amygdala, multò magis congruum fuit, quam ſi nuces alias alioſue fœtus virga tuliſſet. Erant enim omnes virgæ amygdalinæ de more eius gentis, qui ex ea potiſsimum arbore ſcipionibus vtebantur: gerit enim talis arbor ſymbolũ vigilantiæ. Nam Ieremiæ ſceptrum videnti amygdalinum Dominus inquit: Recte vides. Ecce enim ego vigilaui ſuper ſermones meos. Vigilantia

verò tan-

verò tanquam de ſomno, de mortuis excitatio fuit.

Amygdalus omnium arborum prima floret, vltima frundes deponit: quod vtrunque ad ſacrã tribũ ſpectat. Quod & prima & vltima humani generis florebit, quo tempore Deo videbitur. PHIL.

Dixitq́ Dominus ad Aaron, Tu & filij tui & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem ſanctuarij. Num.cap. 18. Compoſitis reb. & ex germinante virga Aaron cum populus tandem pro certo haberet Deum ſolam Leuiticam tribum admittere ad ſacerdotium, cæteras à miniſterio ſacrorũ reijcere, atque in ea re ita confirmati eſſent, vt dicerent, quid amplius de dignitate ſacerdotij contendẽdum? *Cuncti peribimus, conſumemurq́ ſi ad altare accedamus.* Rurſum legem ſacrorum conſtituit, vt ſacerdotes præſint, Leuitæ miniſtrent: ſi quis ex alijs accedat, imputabitur illis. Deinde pcepit quid à ſacerdotib., quid à Leuitis accipiendũ, illis omnes oblationes, his decimas aſsignat. Pactũ ſalis, communionem ſacrorũ appellauit: nam de ſententia Apoſtoli, qui altari ſeruiunt, cũ altari participãt. Nonnulli dicunt ita ſimpliciter ſignificari, THEO.

quicquid ſacerdotibus de victimis deſtinabatur, quod ſale omnes victimæ ſpargerentur. Decimas verò voluit Deus Leuitas pro hereditaria poſſeſsione accipere, atq; ex eo veluti agro decimã exegit in perpetuũm.

Num.cap. 19. *Præcipe filijs Iſrael vt adducãt ad te vaccam rufam, ætatis integræ, in qua nulla ſit macula, nec portauerit iugum.* Omnia hęc non ſine myſterio. offerri quidem vitulã pro totius populi peccato iubet, in typũ Dominicæ mortis, quæ mundi crimina ſuſtulit, & rufa legitur, vt humanũ corpus præfiguret, nam & Adam rubricam ſignificat, de qua finxit hominem Deus. Quanquã ſunt aliqui, qui ex hoc colore peccatorum graues maculas denotari velint, vt, ſi fuerint peccata veſtra ſicut coccinum & menſtrua, & cæt. Præterea adducitur victima ſine macula, vt integritatem Domini indicet, ſicut intacta iuge libertatem innuit eiuſdem: nam & ipſe Dominus didrachmam petenti, nónne, inquit, liberi filij ſunt? Quod extra caſtra mactari debet, eodem ſpectat, nã & Dominus extra vrbem paſſus eſt crucem. Quæ omnia in ſua ad Hebræos epiſtola docet Apoſtolus. Iuuenca verò, quod tota cum pelle reliquiſque partibus con-

bus comburetur, nihil non eſſe ſacrum demonſtrauit in Domino. Sed & cedrus cui hyſſopum coccineo filo alligabatur, crucem demonſtrat, quæ vitam tribuit ſine corruptione, qua cedrus cæteris pręſtat arboribus. Additur & hyſſopum, quia vitalis calor mortis frigorem diſſoluit. At verò & qui vitulum comburit, ad veſperum vſque pollutum voluit, ad eos ſignificandos, à quibus Dominus cruci affixus eſt. Aqua itidem, in qua paulum cineris ex holocauſto addebatur, aſperſum voluit expiari, quicunq; proximè cadauer acceſsiſſet, vel tetigiſſet oſſa, vel conſimili de cauſa immundus fieret, aliter peribit, in eorum indicium, qui niſi renati fuerint ex aqua & ſpiritu ſancto, non admittentur in regnum cœlorum.

Qui iuuencam combuſsit, quique cedrum poſuit in flammis, cineremq́; collegit, ſunto, inquit, immundi, etiam ſi veſtes lauerint, fuerint & ipſi mundi. Id, opinor, ad indicandam humanæ naturæ imbecillitaté. Si quis enim velit exactius naturam perſcutari, nullus poterit ex omni parte probari miniſter: Ecquis ꝓ dignitate tractare Dei myſteria poteſt? neque ipſa ſydera coram illo ſine macula CYRILL.

 ſunt.

ſunt. Aquam expiationis extra caſtra ponit. Nam quæ in Chriſto ſalus eſt, extra Iudæornm Synagogã inuenitur. Quod genus omne immunditiarum expurget eiuſmodi aqua, in figuram ſacri baptiſmatis cedit. Ille igitur, qui circa mortis opera verſatur (quæ ſunt noſtri corporis affectus) purus eſſe non poterit, niſi per baptiſma fuerit expiatus & tertio & ſeptimo die, id eſt, ad perfectionem. Ternari⁹ enim ſeptemnariusque conſummationẽ in rebus deſignant. Funeſta domus, vaſaque ſine operculo immunda Synagogã conformant, quæ Dominũ occidit. Cui mens parum firma atque ad omnes immũdicias expoſita erat, perinde, ac in domibus vaſa patentia arancis blactisque alijs inſectis exponuntur.

Num.cap. 19. *Lignum quoq; cedrinũ & hyſſopum, coccumq; bis tinctum ſacerdos mittet in flammam, quæ vaccã vorat.* De more igitur ſa-
APOLL. crorum cecinit vates: Aſperges me Domine hyſſopo & mundabor, lauabis me & cæter. &, vt cui patefactum erat tale myſterium expiationis, quæ per ſanguinem CHRISTI futura erat, propoſuit. Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſper-

Aſperget fores tabernaculi ſeptem vi- Num.cap.
cibus. Sanctificauit Ieſus Chriſtus ſuo ſan- 19.
guine amplius veriusque tabernaculum,
id eſt, Eccleſiam ſuam ſepties, perfecta
ſcilicet ratione. Septemnarius enim nu-
merus perfectus eſt: Nihil vero de vitula
proijcitur, ſed tota comburitur, quoni-
am in Chriſto nihil futurum erat non vn-
dique perfectum: natura Deus eſt, cũque
homo fieri voluit, peccatum tamen non
fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

Immundus erit vſque ad veſperam. Non Num.cap.
modo ſacerdos, ſed miniſtri etiã omnes 19.
immundi erunt ad veſperum, hoc eſt, vſ- THEOD.
que ad legis conſummationem. Nam
auroræ ſimilis aduentus Domini, eis, qui
ſedebant in tenebris & vmbra mortis il-
luxit.

Quia non credidiſtis mihi vt ſanctificare- Num.cap.
tis me coram filijs Iſrael, non introducetis hos 20.
populos in terram, quam dabo vobis. Quam- THEOD.
obrem iraſcitur Dominus Moyſi & Aa-
ron? Quia cum adhuc in cordolio de
morte ſororis eſſent, & efflagitaret aquas
populus ſemper impatiens, illi & impro-
bitate gentis & dolore vexati cum qua-
dam addubitatione locuti ſunt in elici-
enda aqua: *Audite*, inquit, *increduli,*
nunquid ex hac Petra aquam vobis

elicere

elicere poterimus? Idcirco Dominus ait, *quia nõ credidiſtis nec ſanctificaſtis me in populo, propterea non introducetis hos populos in terram, quam dabo vobis*. Quod etiam Dauid certius exprimit. Vexatus eſt Moyſes propter eos, quia exacerbauerunt ſpiritũ eius, nec diſtinxit labijs ſuis. Iratus quippe Moſes illis, dubijs quodammodo verbis vſus eſt, & fuit hæc non in animo hæſitatio, ſed in verbis tantũ. Ideo, inquit, nec diſtinxit in labijs ſuis ita, vt Dominus apud populum ſua ſanctificatione, id eſt gloria defraudaretur. Attamen ſciendum eſt, Deum ad aliud reſpexiſſe, quẽadmodũ ſuo loco dicemus, dũ de Moyſe & Aaron ita decerneret. Illa verò potiſsima cauſa dicit̃, quã obrem noluerit Deus Moſem defuncta peregrinatione vita quoq; defungi, propter eius populi ſtultitiã moresq; ſuperſtitioſos. Si enim duce hoc propheta ꝓmiſſa fidem habuiſſent, cõtineri nõ potuiſſent, quin illũ pro Deo colerent, qui ad idololatriam vituli acceſſerant. Sed ſi talis vir, tam gratus Domino pœnas huius delicti ſubterfugere non potuit, quo mihi impius & delinquens deſtinabitur? Diſsimulaſſet fortaſſe Deus de more ſuo iniuriam, ſi latuiſſet error, neq; ad aliorũ

ſalutem pertinuiſſet, qui ex eius verbis de Domini potentia in ſuſpicionem venire poterant.

Septima hæc eſt exacerbatio apud aquam, quæ vocatur cõtradictionis, propterea ꝙ populus inſurgẽs cõtra Moſen, ſeditionẽ cõcitauit: nam altera in Choreb, vocata eſt aqua tentationis, de qua dictũ eſt in Exodo, hic verò Dominus iraſcitur Moyſi, ꝙ cũ iuberetur accepta virga populũ in cõcionẽ vocare, corãq; petram alloqui, ille perculſus animo nihil de Deo (vti ſolitus erat) magnificè p̃fat⁹, paucis & quidẽ ſuboſcuris vſus eſt. GREG.

Percutiens virga bis ſilicem egreſſæ ſunt aquæ largiſsimæ. At in Aegypto ſemel tantũ eadẽ virga vel aëra vel aquas deuerberans miracula oſtentabat, nunc, quia inſultanti populo ſuccumbens de fide aliquatenus deturbatur, parum abfuit quin Dominus negaret aquas. De petra tamẽ ad alterum vix ictum emanarunt, ne apud eam plebem improbam ſimul & rudem minus potens argueretur. Num. cap. 21. CYR LI.

Quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabãtur. Quid hoc, vt æneus ſerpens medeatur morſibus venenatorũ? Deſignat & hoc crucẽ Domini, imò Dominũ cruci affixum. typus eſt ſerpens peccati & maledicti, Num. cap. 21. THEO.

dicti, quia per ſerpentẽ peccatũ irrepſit, & à domino maledici meruit: venit dominus, vt Paulus teſtatur, in ſimilitudine carnis peccati, nullum ex ea peccatum concipiens: ideo non ſerpens erat, ſed ſerpẽti ignito ſimilis aeneus ille ſerpens: nullũ em̃ ſpirabat venenum. Atque vt à ſerpentibus illis appetiti ſi ad æneum aſpicerét, ſanabantur: ſic qui peccatorum veneno conficiuntur, ad crucem Domini explorata fide confugientes morte deuicta vitam conſequuntur æternam.

Num.cap. 21. CYRILL. *Serpentem conflauit æneum Moyſes & erexit pro ſigno, vt dente venenato admorſi intuerentur illum, & ſanarentur.* Agè huius rei ſignum ad omnes accommodemus. Cõuicia nos omnes in creatorem noſtrũ coniecimus: vnde à morſibus clandeſtinorum ſerpentium confecti iacebamus, quorum princeps eſt draco ille apoſtata, qui Satanas eſt, cuius liuido morſu perijt Adam: quod malum velut à matrice ad nos etiam deriuatum eſt. At quonam modo viuimus? quia & nos ſerpentem intuemur Chriſtum Ieſum: qui licet Deus, ſerpentem tamen imitatus eſt, quod ſimilis factus eſt nobis ex electione malis. Nam in ſimilitudinem peccati corpus aſſu-

aſſumens cum iniquis cōputatus eſt. Nos verò mali ex voluntate, nō quia tale à deo ingeniū acceperimus, ſed quod peccato ſuccubueramus: vt aperte docet ipſe Chriſtus, ſi vos, inquit, cum mali ſitis noſtis bona dare filiis veſtris.

Idcirco dicitur in prouerbio: Venite in Heſebon, ædificetur et conſtruatur ciuitas Sehon: Ignis egreſſus eſt de Heſebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelſorum Arnon. Diuulgatum eſt hoc in memoriam Regis Sehon. Quo tempore debellatis Moabitis (quibus erat in maximo honore idolum Chemos) vrbē Heſebon ſuo nomine inſtaurandam curauit. Num.cap. 21.

Manete hic nocte, & reſpondebo quicquid mihi dixerit Dominus. Haud ipſe Balaam verum Deum ſciſcitabatur: reſpondit tamen illi non qui vocaretur, ſed qui ignorabatur ab eo. Venit, inquit, Deus ad Balaam, dixitque illi: Quid ij petunt abs te? atque id, non quod cauſam aduentus non teneret, ſed vt ſumpta occaſione vati, quid agendum foret, denunciaret. Num.cap. 22. THEOD.

Quid mirum ſi credentibus, quidem IOANN. Chryſo.

homi

hominibus, vitam verò diſcordē a fide viuētibus gratias Deꝰ impertiuit: quādo & ijs qui neutrum tenerēt, idem dediſſe cognouimus? Nam & Balaam tam à recta fide, quàm ab optima ratione viuendi longe alienus gratia prophetiæ ditatus eſt ad aliarum rerum diſpoſitionem. Nec minus & Pharaoni homini eiuſdem notæ, quæ futura erant, prædixit. Fuit æque impius Nabuchdonoſor, illi tamen, itemque filio futurorum euentus patefecit.

Num. cap. 22. *Et ſtrata aſina profectus eſt cum eis, & iratus eſt Deus.* Qua de cauſa? cum commeatum petenti dediſſet? quia pollicitatione pecuniarū ſollicitatus Balaam, rurſus audet DEVM conſulere. is igitur vade, inquit, quò te auaritia trahit. Scito tamen, nihil prӕterquā quod dictauero, an nunciabis.

THEO.

Num. cap. 22. *Stetitq́ Angelus Domini in via contra Balaam, qui inſidebat aſinæ, & duos pueros habebat ſecum.* Quamobrem iuſſus abire per Angelum mox ab itinere deturbatur? exterritus eſt & verbis aſinæ præter naturam, & Angeli viſione, vt ſtudium Dei erga populum cognoſcat eſſe mirificum. Iuerunt etiam multi, qui dicerēt Angelum hunc Michaelem fuiſſe populo Iſraeli-

lo Iſraelitico præpoſitum. At dicat aliquis, ec quam vim habuiſſent imprecationes Balaam, ſi Regi paruiſſet? nullam profectò. Falſa ſiquidem erat omnis quæ de illo ferebatur opinio. Cùm verò populus à lege ſæpius declinans ſæpe à Deo plagis emendaretur, ne poſtmodum ex eorum ſtultitia tales luere pœnas opinarentur ex imprecatione, ita de Balaam optimè diſpoſuit, anſas omnes conuellés ſtultæ ſuperſtitionis. Quãdo & ſi formidoloſæ fuiſſent eiuſmodi imprecationes, quàm facilè poſſet Deus irritas facere, nullus eſt, qui neſciat, vel leuiter in ſacris literis eruditus. Diſperdet, inquit, Deus conſilia principũ, & irritas faciet omnes voluntates eorũ. Conſilium verò Domini manet in æternum. Cæterum Balaam cognita mente Dei, magno ſacrorum apparatu regi cõciliare tentat vnum ex illis eſſe cõiectãs, quos appellant exorabiles. Quare minime ſuccedente, exoptat poſtremò in ſocietatẽ fortis eius populi venire. Moriatur, inquit, anima mea inter animas iuſtorum, & fiant nouiſsima mea horũ ſimilia. Rex verò Balaac veritus ne vates ſibi metuens, quia multitudinẽ Hebræorum ſpeculabatur, ideò bene illis

 optaret,

optaret, aliò virum abducit, vnde partem exercitus vix proſpicere poſſet, at ſpiritus ſanctus rurſus per illum pronunciat. Non eſt DEVS homo, qui animipendeat, neque vt filius hominis, qui ſententiam mutet.

GREG. Nic. Quod auguriorum artem tractaret Balaam, ex ipſa hiſtoria facile colligitur, quæ illum tum vaticinia præ manibus teſtatur habuiſſe, tum voces ominaque brutorum conſuluiſſe, cum ex rudente iumento, quid ſibi agendum eſſet, agnoſceret. Cuius ſonitum velut articulatam vocem expreſſamque ſcriptura ponit, ſententiam intendens, quam ſuo more eliceret Balaam de ſolo ruditu, neque mirum ſi ex arte alioqui ridicula, verum percipit opitulante Dæmone. Nam & in Euangelica hiſtoria Dæmonas ſanctum Dei prodidiſſe legimus.

Num. cap. 23. *De Aram adduxit me Balac Rex Moabitarum de montibus Orientis.* Alij, de Siria accerſijt me, cumque ſuperiùs diceret, qui habitabat ſuper flumen terræ filiorum Ammon, Euphratem dicunt flumen hoc appellari.

Num, cap, 23. *Temporibus ſuis dicetur Iacob & Iſraeli quid operatus ſit Deus.* Quod, inquit,

confe-

conferetur à Deo in *Iſrael*, nec per vaticinia, neque per argurum obſeruationes prædici poſſunt. Dominus ipſe per ſuos prophetas & quæ futura ſunt & quid illi agendum, monebit.

Nequaquam perrexit Balaam, vt de more augurium quæreret. Cum iam experientia duce Balaam didiciſſet, nihil proficere ſuas artes, longè enim potentior erat, qui ad arbitrium ſuam linguam commouebat, noluit ſuis amplius vti conſilijs, ſed obſequens DEO in ea verba prorupit, Ego qui vel oculis apertis corruo, nequeo enim aduentantem ſpiritum Dei ſuſtinere. Illud vtique miror, videri nonnullis nihil hũc Balaam de Chriſto prædixiſſe, quod propheta Dæmonum erat, *Orietur ſtella ex Iacob*: hos animaduertere oportebat, etiam Nabuchdonoſori licet magis impio Deum aduentum filij ſui patefecit. Vidit enim lapidem ſua ſponte diuulſum aurum, argentum, æs, ferrumque & teſtam ſtatuæ perfringentem, qui in excelſum montem conſurgeret vniuerſam teram operientẽ, is igitur, qui per illum talia prædixit, idem per hũc ſalutẽ mũdi vaticinatus eſt; vt & Num, cap, 24. THEO.

apud alias gentes eiuſmodi prædictiones ſeruarentur: quibus rebus correſpondit aptiſsime finis. Qui enim de Iuda ſecundum corpus pregnatus eſt,nō principes tantum Moab, ſed omnes etiā filios Seth depredatus eſt: Filij autem Seth ſunt omnes homines: Genus enim Cain totum diluuio interijt. Quæ omnia vaticinia non ſunt ex eadem Dæmonum fraude, ſed vi ſpiritus ſancti. Venit, inquit,ſpiritus Dei in illum,quod & Saulo legimus eueniſſe, vt Propheta euaderet, quod cum præter omnium opinionem foret, natum eſt prouerbium.

ORIG. Balaam dicitur habuiſſe diſcipulos, quos magicam docuit, qui cum in maximo honore talem præceptorē habuiſſent,memoriæ dicuntur tradidiſſe illius vaticinia, in quibus de ſtella oritura meminerat tantum regem portendente, quam poſteriores Magi de eadem ſchola ſuo tempore agnoſcentes Bethleem vſque venerunt.

Num.cap. 25. *Et fornicatus eſt populus cum filiabus Moab.* Fuiſſe dicitur hoc inuentum vatis Balaam, qui cùm vidiſſet clypeo Dei

THEO. protegi Hebræos, neque vllo pacto exorare potuiſſe vt aliter ſentiret,ad technas conuertitur, monetque Regem,vt

quos

quos viribus ſuperare nequiret, perderet illecebris. Subornauit itaq; Rex formoſas virgines, quæ ad Bacchanalia iuuenes Hebræorum inuitantes à Deo vero ad impietatem cultumque traducerent eius etiam Dæmonis, qui cæterorũ turpiſsime coleretur. Nã Beelp-hegor eundẽ eſſe dicunt, qui apud alias gentes Priapus vocabatur.

Suſpende eos in patibulis contra ſolem, vt auertatur furor meus ab Iſrael. Id verò non tantum vt occulta facinora proderentur, quàm vt per ſolem, qui ſymbolum gerit ipſius Patris totius naturæ Deum agnoſcerent omnia intuentem, quem ne cogitationes quidem meritis noſtræ fallere poſſunt, quem quidem non pigeat occultum eſſe teſtem noſtrorum operum. Num.cap. 25. APOL.

Initiatusq; eſt Iſrael Beel phegor. Statua hæc erat apud Moabitas eius Dei, quem Græcorum alij Saturnum, alij Belum vocant. Stabat hæc in loco, qui Phagor dicebatur, vbi à mulieribus Moabitarum ſiue Madianitarum prouocati ad impudica ſacra Hebræi initia eius impietatis admiſerunt. Num.cap. 25.

Num.cap. 25. *Occiſi ſunt viginti quator milia hominũ.*
CYRIL. Cum vidiſſent cæteri quàm fortiter nauaſſet operam Phinees pro vera pietate, neque ceſſaret Moyſes inclamare, vt de medio ſanctorum talem turpitudinem tollerent, exemplo animati, cóuerſi ſunt in contaminatos, neque filijs patres, neque fratres fratribus, non cognati cognatis pepercerunt.

Num.cap. 25. *Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi, quàm ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum.* Cùm luſtrato exercitu
PHIL. quæreret Moyſes, quo honore Phineem proſequeretur, anteuenit Deus ſuo oraculo. inprimisque iuuenem magno affecit honore pacis, quod nullus vnquam mortalium affatim præbuit: Deinde perpetui dignitate ſacerdotij condecorauit. Admonet locus, quanta ſit apud Deum vnius viri iuſtitia, pietaſque, qui plagas populi auertere poteſt & obliuionem inducere eius delicti, cuius expiatio tantum præconium, tantũque gratiæ promeruit. Alij legunt, Ecce do ei fœdus pacis & fœdus ſacerdotij.

Num.cap. 25. *Quia & ipſi hoſtiliter egerunt contra vos.* Quibus antea Deus pepercerat, neque prælio vexari permiſerat, poſtquam impia fraude vſi ſunt, qua verum cultum

à vero

àvero Deo in Dæmonas conferre conabantur, occidione occidi iubentur.

Numerate omnem ſummam filiorum Iſrael à viginti annis, & ſuprà, per domos & cognationes ſuas, cunctos qui poſſunt ad bella procedere. Cur cenſeri rurſus eodẽ modo populum iubet? vt vires potentiamque diuinę benedictionis agnoſcerent. Cum patribus defunctis, tot milibus abſumptis, attamen idem ferè numerus ſeruaretur filiorum, qui contra maiorum ſuorum opinionem in promiſſas ſedes inducerentur. Nec minus ex eo cenſu ratio diuiſionis certior haberetur. Num.cap. 26. THEO.

Numerus ſanè militum colligitur per tribus, enumeratio verò non qualis olim prior. Nunc enim & ingenuorum tribus & libertinorum ſimul connumerantur, quod ſymbolum fuit noſtræ cum Iſrael ſocietatis, prout Dominus inquit: Erũt vnus grex & vnus paſtor. Et Moſes, Lętabuntur gentes cum populo eius. Neq; vera pietas patitur res ſuas temerè ſortibus committi, ſed pro argumento ſors intercedit, cauſa verò totius negotij à voluntate Dei dependet. APOL.

Vt ſors terram tribubus diuidat Num.cap. 26.

 & ſa-

THEO. *& familijs*. Qua de cauſa ſortem adhibet? ad rixas contentionesque ſedandas, tanquam Deo per ſortem ſic ſedes diſtribuente, non vt fortunæ aliquid cõcederetur. Hac ratione vſi etiam ſunt Apoſtoli, priuſquam ſpiritu ſancto afflati fuiſſent, nam ſortib. iniectis ſupplicarunt Deo, vt meliorem educeret. Neque aliter de nobis loquitur Paulus. in quo ſortem accepimus præfiniti ſecundum propoſitum eius, qui omnia operatur iuxta conſilium ſuæ voluntatis. Et quod in Pſalmographo legimus: In manibus tuis ſortes meæ, nihil ſignificat aliud quã imperia omnia in manu tua ſunt, per te conſtituuntur Reges, per te deturbãtur.

Num. cap. 27. *Et in peccato ſuo mortuus eſt*. Contraria hæc videntur nonnullis eſſe ijs, quæ paulò antè dicuntur de Salphaad, qui fuerit

SEVE. expers totius coniurationis: parum animaduertentes dixiſſe puellas patrem ſuum non eo genere mortis perijſſe, quo damnata eſt à Deo ſeditio Core. Sed ſuo peculiari peccato, quia ſcilicet obijſſet nullis maribus relictis. Tanto enim ſtudio tunc temporis homines ſobolem curabant, vt qui ſine ſpe propagationis decederet, haberetur quaſi execratus à Deo.

Cur

Cur tollitur nomen illius de familia ſua, quia non habet filium? Quinque Salphaad filiæ non opes ſibi, non maiores diuitias expetunt, ſed ne nomen dignitaſque patris inter ſuos maiores aboleatur. Graue hoc eſt & quod proditoribus imprecatur Propheta: Deleatur de terra memoria eius. Neque mirũ ſi in ea re legiſlator animi dubius conſulere Deum voluit. Optimè quippe nouerat viros eſſe bellorum patientes, quibus pro ſtipendio agri debeant aſsignari, mulieres autem natura imbelles victoriæ præmia non accipiunt. Attamen bonus Deus tantum abfuit, vt orphanas deſtituerit, vt ſuo etiam teſtimonio laudauerit. Num. cap. 27. PHIL.

Et pone manum tuam ſuper eum. Cùm diceret Dominus ſpiritum ſuum ineſſe in filio Nun, cur iubet vt Moyſes nihilominus manum illi imponat? Hoc idem in Cornelio euenit. Poſtquam enim gratiam ſpiritus acceperat, baptiſmate ablutus eſt. Sed & ipſe Chriſtus Dominus omni gratiarum genere præcellens ad Ioannis lauacrum acceſsit, & ſeruum iuſsit imponere ſuo capiti manum, ſtatimque ſpiritus in columbæ ſpecie afflatus eſt. Ioſue item licet gratia inſtructus à Deo Num. cap. 27. THEO.

eſſet, quia id populus ignorabat, manus Moyſis de conſilio Dei ſuſcepit, vt intelligerent omnes ſuffectum loco legiſlatoris. Quis ſatis iuſtitiam hominis admirari poteſt? qui cùm filios, fratres, nepotes haberet, neminem ex ijs ſibi ſucceſſorem allegit. Conſuluit deum, & quem voluit ille hæredem accepit.

Num. cap. 28. *Holocauſtum iuge eſt, quod obtuliſtis in mõte Sinài in odorem ſuauiſsimũ incenſi domini.*
CYRILL. Admonemur ex his quotidie debere nos meminiſſe Dei, quod pro nobis & propter nos filium ſuum obtulit agnum in odorem ſuauiſsimum.

Num. cap. 28. *Die Sabbati offeretis duos agnos agniculos immaculatos, & duas decimas ſimulæ oleo conſperſæ in ſacrificio, & liba, quæ ritè funduntur per ſingula Sabbata in holocauſtum ſempiternum.* Non piget Deum eadẽ ijſdẽ verbis inculcare, ne præterquam quod obliuioſum genus erat hominum, perpetuo iugíque illo ſacrificio populus acquieſcens, in Sabbatis negligentius aliquo pacto ageret. Tempora ritusque ſacrorum, quibus litare poſsint appoſitè præſcribit. Erat enim quotidianum ſacrificium cum ſuis libationibus: in quibus ſemper offerebantur ea potiſsimum, quibus in primis veſcitur homo: Erat heb-

hebdomæum, ſingulis ſabbatis: inde menſtruum calendis cuiusque menſis: & anniuerſarium Paſchale idibus primi menſis.

Quintadecima verò die menſis ſeptimi opus ſeruile non facietis in ea. Erat hoc feſtum tabernaculorum, de quo ſimul cum cæteris ſacris diebus abundè dictum eſt in Leuitico. Octaua huius feſti dies ab alijs exodium dicitur, ab alijs perfectio retentioque, quòd finem imponeret ea dies anniuerſarijs, continerentque ſe poſtea à ceremonijs huiusmodi quaſi iã exijſſent, productaque in medium eſſent eo anno quæcunque ſolemnia lex iuberet. Vnde in Regibus celebratum eſſe exodij feſtum legimus. Num.cap. 29. APOLL.

Hæ ſunt manſiones filiorum Iſrael, qui egreſſi ſunt de Ægypto per turmas ſuas in manu Moyſi & Aaron. Quare catalogum ſtationum Moyſes adiunxit? Vt & poſteri ſtudium curamque Dei in ſuos maiores certius intuerentur, qui cum per inuia, ſqualli daq; loca tam diu pererrarent, nihil tamen defuit illis. Numerantur autem mãſiões profectiõesq; quadraginta duo. Cùm verò à principio per octo interualla itineris veniſſent in deſertum Sin, ita Num.cap. 33. THEOD.

deinde

deinde circumaguntur, vt poſt quinque & viginti eiuſmodi profectiones in eandem ſolitudinem Sin redierint.

Num.cap 34. *Qui circuibunt auſtralem plagam per ſcorpionis aſcenſum.* Interpretes noſtri dum nomina etiam propria Hebraicæ linguę, cui nullum nomen eſt ſine etymo, transferre conantur, obſcuriores nobis ſententias impingunt credentibus ſæpe nomen proprium loci, appellationem eſſe. Quanto ſibi magis cóſtaret illud in Pſalmis: Et factus eſt in Hieruſalem locus eius & habitatio eius in Sion. & in Pſalmo 41. Memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij à monte Mitzar potius, quàm à monte modico? Ita & hoc loco, ſi dixiſſet interpres per aſcenſum Acrabbim, agnoſceretur facilius nomen proprium loci.

Num.cap. 35. PHILO. *Vt fugiat ad ea, qui fuderit ſanguinem.* Non in templis ſacriſque aperuit Aſyla, ne ab immundis inficerentur: neque rurſus effugium dedit in loca, quæ deſerta forent aut parum tuta, ne cædis inuitæ reus facile caperetur, traderetúrue conſanguineis defuncti, ſed iubet, vt ad ſacras vrbes Leuitarũ cófugiat, vbi nó modo ſe quiſque facile credere poterat, ſed non parum quoque ſolatij percipere, videns

dens apud eos cófugiſſe, qui præmium
cædis à Deo ornatiſsimas vrbes accepiſ-
ſent. Eos enim qui vitulum pro Deo con
flauerant, etiam conſanguineos Leuitæ
ſuis manibus volentes interemerant.

Donec ſacerdos magnus, qui oleo vnctus Num. ca.
eſt, moriatur. Quamobrem ij, qui impru- 35.
denter hominem interfecerint, datur in THEO.
patriam reditus poſt mortem Pontificis?
Quia eius morte, qui ſecũdum ordinem
Melchiſedech fuit ſacerdos magnus, pec
catum tollitur, venia datur. Vnde ab exi-
lio nobis in paradiſum reditus patet. In-
terea ex hac fuga ſolique commutatione
impetus omnis dolorq́; propinquorum
lenteſcebat. Pontificis etiam mors, cuius
tempore commiſſa fuerat cædes, quan-
docunque intercedebat, memoriam ſi-
mul videbatur eius criminis abolere, præ
ſertim accedente beneficio legis.

Nubant quibus volunt, tantum vt ſuæ tri- Num.cap.
bus hominibus. Coactum namque connu- 26.
bium ſpectat ad diuortium. Quod autem CYRILL.
Deus coniunxit, homo non ſeparet. Præ-
ſcribit tamen nubentibus, vt intra ſuam
ſe quiſque tribum cótineat, optimè pro-
uidens, quamdiu affinitatem cum alieni-
genis non contraherent, poſſe facilius ve
ram pietatem colere atque ſeruare. Illud
etiam

etiam conſequitur hanc legem, vt diuiſio tribuum non confundatur, quod breui futurum erat, ſi liceret vti promiſcuis nuptijs.

SEVE. Hac lege de maritandis tribubus Ioſeph ille, qui ab Euangeliſta vir iuſtus appellatur, id eſt, præceptorum Domini ſtudioſus, de tribu Iuda, de domo & patria Dauid Mariam virginem deſpondit ex eadem tribu, vt genealogia ipſius, ſit & Mariæ genealogia, de qua Chriſtus ſine ſemine prodijt. ita factum eſt, vt ratio ſcripturæ ſeruaretur, quæ mulieres in proſapiarum cenſu non refert, neque ideo læderetur aliquo modo veritas.

THEOD. Sed & cōnubia tribus inter ſe iungere paſsim noluit, vt ſyncerum purumque ſeruaretur ſemen Iudæ, vnde gentibus ſalutem Deus promiſerat. Concurrerunt autem Regia ſimul ſacraque tribus, quia & ſacerdos ſecundum hominem & rex, Dominus Chriſtus.

Num. cap. 36. *Hæc ſunt mandata atq; iudicia, quæ mandauit Dominus per manum Moyſis ad filios Iſrael, in campeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Iericho.* Lex ipſa modò à Scriptura vocatur mandata, tanquam à regia poteſtate lata: modò iudicia, vt

quæ

quæ ſuffragia diuina præſeferat pro fa-
ctis cuique dignas rependés, modò iuſtifi
cationes, vt quæ iuſtum reddat, qui-
cunque ab eius norma
non declinarit

IN LI-

etiam aperte demonſtratur non hanc eſſe nouam legem, ſed ſummam quandã legis ad inſtruendos ſuperſtites maiorũ ſuorum, qui tot tantaque Dei erga ſe merita non vidiſſent.

Hæc ſunt verba, quæ locutus eſt Moyſes trans Iordanem in ſolitudine campeſtri, cõtra Mare rubrum &c. Proœmium & locũ breuiter exponit, vbi cum populo Moyſes hæc egerit, & tempus aſsignat: *in ſolitudine campeſtri*, Symmachus & Aquila, in planicie Rubri maris, tranſtulerũt, ita enim appellatur quod totum interiacet inter Arabiam & Iudæam. Nemini ſanè dubium eſt, quin omnia hæc ad populum dixerit Moyſes in agro Moabitarum. Deu.cap 1.

Quid eſſet agendum reuelabat Deus, Propheta verò exhibebat in concione quæcunque à Deo acciperet eo modo, vt à populo intelligeretur, ideo, inquit, cœpit Moſes explanare legem, vbi repetẽs quæ dixerit eo tempore de creandis tribunis & centurionibus, quod ſolus tot tantaque negocia ſuſtinere nõ poſſet, populum admonere ſtudet, vt ſucceſſori, quem ſibi elegiſſet, præſtò ſint, & quæcunque imperet, libẽter obeant. Commemorat etiam quàm malè DIOD.

cum illis actum ſit, quòd Dominò de inuadenda promiſſa regione non credidiſſent promiſsis fruſtra exploratorib., vt tandē ad ea verba deueniat, quibus ſibi Dominus renunciauerat populū per Ieſū Naue promiſsis ſedibus potiturū, quò certius cognoſcerent, iampridē à Domino ducem fuiſſe deſignatū: ne qua rurſus ſeditio ſuboriatur de inuadendo imperio cōtra Domini volūtatē. Cui tamen ſi refragrari voluerint, quid futurum ſit admonet, ex ijs quæ geſta fuerant, quando ſera pœnitentia ducti cum Chananæis confligere voluerunt, turpiter enim victi per inuias ſolitudines multos annos oberrantes perierunt: neque impietatem illorum præterit, qui ſacris initiati ſunt Beel-phegor, vt pœnas quoque eius ſtoliditatis reuocet in memoriam. Poſthæc breuiter ex altera parte docet, quot & quibus fuerint à DEO beneficijs affecti, quæque ſperare debent, vt non iniuria inſinuare poſſit, debere illos diuinam legem ſeruare, eandemque filijs nepotibusque ſuis tradere. In primis, cum nunquam vllum viderint exemplar DOMINI, monet, ne poſthac audeant conformare ſibi aut ſculpere idolum aliquod, quod pro Deo

Deo colere velint, alioqui diræ vltrices impietatem vindicabunt. DEVS enim nec videri nec præſcribi vllo modo poteſt. Cæterùm ſciendum omnia hæc non vno eodemque die populo retuliſſe Prophetam, ſed multos interceſsiſſe dies, quibus paulatim animos illorum legitimis inſtitutis imbueret, vnde frequenter eadem circumagit verba, vt ex continuatione memoriam inſtauret. Poſtremò ad inſtruendas iuuenum mentes in ijs, quæ non vidiſſent, breuiter explanat decem legis præcepta, in quibus obeũdis, quò fierent ſtudioſiores, mouet animos ex eorum commemoratione malorum, quibus in Aegypto opprimebantur perinde ac ſeruitia: quamobrem ſi ſeruis etiam ancillisque ſuis itémque iumentis ſeptima dies remittatur, ægrè ferre non debeant, quando ſeruitutis miſerias & ipſi tamdiu ſuſtinuerint. Porrò cum de operibus caueat, quorum nullus ſit in ſabbato locus, ſeruiles intelligit, vt ipſe appoſuit, operas. Nam lectiones ſanctorum, pſalmodias, omilias, ſacra, & quæcunque animum inſtituunt, exercere eo die debemus, quàm cum maximè.

Deu.cap.5 *Non facies tibi ſculptile nec ſimilitudinem omnium, quæ in cœlo ſunt deſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ verſantur in aquis ſub terra.* At dicat aliquis, quid Cherubim effinxit in adyto tabernaculi? Non vtiq; vt illa adorarentur, ſed contra ita appoſuit, vt arcam teſtimonij tanquam miniſtri protegerent & venerarentur.

Deu.ca. 6. *Audi Iſrael Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt.* Sępius à nobis dictum eſt, nomen hoc Deus & Dominus ad diuinam naturam reſpicere, nullam verò facere perſonarum diſtinctionem. Pater verò, filius & ſpiritus ſanctus proprias denotant perſonas. Sed Iudæis adhuc rudibus in cognitione rerum diuinarum ſi exactam tradidiſſet Theologiam, occaſionem feciſſet ad multitudinem Deorum introducēdam. Quapropter in veteri ſcriptura vnum eſt ſemper Dei nomē, in quo tamen Trinitatis myſteria latent. Dominus enim Deus veſter, Dominus vnus eſt, & vnam præſefert hypoſtaſin, & numerum perſonarum adducit. Semel enim DEVS ponitur, bis DOMINVS repetitur.

Deu.ca. 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Quomodo ſit accipiendum, dominus

minus in euangelio explicauit: Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. Præcepit enim dilectionem non eſſe diſtrahendam, vt aurum & Dominus diligatur, aut Deus & mulier: ſed vim ipſam dilectionis diçandam penitus Deo, cæteris tribuendum, quæ cuique conferant, parentibus ſcilicet, vxori, liberis & amicis, nam & hęc ad dilectionem Dei ſpectant. Nam qui me diligit, præcepta mea ſeruabit, quæ de proximo rationem præcipuam habent.

Ac per nomen illius iurabis. Qua de re per nomen Dei iurare permittit? ne falſis hoc Dijs deferatur. Nam & per prophetam: Si, inquit, efferas Baalim ex ore tuo, & iuraueris, viuit DOMINVS &c. Quod ipſum verba etiam quæ ſecuntur innuere videntur. *Non ſectaberis Deos alienos.* Deut. cap. 6.

Non tentabis DOMINVM DEVM tuum ſicut tentaſti in loco tentationis. Deut. cap. 6. Hoc idem DOMINVS apud nos explicauit: cùm enim Dæmon ſuaderet vt ſe demitteret, ſtatim, non tentabis, inquit Dominum DEVM tuum. Tentat enim dominum, quicunque ſe temere peri-

culo credit. At vide quid huic populo tanquam puero polliceatur Dominus, ſi præcepta non poſtergauerint. Cum enim adhuc infirmi eſſent adeò, vt æterna capere non poſſent, ſobolém promittit filiorum, vberes terræ fructus, greges vniuerſos, robur corporis & id genus alia. Nec piget legis latorem iterũ atque iterum referre quam vitã vixerint in deſertis aſperrimisq́ue locis, vt documentum imprimat, non pane tantum viuere mortales, ſed quocunque verbo quod procedit ex ore Dei. Quo loco docemur, non oportere ſeruum Dei miſera ſollicitudine confici, quoties in Syrtes incidat, ſed acquieſcere rebus, quæcũque diſpenſantur à Deo vindicias expectantes & neceſsitatum eleuationem.

Deu'tcap. 7. *Benedicetq́ fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo atque vindemiæ, oleo & armentis, gregibus ouium tuarum*

CHRY. *ſuper terram.* Id eſt, multiplici prole cumulabit. Cùm verò homines Deo benedicunt, in alia ſignificatione accipiendum. Ea eſt, laudant & extollunt, atque illud, quod ex ea re boni emergit, totum reflectitur in eos, non in Deum: nullius enim rei indiget, cui omnia ſeruiunt. Benedictio apud Hebræos incremé-

crementum eſt boni, maledictio verò detrimentum.

Inſuper & crabrones immittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque diſperdat, qui te fugerint, & latere potuerũt. Deut, cap. 7. SEVER. Ne hoſtium multitudine timerẽt Iſraelitæ inſectis agere cum illis pollicetur, & tantulo animali in fugã conuertere. Sũt etiam, qui allegoricè per crabrones vltricium vires occultas intelligunt, & exitiales dæmonas, quibus Deus vtitur in hoſtes.

Filios Enacim, quos ipſe vidiſti & audiſti, quibus nullus poteſt ex aduerſo reſiſtere. Deut, cap. 9. Id verò, quoniã ſpeculatores ad populũ retulerant: THEO. Vidimus homines à gigantib. ortos ingentes ſtaturæ, ſumus quaſi locuſtæ, ſi comparamur illis. Quibus verbis fiduciam comprimit, quamcunque haberent in viribus ſuis. Adhæc monet, ne ſua virtute aut meritis credant à Deo tot tantiſque beneficijs cumulari, cum ſemper ceruicoſi fuerint, totieſq; Deũ auſi ſint irritare.

Quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius & diligas eũ, ac ſeruias Domino tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: cuſtodiaſq; mandata Domini, &c. Deut. cap. 10.

Vide, quid Dominus pro ampliſsimis innumeriſque beneficijs exigat à nobis, dilectionem & obſequium, ſed ne fortè opinarentur ſacrorum ritus inſtitutos à Deo, quia nidore delectaretur, aut aliquo ſuffitu indigeret, adijcit: *En Domni Dei tui cœlum, terra, & quæcũque continentur in eis.*

Deut. cap. 10. *Circumcidite præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius.* Aperte oſtendit, quæ ſit ea circũciſio, qua maxime delectatur Deus. Circumcidite inquit, duritiem cordis veſtri. Dicebantur hæc illis, qui adhuc præputium ſecuiſſent. Eiuſdẽ criminis accuſantur apud Hieremiam: Omnes gentes incircunciſæ ſunt carne, populus autem Iſrael incircũciſi corde.

Deut. cap. 10. *Dominus Deus noſter, ipſe deus deorum eſt, & dominus dominantium, deus magnus & potens, & terribilis, qui perſonam & cæt.* Nulla per hæc de falſis Dijs mentio habetur, ſed de principibus & iudicibus, qui, vt alias diximus, Dij etiam vocantur. vt: Deos tuos ne conuiciaberis.

Deut. cap. 11. *Pones benedictionẽ ſup montẽ Garizim: maledictionem ſup montem Hebal.* Garizim mons eſt Samariæ non procul ab vrbe Sichi-

Sichimorum, Ebal autem in regiõe Chananæa. Ritus verò huius benedictionis, quæ in lapide exſcalpenda erat, longius patebit paulò pòſt: certius quoque in geſtis Ioſue expugnato Hai oppido.

Ne feceritis, quæ hodie nos hic facimus, ſinguli quod ſibi rectum videtur. Vbi enim cũque ſub tabernaculis fuerant ſacrificia Deo offerebant, aram de congeſtis lapidibus ſubſtruentes. Vbi verò factum eſt tabernaculum, ſacra ad ipſum tabernaculum operabantur diuerſis tamen locis, vbicunq; caſtra metarentur. Quando igitur in promiſſas ſedes veniant, prohibet id paſsim facere, ne ſub eo prętextu incidant in malas ſuperſtitiones arcanaque myſteria Dęmonum. Vnus ergo ſacris locus dicatus erit, quem ſibi Dominus elegerit, illic ſacrificia conuiuiaque celebrare licebit coram Domino, veſci tamen carnibus alijs tẽporibus permittit in quibus vrbibus habitabunt operãte ſacerdote dũmodo ſanguis ſemp effundatur admiſsis etiam, ſi libeat, conuiuis immũdis, ꝓpterea quod eiuſmodi ſacra cõmunes dicenda potius quã ſacrata, à quibus immũdi reijciebantur. Quamobrẽ adijcit: Comedite ipſum ceu capreã, aut ceruũ. Sunt enim hæc munda, in ſacrificia tamẽ nõ veniunt. Deut. cap. 12.

Decimam frumenti & olei & vini non Deut.cap. 12. *comedes in oppidis tuis. primogenita armentorum, & pecorum, & omnia quæ voueris, et ſponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum.* Quia cum duas decimas dicari iuſſerit, alteram Leuitis offerre debebant, alteram diuendebatur non tam in epulum, quàm ad viduas, orphanos, proſelytosque alendos. At verò mirum non videatur, ſi conuiuia in ſacris celebrare permiſerit hominibus ijs, qui ab Idololatria erant auertendi. Cùm enim impietatis ingenioſus magiſter liguritionib⁹ voluptatibusq; diuerſi generis mortale genus illexiſſet, ſi de repente cuncta lex abrogaſſet, ægrius homines verũ Dei cultũ admiſiſſent, ſeruaſſentq; inter aliorũ ſuperſtitioſam licentiam. Cõniuet igitur Deus in epulis, in muſicis inſtrumẽtis, in mactandis hoſtijs, dum cultus dæmonum ex animis illorum penitus abigatur.

Abſque eſu duntaxat ſanguinis, quem ſu- Deut.cap. 12. *per terram quaſi aquam effundes.* Quare to- THEO. ties idẽ de ſanguine repetit? Affert ipſe nomothetes rationem. Sanguis enim anima illius eſt. Quanquam aliud ſemper ſpectare legiſlatorẽ videtur, vt animos ſcilicet eorum cautiores redderet in effundẽdo ſanguine, nam ſi comedens ſanguinem

eſt

eſt animam, multò magis impium fuerit, animum rationis participem à corpore præter naturam diſtrahere.

Si ſurrexit in medio tui propheta, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignũ atq; portentũ, & euenerit quod locutus eſt & dixerit tibi: Eamus & ſequamur Deos alienos quos ignoras: non audies verba prophetæ illius aut ſomniatoris. Quo numine pſeudo propheta miracula mõſtrat? permitit hoc quandoq; Deus, dæmonijs ad certũ modum, quemadmodum Magi apud Pharaonem oſtentarunt: potuerũt illi quidem aliquid imitari, ſed perficere ſimiliter omnia fruſtra conati ſunt, quatenus permiſit, effecerunt. Quo loco admonemur deteſtanda miracula & prodigia eius hominis, qui de vera pietate malè ſentit adeò, vt de medio ſit autor auferẽdus, nec populo quidem integro parcendum. Deut. cap. 13.

Filÿ Belial, id eſt, homines exleges, perditi, & contumaci ingenio. Deut. cap. 13.

Caluicium ſuper mortuo non impones. Aliarum gentiũ ſuperſtitiones de medio populi ſui auferre omnibus modis conatur. Deut. cap. 14. Quæ lachrymis nimium indulgentes deſiderio mortui caput etiã tõdere ſolebãt, comamque ſuſpendere defunctis. Erant etiam qui & barbã ſuperciliaque raderẽt.

vanos

vanos igitur eiuſmodi ritus, quia popul• ſanctus eſt, ac meliora de mortuis ſentit, lege prohibentur: Vide etiã quàm libera les ſibi populos amat, præter primitias omniũ fructuum duas decimas ſeponi iubet, alteram quotannis, quæ ad certum locum deferatur in epulũ: alteram, quæ tertio quoque anno deberetur Leuitis orphaniſque: quanquam Ioſephus ipſius legis peritiſsimus, quiq́ue optime gentis ſuæ mores calleret, tres, inquit, decimas lex exigit, vnam Leuitis, alteram orphanis viduiſq́ue, tertiam ad celebranda offerentium conuiuia.

Deut. cap. 15 CYRILL. *Non obdurabis cor tuum, nec contrahes manũ, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perſpexeris.* Tria ſunt apud ſcripturã, quibus ea virtus exprimitur animi, quæ imperiũ tenet princeps duxq́ue aliarum. Mens, ſpiritus, cor. Quis nouit ea, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus ipſe, qui eſt in homine? Propheta. Cor mundum crea in me Deus &c. Quo loco creare non eſt id, quod non erat, in naturam inducere, ſed quod iam exiſtit, in meliorem formam commutare.

Deut. cap. 15. CYRIL. *Aſſumet ſubulam & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ.* Vt intelligat poſthac nihil de libertate amplius auditurũ,

cum

cum eam partem, quam natura voci peruiam fecit, quodammodo impediri voluerit,

Seruiat tibi vſq; in ſeculum. Solet his verbis quandoque Scriptura vitam hominis circum ſcribere. Paulus: Si propter eſum carnis frater offenditur, carnem non cõedam in æternum, id eſt, dum uiuam.

Deut.cap. 15.
ORIGE.

Si autem habuerit maculam, vel claudum fuerit, vel cœcum, vel in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo. Cur eiuſmodi primogenita repudiãtur à Domino? vt per animantes rationis expertes admoneat homines pefectorũ operum & integræ mentis, ſi grati tanto numini eſſe velint. Sed & azimus panis propagationẽ illam arguit, qua vſi ſunt, cum de Aegypto Aprili menſe aufugerũt ducente Domino.

Deut.cap. 15.
THEO.

Iuſte quod iuſtum perſequêris, vt poſsideas terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Quid hoc? non aliam, inquit, ob cauſam, ſed propter ſe iuſtitia amãda eſt. Qui enim aut inani gloria ductus, aut hominum gratia ſimulat virtutem, is iniuſte iuſtitiam exercet.

Deut.cap. 16.

Equos ſibi non multiplicabit. Vult vt Deo potiſsimũ cõfidat, diuinoq; præſidio, idcirco Dauid: Nõ ſeruatur rex opibus ſuis, neque

Deut.cap. 17.

neque ſuo robore gigas, fallax equus ad ſalutem. Pondus item auri & argenti pręſcribitur, ne alieni appetens fiſcum rapinis conſtipet.

Deut. cap. 18. *Prophetam de medio tui ſicut me ſuſcitabit tibi Deus tuus, ipſum audi, vt petiſti a domino Deo tuo in monte Horeb.* Si quis verba huius vaticinij recto examine perpendat, apertè cognoſcet, ad Ieſum Naue referri non poſſe, quemadmodum Iudæi volũt cũ multis de cauſis, tùm quod ipſe Moyſes illum iam ſibi coram populo ſubſtituens ſuſcitarat. Præterea legiſlator nõ fuit neq; pari gratia virtuteque inſignis. nihil enim de Naue magis egregium narratur, quàm quod populum in promiſſas ſedes introduxerit. At in Chriſto Ieſu quàm veriſsimè verba Dei & patris reſonabant: Ego à me ipſo nihil loquor, mandatum accepi à patre. Is ſuis præceptis legem innouauit, atque vltus eſt, quicunque non obtemperauit, & quidem cumulatiſsimè ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ.

SEVER.

Deut. cap. 20. *Quis eſt homo qui ædificauit domum nouã, & non dedicauit eam?* Id eſt habitatoribus non aſsignauit,

Flebis

Flebis patrem & matrem vno menſe & poſtea intrabis ad eam dormiaſq́ cum illa & erit vxor tua. Id ſanè, non tantum quia nuptialis lætitia lachrymas odit, quàm quod facies puellæ ablatis ornamentis immutetur, vt, ſi fieri poteſt, libido viri refrigeſcat, & abdicet. Quod ſi conſtans fuerit in amore, vt in eam rem non tantum libido quàm ratio concurrere videatur. Deut. cap. 21. THEO.

Qui non audierit patris matriſq́ imperium, & coercitus obedire contempſerit: apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij. Ad damnandum filium cur exequitur vtriusque parentis conſenſus? Vt accuſationis concordia veritatem conteſtetur. Accidit enim frequenter, vt accuſanti matri aduerſetur pater, & è contrario mater non ſubſcribat damnationi liberorum. Quando conuenerint, occidatur. Deut. cap. 21.

Si matrem pullis incubantem inueneris, non capies eam cum pullis, ſed abire patieris captos tenens filios. Et humanum hoc eſt, & ad propagandam ſobolem neceſſarium: aliter per te genus auium deleretur quod ſi pullos derelinquas, multo id inhumanius: quando ſine nutrice perirēt Deut. cap. 22.

Plute-

Pluteus verò circa domum nouam extruendus eſt ad deuitanda pericula. non enim, quemadmodum ſtulti ignauique homines opinantur, omnia curæ diuinæ committenda. Tunc exoptandum à Deo auxilium, quando nobis ipſi nō defuerimus. Agrum ſerimus & excolimus non gremio tantum terræ ſemina credentes, quàm cœli benignitatem expectantes. Vtimur & medicis, vt qui ſciamus per eos Deum morbis omnium mederi, valet enim ars, quatenus velit is, à quo manauit.

Deut. cap. 22. *Vineam diuerſis ſeminibus non ſeminabis.* Improbitatem & auaritiam coloni perſtringit & conſulit agricolis. Terra ſiquidem in plures diſtracta partes exiles fructus ſubmittit, neque de vinea fruges eruendæ. neutrum parum ſuccedit, imò ſanctificabitur, id eſt, amittetur, defraudaberis tali ſemente, quaſi ſit res ſacra & ſanctificata, quam tangere non eſt.

Deut. cap. 23. *Non intrabit Eunuchus Eccleſiam Dei.* Id verò quamobrem? Quia infructuoſitas bonorum operum ingrata Deo eſt. nam per corporis ſterilitatem animorum infœcunditatem ſignificat, quod non hominibus tantum dictum eſt, ſed de cæteris etiam animantibus, quanquam non tā odit ſterilitatem, quam illegitimam ſobolem.

bolem. Qui de ſcorto, inquit, & meretrice oritur, eccleſia interdicitur.

Et locus ſit extra caſtra ad excrementa. Cum teter ſæpius odor aëra corrumpat, ſeceſsũ excogitauit procul à caſtris, vbi excremẽta deponerẽtur & ne ſua illi incuria afficerentur aliqua calamitate neceſſario adiecit: quoniam Dominus Deus in caſtris tuis verſatur. Vnde etiam docemur, debere nos in omnib. eſſe diligentiores. Deu. cap. 23.

In hoc mundiciarum ſtudio latet admonitio, eſſe nullum non genus ſordiũ abijciendũ, ſi de hoſtibus victoriã ſperare velimus. Præterea quam infirma hominum natura, ita vt facilè aberret, inhabitat enim in mẽbris noſtris peccati lex, primum ab oculis procul aliorũ ſecedat aberrans, deinde bonis operibus peccata cõtegat: fætorẽ delicti fragrãtia recte factorũ opprimens, atque ita in caſtra ſanctorũ redire poterit. Quod ſi clauum in zona, id eſt in mẽte inſtructã crucẽ Chriſti geſtauerit, fœlicius ſuccedet. Sepeliẽda igitur omnis immunditia, ſi cũ Domino volumus eſſe in caſtris quæ ſancta dicuntur. Vide igitur quanto ſpiritu inſpirata ſit lex, ꝑ ea quę corporis videntur animum ſemper inſtituens. CYRIL.

Deut.cap. 23. *Non offeres mercedē proſtibuli nec preciū canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud eſt, quod vouerint.* Hoc fieri poterat, ſi meretricibus data ſit ouis aut hedus pro mercede, aut ſi quis pro cane acceperit agnum.

Deut.cap. 24. *Non accipies loco pignoris inferiorem aut ſuperiorem molam quia animam ſuam appoſuit tibi.* His iuſtrumentis omnia alia complectitur, ſine quibus vita pauperis hominis ſuſtineri non poteſt, ſi auferantur.

Deut.cap. 57. *Plagarum modus erit pro menſura peccati, ita duntaxat, vt quadragenariū numerum non excedant.* Igitur ſi lex quadragies ſceleſto flagellum impingit, Iudæi

THEO. cur vnam de quadraginta plagam infligunt? Ne in contentione illa plagarum legitimus modus excedatur, ac præter opinionem hominem dehoneſtent, intra numerum ſe paululum continentes caſtigationem ſine ignominiæ periculo tutius irrogare videntur.

Deut.cap. 25. *Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas.* Sententiam huius documenti apertè Apoſtolus interpretatur: quod etiam per ſe æquitas indicabat, vt qui arat metitque fruges de fructibus agri

gri fructum laboris percipiat.

Si reſponderit, Nolo eam vxorem accipere: accedet mulier ad eum, coram ſenioribus, & tollet calceamentum de pede eius ſpuetq́ in faciem illius, & dicet: Sic fiet homini qui non ædificat domũ fratris ſui. Et vocabitur nomẽ illius in Iſrael, Domus diſcalceati. Deut.cap. 25.

Quamobrem? vt ex ea ignominia ius fraternum colatur. naturæ lex, fratris rationem haberi iubet, quam qui neglexerit, voluit ignominia notare. at neque ea potiſsima cauſa eſt, cur genus Amalecitarum funditus perdere voluerit, quòd fuerint in fratres impij. Deducenti illi genus ab Eſau, primi contra Iſrael irruerunt. Cæterum hæc omnia, quæ toties Moſes repetere videtur non vna alteráue die habita ſunt ad populum, ſed complures è re nata dies intercеſſerunt, ſicut ex ijs certius apparet, quæ ſecuntur. Præcepit autem Moyſes & ſeniores populo. Illud autem, nõ comedi ex eis in luctu meo, ſatis nos admonet, quicquid ſemel DEO dicatum eſt, abuti nefas, in ijs præſertim, quæ infauſta ſunt & immunda.

Deut.cap. 27. *Hi ſtabunt ad benedicendũ populo ſuper montem Garizim.* Notandum, benedicẽdi munus ijs tribubus demandatum, ex quibus Chriſtus deſignatur, cognoſcitur & generatur. Ioſeph enim typ⁹ Chriſti fuit. De Leui ſimul & Iuda tanquam Rex & ſacerdos natus eſt, quantum ad corpus. Per Symeonem agnitus in templo. De Beniamin Paulus per gẽtes Chriſti nomen propagauit. At verò Ruben tametſi ex ancilla non ſit, adijcitur maledicentibus, quia & ipſe fuerit à patre maledictus. Symeon autem, quia in medio Iudæ habitat, quaſi pars Iudæ computatur, atque vbi Iudas, illic etiam Symeon annumeratur.

IREN.

THEO. Sunt, qui quærant, quamobrem aut hos execrationibus deprimit, aut hos precibus optatis exaltat? nullum eſt medium. Dominus Chriſtus perfectos perfectè exornat. illis enim cœlorum regna promittit, vt impijs gehennam ignis. Iudæis verò, qui adhuc humi ſerpebant, neque mentem erigebant ad ſuperiora, bona malaúe pro meritis terreſtria imprecatur. Cùm enim ne illa quidem crederent, quæ præ oculis haberent, quomodo futuris fidem habuiſſent?

ſſent? Eſt illud animaduertendum bonæ quidem preces ijs tribubus attributæ, quæ à liberis deſcenderent, quibus tribum quoque Leui, quia ſacra, adnumerauit. Quæ duplex erat Ioſeph pro vna cenſa eſt: ijs verò qui libertini quodammodo erant imprecationes iniunxit. Vide etiam ſecundum illorum execrationem, qui impij ſunt in DEVM, eos ſtatim inferri, qui de parentibus ſuis malé merentur. Aequum ſcilicet eſt, ſecundo loco colere per quos producimur in lucem. Caput autem & cauda, imperium, ſeruitutemque ſignificat, ſupremum ſcilicet infimumque gradum. Sed de ijs imprecationibus concipiendis nulla fuit apud maiores memoria, affert igitur & hic liber aliquid noui, quemadmodum & verba ipſius Prophetæ teſtantur. Hi ſunt, inquit, ſermones fœderis, quæcunque præcepit DEVS Moyſi in Moabitarum regione præter ea, quæ Horeb edixerat. nam cùm paulò mox introducendus eſſet in promiſſas ſedes populus Iſraeliticus, bona malaque merito recenſet ad confirmandos animos in lege. Sed cur execrationes plures numero videntur, quam quæ bona

exoptantur? quoniam vernas improbos & fugitiuos magis exterrent intentamenta plagarum, quàm vindiciarum promiſsiones.

Deut. cap. 27. *Maledictus qui non permanſerit in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit: & dicet omnis populus, Amen.*

Apud ſeptuaginta legimus in omnibus ſermonibus legis huius, quibus etiá codex Samariticus adſtipulatur. Concordat cum his Apoſtolus. Quotquot enim ex operibus legis ſunt, execrationibus addicuntur, quando omnia exequi non poſſunt.

Baſilius. Dicat aliquis, cur recitatis execrationibus adiungitur, Amen: benedictionibus verò nulla ſequitur affirmatio? Diluit hanc dubitationem Apoſtolus dicens: Filius Dei non eſt etiam & non, ſed in ſeipſo eſt etiam. Omnes enim Dei promiſsiones in ipſo ſunt etiam Amen. Ipſe nimirum eſt, qui benedixit nobis in omni benedictione ſpirituali.

Deut. cap. 28. *Et palpes in meridie tenebras, ſicut cæcus palpare ſolet in tenebris.*

Omnia hæc aduentum Chriſti conſecuta ſunt. Degunt aliæ gentes in meridiana Chriſti luce, Iſrael iacet in te-

ne-

nebris, quia lucẽ cognitionẽq; Chriſti admittere noluit. Aduena igitur aſcendit ſuper illum, & deſcendit ille deorſum.

Vos vidiſtis vniuerſa quæ fecit Dominus coram vobis in Ægypti Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, ſigna illa portẽtaq́ ingentia, & non dedit vobis Dominus cor intelligens & oculos videntes & aures quæ poſſunt audire in præſentem diem. Deut. cap. 29.

Cõſimile eſt, tradidit eos in mentẽ reprobã, & in affectus turpes. Itẽ illud: Et indurauit Dominus cor Pharaonis. Atqui cauſa Deus eſt omniũ bonorum: is quid agendũ indicat, & quid fugiendũ admonet. At verò mentem hominis nõ cogit, trahitúe in alteram partem, imò liberæ cedit voluntati. nam cùm impedimento eſſe poſsit, ſinit tamen, ne quid in re noſtra vis aliqua, vel neceſsitas appareat, vt ſit virtuti locus. Illud igitur in Euangelio: Obcæcauit oculos cordaque illorum, dictum eſt, vt omnibus pateret, multo ante omnia illa Dominum prouidiſſe. Nam cùm omnem (vt in prouerbio eſt) lapidem moueret, vt ſalutem admitterent, plurima cotidiè edens miracula, reparans aut emendãs vitia naturæ, incurſusque Dæmonum THEO.

Ipſis etiam elementis imperans, pauci tamen vt filium Dei agnouerunt. Nec minus dicendum eſt de his, quæ hoc loco meminimus. Si enim Deus impedimento eſt, quò minus videamus, cur legem tulit? imo totum id eſt, vt tenebris expulſis nobis poſteriſque conſulamus. non enim, inquit, vobiſcum hoc tantum percutio fœdus, ſed cum poſteris. Quamquam & hoc vulgari figura dicendi, qua ſæpius vtitur ſacra ſcriptura, dictũ eſſe poteſt. Solẽt em̃ pleriq; vel ſeruos vel diſcipulos increpãtes dicere, obcæcauit tibi Dominus mentem, obturauit aures. Igitur vt moris eſt, ſtultitiam illorũ in his verbis Propheta denotare voluit.

Si quis audierit verba huius imprecationis, ſecumque dicat in corde ſuo, pax mihi fiat: quomodo eſt hoc accipiendum? Temeritatem illorum deſcribit, qui legem contemnunt: Multi ſiquidem inertia quadam & ignauia prętermittunt legis præcepta, nonnulli ſua aut improbitate aut ſuperbia, quales hic denotantur in contrarium iter conuerſi, quos manet extrema calamitas, vt alijs exemplo ſint tam ſuis quam alienis, præſertim ſi addatur ebria ſitienti, id eſt doctor impius diſcipulum trahat in interitũ.

in interitum. Admonens vero illos, quanti ſint apud Deum, adnectit, occulta quidem & opera Domini Dei noſtri vobis manifeſta ſunt. Quod autem apud deum pœnitentia locum habuerit, docet áperte iudicum regumq́ue liber & Paralipomenon. Poſtremo legis facilem ſenſum, facilem quoque obedientiam demonſtrat. Prope te verbum eſt in ore tuo et in corde tuo, & tuis ipſe manibus facies &c. Per os ſignificans diuinorum ſermonum meditationem. Per cor animi ſtudiũ: per manus, præceptorum perfunctionem. Quo teſtimonio vſus eſt etiam Paulus Apoſtolus. Si tuo, inquit, ore confitearis Dominum Ieſum, tuo verò corde credideris à Deo ſuſcitatum fuiſſe à mortuis, ſeruaberis. Corde enim creditur in iuſtitiam, ore autem & c,

Poſt ſeptem annos, anno remiſsionis, leges verba hæc. Cur ſeptimo pòſt anno librum recitari iubet? Nullum erat futurum ocium maturius. Prius enim quàm prælio decertarent, expugnarent vrbes, agros inter ſe diuiderent, conderent nouas ſedes colerentq́ue terram, plures neceſſario interfuerunt anni. Deut. cap. 31. THEO.

Audite cœli quæ loquor, audiat terra ver- Deut. cap. 32.

ba oris mei. Quamobrē cœlū ac terrā teſtes aduocat? haud ſanè quia animata ſint aut prædita intelligētia, ſed quod omnia quę condita ſunt, contineant. Quod Eſaias etiam imitatur: Audi, inquit, cœlum, auribus percipe terrā. Et Hieremias, obſtupuit propterea cœlum & exhorruit. Iacob item & Laban collem citarunt, & inter Abraham Patriarcham & Abimelec puteus iuramenti interceſsit, vt qui eo loci iure iurando conuenerint.

Deut. cap. 32. *Et ego prouocabo vos in eo, qui non eſt populus et in gēte ſtulta irritabo illos.* Quomodo ſunt hæc accipienda? Non vna gens ea eſt, quæ credidit in CHRISTVM, verùm innumeræ, quæ quondam fuerant ſtultæ, ac, queadmodum Paulus ſcribit, voluptatibus cupidinibusque varijs inſeruientes. Nēpe vos, inquit, vno ac vero derelicto Deo, multas falſasque admiſiſtis ſuperſtitiones, ita & ego vno abiecto populo multis gentibus ſalutem aperiam. Sed vos colentes, qui nulli ſunt, nullo modo fieri poterit, vt vobis aliquid ſint: Ego vero gentes alioqui ſtultas, reddam omnino ſapientes, & eruditas, ita vt videntes inuidia rumpamini.

Deut. cap. 32. *Vide terram Chanaam, quam ego tradam filys*

filÿs Iſrael,& morere in monte. Cur Moyſes leuiore de culpa ſedibus optatis non potitur, proſpicere tãtum modo licuit? Admonet nos Dominus à perfectis perfectam operam exigendam. In alios enim peccantes imprudenter vtitur patientia: Sanctos verò ac prudentes viros nulla ferè venia dignatur, ſicuti Sapiens dictitat: Infimus homo mouet miſericordiã, ſublimiores ſublimius examinabuntur. Cui, inquit dominus, modicũ dabitur, modicum exigetur, cui multũ defertur multum quoque repoſcetur. Illud eſt prætерea animaduertendum, nullibi vacare ſcripturæ ſenſum, imò alia ſemper ſub aliorum prætextu latere.. Haud ſanè mirũ, ſi noluerit Moyſem in promiſſas ſedes peruenire Deus, vt maiori occurreret offenſioni. Nam qui populus vel inanima colere potuit ad ſuperſtitiones adeò procliuis facile pro Deo talem virorum colere potuiſſet, cuius imperio atq; concilio tot tantisq́ue bonis potirentur. Sed neq; propterea ſepulchrum tanti viri dicitur indicare noluiſſe. Adhæc typum gerit Moſes ipſius legis, vt per Moyſen lex ſæpius intelligatur. In Euangelio: Habent Moyſen & Prophetas. Item: Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen.

Quem-

Quemadmodum & in alijs ſcriptoribus vſu venit, nam Hieremias & Ezechiel nõ viros modo, ſed libros etiam, quos illi ſcripſerunt, ſignificat. At verò Ieſus Naue Dominum repræſentat totius orbis vindicem. Quo igitur modo populum Moyſes eduxit ex Aegypto, Ieſus verò Naue in ſedes certas deduxit: ita etiam lex ab impietatis iugo liberat obedientes, Euangelica verò gratia in regnum nos cœlorum inducit.

Deut. cap. 33. *Hæc eſt benedictio, qua benedixit Moyſes homo Dei filijs Iſrael ante mortem ſuam.* Qui ſenſus & ordo Moyſis in tribubus benedicendis? Primùm quidem loca cõmemorat, in quibus ſeſe Dominus oſtendens præcipuam populi curam habuit: adnectit deinde, *& erit in dilecto Rex cum principibus Iſrael.* Prædicens ab Iſraele dilecto paulò pòſt alias gentes vocatum iri. Primo deinde Ruben benedicit, vt ab execratione patris vindicetur, pietatem fratris obijciens indignationi paternæ. Iure quippe ſuo poterat legiſlator ſortẽ illius in melius commutare, vt poſterorum gloria non defraudaretur. Secundo loco bona precatur Iudæ, præferens cæteris, propterea quòd ex eo oriundus erat Dominus noſter, Dauidicumque regnum.

gnum. Ideo, inquit, exaudi Domine, & in populũ veniant manus eius. Tertio accedit ad benedicendum ſacræ tribui, eius perfectionem cõprobans, dicens omnia alia ſacris poſthabuiſſe ſacerdotes, cum parentibus dixerint: Neſcio vos, & cæt. Quocirca nullam certam agrorum poſſeſsionem aſsignauit illis, ſed decimas tantum, vt ab his curis liberi, quicquid illis mandatur feliciter obeant, impoſitoque thymiamate iram Dei à populo defendant, in qua re cùm valetudo corporis roburque requiratur, id exoptare non prætermiſit, refrenans illos etiam, qui ſacerdotibus velint iniurios eſſe: Quales Chorè, Dathan, & Abirõ, qui ſeditionem concitare contra ſacrum ordinem conati ſunt.

Viuat Ruben & non moriatur, & ſit paruus in numero. Iacob moribundus maledixerat Ruben: velut aqua non efferueueat. Moſes contrà benedicens, viuat, inquit, Ruben, rectè vtrunque. Pater enim vt alios terreret, ne cũ patris pellice dormiant, iure filio talia imprecatus eſt, hæc poſtea Moyſes diluit, qui oelus fuerat in cauſa, quamobrem Ioſeph ſeruaretur. Neque enim videbatur æquum, ſi quia reus male mulctatus eſt, ideo rectè facientem

Deut.cap. 33.
THEO.

entem non promereri bona.

Et Beniamin ait, Amantiſsimus Domini
Deut. cap. 33. *habitabit confidenter in eo: quaſi in thalamo tota die morabitur*. Quî fit, vt extremus alioqui Benianim, quarto loco cenſeatur? Huiuſce tribus metropolis fuit, in qua templum conſtructum eſt, non iniuria igitur à ſacris hominibus de ſacro loco meminit, idipſum verba quoque precantis oſtendunt. *Amantiſsimus domini habitabit confidenter*, & cæt. Extructo ſiquidem templo Hieroſolymis habitauit illic ſanctum Domini. Ioſephum deinde aggreditur, ſimulq́; geminis tribubus eadem precatur bona, quibus colles terrarumq́ue gremia diſtenduntur. Irrigant pluuiæ, nutriũt rores, coquit Sol: ad cuius gratiæ confirmationem ardentis rubi viſionem adducit. Sed & ius primogeniti fecit, vt vna eius tribus pro duabus cenſa duplicem quoque capeſſeret hęreditatẽ. Quarum vires ad potẽtiam per tauri monocerotisq́ue cornua præmonſtrauit, ſeruato patris ordine, qui Ephraim præpoſuit Manaſſe. At Zabuloni, qui maritimam oram incoluit, & Iſſachari eius contermino victoriam exoptat in bello diuinumq́ue præſidium, & omnia bona quæ nauibus conuehuntur. Gad autem
Leoni

leoni comparat, iuxta Iacob, quòd Laiſſam agmine facto funditùs euerterint ibidem ſedes ſuas collocantes. Merces quoque & opes maris Neptalim pollicetur, quia & hic non longe à mari habitauit à tergo Galilæam relinquens. Vnde & apud Prophetam: Terra Zabulon & terra Neptalim cæteriquè oram incolentes. Olei porrò & ferrei calceamenti allegoria, quæ pertinet ad Aſſer, neceſſariorum copiam permanentem ſignificat.

Quamobrem Simeoni non benedixit? Quod Ruben, vt dicebamus, benediceretur, fecit charitas fratris. atque ipſe Leui propter Moyſen talem tantumque virum benedictionem adeptus eſt. Simeonis verò cur mentio haberetur in his, nulla cauſa erat, præſertim cùm autor potiſſimus fuerit proditionis fraternæ. Argumento eſt, quod ſolus Apud Ioſeph in carcere plures dies fuerit cæteris ſolutis. Attamen non fuit omnino talium votorum expers. Moyſes enim nó ſingulis tátú tribubus bene precatus eſt, ſed omnibus generatim. Habitabit, inquit, Iſrael cő fidenter &c. Secundum hæc indicatur à Domino regio quæ populum manebat ipſi prophetæ, in quam cum ingre-

di

di non liceret, præſignauit id, quod à Ieſu CHRISTO dictum eſt: Multi prophetæ & Reges exoptarunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt.

Deut. cap. 33. *Leui quoque ait, perfectio tua & doctrina tua viro ſancto, quem probaſti in tentatione, & iudicaſtis ad aquas contradictionis.* Reuocans Moyſes à Leui maledictioné commemorat populi conuicium in Raphidi ad aquas controuerſiæ, vitulumque conflatũ: quãdo Leuitæ vt de impietate pœnas ſumerent arreptis gladijs ne parentibus quidem, ne dum fratribus pepercerunt. Quocirca diiperſionis illorum dãnationem fauſtis bonis commutauit: in quibus Simeon etiam complectitur. Qui enim ex eadem cauſa maledictioni fuerat addictus, debuit cum ſocijs deinde benedictionis eſſe particeps.

Deut. cap. 34. *Et non cognouit homo ſepulchrum eius, vſque in præſentem diem.* In Epiſtola Catholica legimus: Michael verò Archangelus quando cùm Diabolo diſputans altercaretur de corpore Moſcos Vbi ſciendũ eſt, quòd cùm Deus patefacere vellet hominibus, occultam Diaboli tyrannidem in animas hominum propter Adæ culpã permiſit vt de ſepulchro corporeque pro-

Prophetæ, quæ res euidens erat, cum Archangelo concertaret. Conſueuit enim Deus populo præſertim Israelitico, qui nihil niſi corporeum curabat, per ea quæ cernuntur, indicare, quæ ſub oculos non cadunt. Ex Michaelis enim congreſsione cum Dæmone palàm Deus facere voluit, quantoperè conetur hoſtis humani genris, ne animæ è corpore hoc egredientes curſu ſuo ad ſuperiora cõtendant: Contra quam tempeſtiue Angeli Dei accurrẽtes iuſtos è faucibus orci eripiant. Eſt quidem in apocrypho myſticoque codice legere, vbi de creatis rebus ſubtilius agitur, nubẽ lucidam, quo tempere mortuus eſt Moſes, locum ſepulchri complexã oculos circumſtantium perſtrinxiſſe ita, vt nullus neq; morientem legis latorem neque locum videre potuerit, vbi cadauer conderetur.

Et non ſurrexit vltra propheta in Israel ſicut Moſes. At cur paulò antè dixerat: Prophetam de medio tui & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit? nimirum quia ex eo populo nullus, qui ſimpliciter homo fuerit, exortus eſt, qualis Moſes diuini numinis ſpeculator. Solus qui Emanuel dictus eſt, & legis lator extitit & Propheta longe melior Moſe, & inſignis Deut. cap. 34.

 miraculis

miraculis prodigijsque inter Aegyptios, id eſt apud homines huiuſce ſeculi, qui Pharaonem, hoc eſt, principem harum tenebrarum contriuit, vt populum ſibi compararet ab errore mentis vindicatum.

(·.·)

FINIS

CATHENAE VETERVM GRAECORVM IN PENTATEVCHON.

8-3.9.9
226

CATHENA EXPLANATIONVM VETERVM SANCTORVM PATRVM IN OMNIA TAM VETERIS, QVAM NOVI TESTAMENTI CANTICA.

AB ANTONIO CARAFA è Græco in Latinum ſermonem conuerſa.

CANTICVM MOSIS IN EXITV.

Canticum eſt Theologia in rectis dogmatibus conſiſtens, quam ipſa anima pfecti viri per ſeipſam meditata eſt Deo conſecrare. Canticum eſt, quodcũque contemplationem, & Theologiam tantum continet. Canticum eſt vox, quæ cum melodia, & cum armonia profertur abſque ſono inſtrumenti. hoc primum cecinerunt Canticum filij Iſraelis cùm ſicco pede rubrum mare tranſiuiſſent, cumque inſequentes Aegyptios vndis obrutos, & demerſos factos ſimul cum curribus, Euſebij Epiſcopi Cęſariæ.

& equis ſpectaſſent:nō quòd maris contractionem quandã, & refluxum, qui in illo loco fit, obſeruaſſent, vt dicũt qui idolis dediti ſunt, & in ſtulta opinione viuunt: hũc enim potiſsimum nouiſſent, ſi eſſet verum, præter hos Aegyptij vt magis finitimi, & accolæ illorum locorum, ſed cùm inexpugnabilẽ Dei potentiam ante ipſos certantem, & eos protegentẽ conſpexiſſent.

Cantemus Domino glorioſe enim honorificatus eſt.

Cyrilli Alexandrini

Vtiliter enim miraculũ edidit hoc vniuerſitatis Deus. etenim cùm in Aegypto quã plurima ſigna & admodũ admiratione digna eis oſtendiſſẽt, addidit etiam hoc honoris ſui agendi cauſa, vt qui in ſua eſſent tutela ipſum mare pertrãſire poſſent, vt etiam piam deinceps, & firmam mentem in ſeipſis haberent, & iam crederent ipſum minimè ex falſis Deis eſſe, nimirum humanæ artis inuentum aliquod, ſed vt intelligerent cùm Dominus totius vniuerſitatis ſit, ipſum omni creaturæ illius pedibus ſubiectæ imperare, & quodcunque voluerit facilè perficere. An non omnem ſenſibilem & humilem hominum opinionem ſuperat ille, qui omni creatura pro ſuo arbitratu

arbitratu vtitur, & quæ illius nutibus paret, ac inimicos, qui ſuis propugnatoribus moleſtiã inferunt ſubuertit: nõ equidem naturali quodam impetu mare id fecit, ſed & præter naturam coactum opificis voluntati paruit. Nónne hic præſtans eſt ſupra omnem humanã opinionem, qui fecit vt ſuus populus per medium mare tranſiret, & veluti per continentem ambulans pelagus traijceret, & qui ſine labore omnes de medio ſuſtulit, & in fugam vertit iniuſtum, & impium Aegyptiorum populum, feſtinantem eandem ingredi viam, vt à tergo ipſos cæderet, & exclamantem contra inſontes, & hoſpites?

Equum, & aſcenſorem proiecit in mare. Eiſudem.

Tunc quidem Pharaonem, & omnem eius exercitum ſummerſit: Nunc autem per aduentum magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, intelligibilem Pharaonem, & prauam eius potentiam ignominiæ affectus conſcendentem in Iordanis alueis demerſit, & fecit, vt verus Iſraelita liber ab eius ſeruitute exiret, vt ne amplius hoc timeamus freti illo, qui dicit, Si exieris in bellum contra hoſtes tuos, & videris equum, & aſcenſorem, & populum mul-

tum non timebis, quoniam Dominus Deus tuus tecum eſt.

Adiutor, & protector factus es mihi in ſalutem.

Eiuſdem. Nam opem eis iniuria affectis attulit, & veluti Aquila alis vt pullos protexit & congregauit, non in interitum vt Aegyptios, conturbans, & educens ipſos cum violentia operiens aqua, ſed congregauit ipſos in columna ignis, & nubis in ſalutem: nam murus erat eis aqua à dextris, & à ſiniſtris.

Iſte Deus meus, & glorificabo eum, Deus patris mei, & exaltabo eum.

Eiuſdem, Demonſtratiuo pronomine eius naturam minime communicari poſſe cum his dijs, qui non ſunt oſtenderunt: hic Deus meus, non falſi, non ij, qui olim in Aegypto à nobis ſunt culti, huic & gloriam dabo, nam Dominum Deum meum adorabo, & illi ſoli ſeruiam. Et ſi enim nos in Aegypto errantes Dæmonibus, & non Deo immolabamus, tamen nunc dicamus Deum patris noſtri Iacob nos fore vt colamus, & in altum extollamus, nihil abiectum vel humile de ipſo ſentientes, ſed cognoſcentes ipſum Deum verum eſſe, non

opus

opus vel figmentum, ſed totius vniuerſitatis opificem, & ſupra totum mundum, qui cernitur, & non cernitur, nõ recentem ſed ſempiternum: hunc enim, qui eſt, nouit & Iacob noſter Patriarcha firmè, & nunquam de ipſo alias alio tempore opiniones habuit. Propterea & dicimus huic ipſi, qui nos liberauit, & patris noſtri Deus fuit, nos gloriam dare, beneficia eius narrantes, & annunciantes opera eius, & ob eximiam lætitiã diuerſe idẽ repetentes, modò quidem equum, & aſcenſorem in mare proieciſſe, modò verò currum Pharaonis, & eius potentiam aquis obruiſſe.

Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi, currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare.

Porrò exercitus Pharaonis, qui minime cernitur, eſt cœtus abſurdorum ſtudiorum, & dedecoris affectuum, quæ in vnum cogens, excitat bella timentibus Dominum: ſed huiuſmodi bella conterit Dominus qui facit vt aſcendamus ſuper aſpidem, & baſiliſcum, & ſuper omnem potentiam inimici. Gregorij Nyſſeni.

Electos aſcenſores.

Electos aũt inquit, vt eos, q̃ tales eſſe alijs vident, & breui voluptate ſtultos allicientes

entes, vt ipſis adhærcant, & à Sathana magnifiunt: quoniam etiam eius eſcas electas alibi ſacræ literę dicunt.

Principes ſubmerſit in mari rubro, ponto operuit ipſos.

Τριςάτας ſcilicet Principes hoc ſignificant. contra hoſtiles manus antiqui magnos currus faciebant, adeo vt tres homines caperent, vt vnus quidem auriga eſſet, duo verò alij certarent: vel ſuper tribus equis aſcendentes: quandoquidem antiqui in bellum profecti ab aurigis ſuper tribus equis vehebantur, inquit, enim omnem equum, & Principes ſuper ipſis, vel fortes viros, qui poſſunt cõtra tres ſtare. Vel Τριςάτας vocat eos, qui in acie phalangis terni ſtabant: primo enim occumbente, vel defeſſo, ὁ Τριςάτης ingrediebatur in illius locum. Vel Τριςάτην dicit tertium, hoc eſt eum, qui tertius ſtat, dum Rex ſedet, vel tertiam ſedem habet, vt erat Dauid apud Saulem: hoc autem inuenies in primo Regum libro. Τριςάτας vocat hiſtoria, & intelliges hos tres penitus vectos à curru, tripartitã animæ diuiſionem in partem rationis cõpotem, & in partẽ concupiſcẽtiæ & iræ.

Hæc

Hæc igitur omnia,& quæcunq; horum cognata ſunt, in aqua cum Iſraelita præcedente prauum affectuum impetum co incidũt, ex quibus aquæ natura præeũte in baptiſmate fide,& illuſtrante nube, vitam quidem illis affert, qui ad ipſam con fugiunt, hoſtes verò ipſam ſectantes perimit.

Deſcenderunt in profundum, quaſi lapis. Nam lapidibus erant ſtolidiores, & grauiores, nihil leue, & ſublime habentes, vel vt aërem penetrare poſsit: ſicut enim onus graue gruati ſunt, & non in maris ſuperficie, ſed in profundo aquæ ipſius: quoniam & iſti in malorum profundum peruenerunt, pro nihilo ducentes deum, ſed non huiuſmodi ſunt ſancti, vt nubes enim volant inquit Eſaias, Et vt Aquilæ Eſai.40. per aërem volant.

Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine, dextera tua, manus Domini vulnerauit inimicos, & multitudine gloriæ tuæ contriuiſti aduerſarios.

Dexteram & Brachium, & Manum, ſæpius ſacræ literæ filium nuncupare ſolẽt, Eiuſdem. atque etiam potentiam: Chriſtus enim Dei potentia, & Dei ſapientia eſt. ipſa igitur glorioſa effecta eſt, cũ inexpugnabilis patris potentia eſſet, cumque contri-

uiſſet Pharaonem,& omnẽ eius exercitũ.

Miſiſti iram tuam, deuorauit eos, ſicut ſtipulam.

Deum affectuum expertem eſſe, ſæpe dictum eſt. Iram autem Dei vocat ſacra ſcriptura motum ad puniendum peccatores animaduerſione dignos, vel Angelos huic ſubſeruientes, Immitte enim iram,& furorem immiſsionem per Angelos malos. Ira quippe, & furor quomodo mitti poteſt? ſi verè iram intelligemus, vel furorẽ, cùm ſit feruor ſanguinis circa cor: ſed neque corpus, neque affectus Deus habet. Cęterùm Iram miſſam cenſendum eſt pœnam, quæ peccatoribus infligitur, quæ ipſos abſorbuit, hoc eſt, conſumpſit ſicut ſtipulam ignis.

Et per ſpiritum furoris tui diuiſa eſt aqua, fixæ ſunt vt murus aquæ & vndæ in medio maris.

Porrò ſpiritum furoris, Angelum huic pœnæ ſubſeruiẽtem, dicit, vel etiam Auſtrũ, qui & aquas aggregauit, videlicet, ſtare faciens, & figens fluxam naturam vt murum fecit. ſed cum Aegyptius vidiſſet, putauit eandem ſemitam etiam ſibi eſſe præparatam, & filios Iſraelis inſequi poſſe.

Dixit inimicus, perſequar, comprehendã, diui-

diuidam ſpolia,implebo animã meam,interſi ciam gladio meo,dominabitur manus mea.

Et vincam fugientes, & prædam non paruam faciam,hos quidem cædens,hos verò viuos conſeruans, & captiuos effi- ciens.

Miſiſti ſpiritum tuum,operuit ipſos mare, ſummerſi ſunt quaſi plumbum in aqua vehe- menti.

Induxit enim Dominus mare in vento auſtro vehenti. *Spiritum* autem Dei cen- ſemus Auſtrum vt opus Creatoris,& fig- mentum opificis.

Quis tibi ſimilis in Dijs Domine,qui ſimi- lis tibi glorificatus in ſanctis admirabilis glo- rioſè faciens ſigna? Eiuſdem.

Quis hoc in loco, pro *Nemo* iacet. ne- que enim in potẽtijs,vt Symmachus red- didit,neque in ſanctitate æquiparari quis poterit, vel etiam aliqua in re aſsimilari: quandoquidem nec incomparabilia cõ- parari poſſũt, nec opera cũ ſuo opifice, nec cũ eo,qui eſt, ea,quæ non ſunt: om- nino enim omnibus præſtas incompara- bilibus excellentijs.

Extendiſti dexteram tuam, & abſorpſit eos terra.

Quæ enim olim contracta erat,ob tol- lerantiam, & bonitatem, & patientiam Gregorij Nyſſeni.

exten-

extenſa eſt contra Aegyptios. hanc enim pro nihilo habentes,& in melius progredi nolentes theſaurizauerunt ſibi ipſis iram in die iræ. Cæterùm eos terram abſorbuiſſe inquit, voragine facta,poſtquá à mari ipſi obruti fuerunt, & à filijs Iſraelis ſpoliati fuêre. Primò Deo volente filijs Iſraelis perſuadere eos penitus necatos eſſe, in conſpectu ferente cadauera, & fecit,vt ea ſpoliarent,ne putarent per imaginationem ea,quę acciderunt, facta eſſe. Deinde rurſus in eorum oculis illa cadauera fecit,vt euaneſcerẽt,abſorpta à terra,ſicut accidit ſæpius his,qui iuſtè puniti ſunt.

Dux fuiſti iuſtitia tua populo tuo huic,quẽ redemiſti.

Eiuſdem. Nam iuſtitia eſt quàm veriſsime,ſaluare hoſpites iniuria affectos,liberos, q in ſeruitutem abducti erant,conuertere errantes,pios ab inſidijs liberare.

Adhortatus es fortitudine tua in habitaculum ſanctum tuum.

Hoc eſt portaſti, ſic enim Symmachus interpretatus eſt. Adhortatus es,cuſtodiens ipſos in omnibus,& hoſtes vlciſcens, & liberalem ipſis bonorum ſalutem largiens,donec in ipſam terram quam promiſiſti,reſtituiſti. Habitaculum ſanctum

eſt

eſt pia cogitatio, & bonarum actionum operatio, in quam adhortatus eſt ipſos, corrigens eorum ſtultitiam, & optimis moribus eos imbuẽs, vt pater & pceptor.

Audierunt gentes, & iratæ ſunt.

Scilicet, Motæ ſunt, & turbatæ ſunt. & hæc Raab meretrix teſtatur, eorum tumultum ſpeculatoribus annuncians. Et alienigenæ arcã cõſpicientes, & væ nobis exclamantes, vt in Regum libris ſcriptum eſt. Eiuſdem.

Dolores ceperunt habitatores Philiſtim. tunc feſtinarunt Principes Edõ, & Principes Moabitarũ, cepit eos tremor, liquefacti ſunt omnes habitatores Chanaam.

Edom, & Seir Eſau nominatur, qui Iacob vterinus frater fuit, ex quo Idumæi deſcendunt: Moabitæ verò à Moab filio Lot. horum duces ſcientes inexpugnabilem manum pro Iſraele pugnante correpti ſunt timore, & graui terrore obſeſsi affligente animam. Cæterùm hoc verbũ Feſtinarunt, Turbati ſunt, cæteri reddiderunt. Verùm tempora diuina ſcriptura parum curat, & alicubi quidem tanquam iam factas res annunciat, futurorum prædictione freta, & credens omnino euentum ſequi, alicubi verò tanquã nondum facta futura narrat.

Irruat

Irruat ſuper eos formido,& pauor, magni tudine brachy tui lapideſcant, donec tranſeat populus tuus domine, donec pertranſeat populus tuus hic quem redemiſti.

Eiuſdem. Quod eſt ob hyperbolem tuæ potentiæ, immobiles permaneant à timore eneruati. hæc autem vt eis accidant precamur, cùm nõ ſimus fratres maleuoli, ſed ne quid mali tranſeũtes accipiamus, præter opinionem ſaluati ex manu Aegyptiorum, & populus tuus vocati, & poſſeſsio facti eius, qui ſalutem largitus eſt.

Introducens plantato ipſos in montem hæreditatis tuæ in præparatum habitaculũ tuũ, quod operatus es domine.

Eiuſdem. Rogamus vt & introducas nos, & quieſcere facias in terra, quã patribus noſtris promiſiſti, & in habitatione, et ſanctuario effecto, vel parato tua prouidentia, quod domum deprecationis fore ſtatuiſti, & præparaſti tuæ hæreditati, & funiculo hæreditatis tuę, ipſe enim es Rex in ſeculũ, & vltra ſeculum.

Sanctuarium domine, quod præpararunt manus tuæ, dominus, qui regnat in æternum, & vltra.

Eiuſdem, Porrò quæ ſunt manus? Dominus, qui regnat in æternum, per quem & omnia fecit pater, & euertit principatus, & poteſtates

ſtates, & contriuit capita Draconum in aqua, & liberauit proprium populum ab oppreſsione illorum, & reliqua.

Quoniam ingreſſus eſt eques Pharao cum curribus, et aſcenſoribus eius mare, et induxit ſuper eos dominus aquam maris: Filij autem Iſrael ambulauerũt per ſiccũ in medio maris.

Cæterum hæc dicimus, freti ijs rebus, quas iam nobis oſtẽdiſti, cum hoſtes quidem in fugam vertiſſes, & totum pelagus in ipſos inundaſſes, & Iſraelẽ deduxiſſes tanquam in continenti per medietatem aquæ diffiſſæ ob tuum præceptum: hos etiam ſecundum ſpiritus legem conijcies ſublimior ſermone factus. Principes nanque, & Duces Edom, & reliquorum impiorum alienigenarum gentium, Sathanam conſiderabis, & prauas potẽtias quę ſub ipſo ſunt, quæ & motæ ſunt, videntes inexpugnabilem Dei manum in impios irruentem, clamantes, ſine, quid nobis & tibi, fili Dei, veniſti ante tempus torquere nos? & inuidia rupti liquefacti ſunt, cernentes Sionem parturientem, & parientem in vno die gentem hanc, & populum genitum, & laudantem dominum. Eiuſdem. Matt.8.

CANTICVM MOSIS IN DEVTERONOMIO.

Deut.32.

AT-

ATTENDE cœlum,& loquar,& audiat terra verba ex ore meo.

Conuocat ad doctrinam eorum, quæ à Domino dicuntur, continentes partes totius mundi, nimirum cœlum ipſum, quod diuinas virtutes cõtinet, & terram mortalium habitationem, & cœlum quidem attendere, terram verò audire iubet, quoniam & oculi præſtantiores auditu ſunt, & veluti vnus oculus, omnes intelligibiles potentiæ ſunt, cùm ſint perſpicaces, atque perfectius quàm nos cõprehendant intelligibilia & viſibilia. & quoniam ea, quæ prędicuntur, lõgis pòſt temporibus per euentus futura ſunt, cùm mortalis natura breuiſsima ſit, inuocat diuinas, & immortales potentias, & perennes orbis partes tanquam in teſtimoniũ rerum, quæ ab ipſo dicuntur, & quæ accident multis pòſt ſeculis, cùm nulla hominum vita permaneat in euentum eorũ, quæ prædicuntur.

Aliter. Moyſe de Domino vniuerſitatis loquente, & de totius orbis opifice, atque eorum, quæ ſunt, conditore differente, & non de alio quodam creato, & falſo Deo, oportebat dignè eius vocis auditores inuocare. propterea tanquam in vno maximo theatro, nimirum, in hoc orbe,

be, Cœlum ipſum, & terram & omnia, quæ in his ſunt, ea, quæ dicuntur, attendere adhortatus eſt. Inuocat autẽ vniuerſam terram & cœlum, eò quòd nõ contra Iudæos ſolum hæc verba dicũtur, ſed etiam contra omnes totius orbis gentes, quæ cœleſti cõſuetudine indignæ ſunt. ſed quoniam præſtantius eſt cœlum terra, attendere, quod eſt intelligere, meliori tribuit, audire verò, quod eſt propriè eorũ, quæ corpus habent, terrę attribuit.

Expectetur ſicut pluuia eloquium meum, & deſcendat ſicut ros doctrina mea.

Nam ſicut ros ea, quę ſunt in agro, optima reddit, ſic etiã diuinus ſermo lætificat cor. Vult dicere per hãc clauſulã, Expectetur ſicut pluuia eloquiũ meũ, facite receptacula in vobis ipſis in eorũ quæ dicũtur perceptionẽ: nam hoc faciũt prudẽtes agricolæ. etenim pluuia imminẽte, arant terrã, & ſtudioſe colũt ea, quę circa arbores ſunt, ne quid aquę effugiat, ſic etiam volo, ne quid eorum, quæ dicuntur, vos lateat. Cyrilli Alexãdrini.

Sicut imber ſuper gramen.

Gramẽ, & fœnũ, ſteriles herbæ ſunt, & vt inquit Saluator in clibanũ mittũtur: emittunt autẽ has pręcipue inculta, & deſerta lo-

ſerta loca. Sciens igitur Moſes ſterilitatem audientium, inquit, Sicut imber ſuper gramen, & ſicut nix ſuper fœnum, ſcilicet in aures audientium, & nullum fructum ex auditione capientium.

Et quaſi nix ſuper fœnum.

Fœnum radicem in ſuperficie habet, vireſcit autem, & in germē facile creſcit, quòd à niue pingue fit, ne ſint igitur noſtri ſermones in vobis difficiles actu, ſed inſtar fœni, facile in vobis floreſcāt, & tāquam gramen altius radices agant.

Quoniam nomen Domini inuocaui, date magnificentiam Deo noſtro.

Nihil de ipſo abiectum & humile ſentientes, inquit autem, & extollite Dominum mecum: ſi enim eius opera in altum elata ſunt, quanto magis ipſe eorum conditor?

Deus verax, opera eius, & omnes viæ eius iudicium, Deus fidelis, & non eſt iniquitas in eo.

Nimirum ſine reprehenſione, & ſine crimine, & ſine culpa ſunt ſermones eius prouidentiæ, licet noſtræ mentis captum fugiant.

Iuſtus, & ſanctus Dominus, peccauerunt non ipſi filij vituperabiles.

Hoc eſt, non mentietur iudicia faciens, neque

ens, neque eſt acceptio perſonarum apud Deum, neque iniuſtas profert ſententias: eſt enim iudex incorruptus, & pro dignitate vnicuique tribuit.

Generatio obliqua, & peruerſa.

Diaboli filij, & Serpentis tanquam ab ipſo geniti, ad eius ſimilitudinem obliqui ſunt, & tortuoſi, viam rectam non incedentes, ſed oblique ſe circumuoluentes.

Hæc Domino redditis?

Ei ſcilicet, qui cùm non eſſetis, in lucem edidit, & id quod eſtis vobis dedit, qui elegit vos ex omnibus gentibus populum hæreditarium, qui redemit vos ex oppreſsione Pharaonis, qui per mare vos eduxit, & non tritam, ſed inuiam viam dedit, & inſequentes Aegyptios poſt vos vndis obruit, & qui cætera miracula edidit.

Hic populus ſtultus, & inſipiens.

Nihil in intelligentiam beneficij auctores vos ducit, ſed omni temeritate peiores eſtis, neque caſtigati, ad Dominum conuertimini, qui tanquam filios caſtigat, neque ob multitudinem beneficiorum cognoſcitis Dominum. Atqui bos cognouit poſſeſſorem, &

Aſinus præſepe domini ſui, tu autẽ ò Iſrael non cognouiſti, neque intellexiſti Redemptorem.

Non ipſe hic eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit te, & confirmauit te?

Hoc eſt, cùm te ſeruũ poſſediſſet, vt pote qui veſtros inimicos expugnauit, & in fugã vertit, nõ tanquã ſeruum poſſedit, ſed ad opinionẽ tibi largitus, & pater eſt vocatus, cùm immutauerit te, & renouauerit in adoptionem, vt etiam primigenium te vocaret.

Mementote dies ſeculi, cogitate generationes generationum.

Recurrite, inquit, memoria ad dies ſeculi, perpẽdite p vos ipſos omnes ætates in mentẽ reſumentes, ex quo fuerũt homines, ſi factum eſt ſic omni genti, & huiuſmodi honore dignas effecit, & filium Dei vocauit, & eius populũ, & oues paſcuæ eius.

Interroga patrem tuum, & annũciabit tibi, ſeniores tuos, & dicent tibi.

Si iuuenes eſtis heri, & nudius tertius creati, & ignorare ſimulatis, interrogate patrẽ veſtrum, & annunciabit vobis, ſeniores veſtros, & dicẽt vobis. Pater autẽ veſter ego Moſes, vt princeps cenſeor, poſſum vobis vera annunciare, prohetia

dignus

dignus effectus fui, mediator inter vos, & Deũ fui, dixi quomodo à principio vniuerſitatem cõſtituit, & ſi quid factum eſt ante prædixi.

Quando diuidebat Altiſsimus gẽtes, quos diſpergebat filios Adam, conſtituit terminos gẽtium ſecundum numerum Angelorũ Dei.

Principiũ diſtributionis gentiũ in diſperſione filiorum Adã facta ſecundũ numerum Angelorũ Dei, occaſionem videtur habuiſſe ab ædificatione turris, cũ filij & poſteri Noe numerũ gentiũ complectantur, cũ numero Septuaginta eſſent, ſed etiã filij Iacob, & filij filiorũ, qui rediguntur ad numerũ Septuaginta, qui in Aegyptũ deſcenderunt, ſicut in Deuteronomio ſcriptum eſt. In Septuaginta animabus deſcenderunt patres veſtri in Aegyptum: ſic autẽ & cæteri reddiderũt Interpretes, Secundum numerum filiorum Iſrael.

Ex epiſtola Seueri ad Ioannem Tribunum.

Quando diuidebat altiſsimus gentes, quos diſpergebat filios Adã, cõſtituit terminos gentium ſecundũ numerũ Angelorum Dei, hũc habet ſenſum. omnibus gentibus diuiſis, Angelos ſecundum eundem numerum præfecit, attribuens aliquem vnicuique ad cuſtodiam: Ete-

nim eſſe ipſos ſpiritus miniſtros in mini-
ſterium miſſos propter eos, qui futuri
ſunt hæreditatem capere ſalutis, à ſcri-
Hebræ.1. pturis diuinitus afflatis audimus. Quo-
niam etiam cuilibet Angelum ad cu-
Matt.8. ſtodiam datum fuiſſe, Euangeliorum
vox teſtatur, Domino de pueris dicen-
te, Ne contemnatis vnum de puſillis
iſtis, dico enim vobis, quòd Angeli eo-
rum ſemper vident faciem patris mei,
qui in cœlis eſt. Faciem autem hoc in lo-
co, ſummam inſpectionem, & curam vo
cat, & non corporalem caracterem, &
Pſal.118. figuram, vt etiam canẽs Propheta inquit,
Illumina faciem tuam ſuper ſeruum tu-
um. Si autem ſingulis Angelum vt dixi-
mus præfecit Deus, quomodo non ma-
gis & gentibus, & populis, & ciuitatibus?
Quod igitur inquit, Moſes hoc eſt. Cùm
altiſsimus gentes quidẽ diuiſiſſet, & ter-
minos fixiſſet, vnicuique termino An-
gelũ attribuit, menſura, & numero. Non
enim gentium terminos eiuſdem nume
ri myriadum Angelorum, qui ſine nu-
mero ſunt, fecit, ſed terminos ſecundũ
numerum præfectorum Angelorum di-
ſtribuit. Secundum igitur hanc prouidẽ
tiam, quæ continet omnium hominum
vitam, & illud, quod vnuſquiſque eſt,
erant

erant quodammodo omnes gẽtes eiuſdem cõditionis, quę habẽt ad cuſtodiam Angelo, pro dignitate cuilibet fauentes: Poſtea verò Iſraeliticã gentẽ ob cognitionẽ cùm familiarẽ ſibi feciſſet, partem propriam, & funiculum, & hæreditatem nominauit. hoc igitur aperte per ea, quæ dixit Moſes oſtẽditur, & addit quòd qui ex Iſrael orti ſunt præter honorem, qui illis cũ alijs gentib. erat cõmune, hũc etiam habuerũt, quia ſcilicet pręter Angelorũ cuſtodiam, vt dixi, & pars Domini, & hæreditas appellãtur. Quod quidem cõmune dicitur, omniũ commune erat, quod verò propriũ, præmium virtutis erat: ex quo Angelus Danieli oracula prudens, dicebat, Michael princeps veſter, tãquã ipſo gloriãte, illum Iſraeliticam gẽtẽ incuſtodiam habere. Gens igitur Iſraelis numerata fuit in hæreditate, & parte Dñi, eò quòd ipſa Deum cognoſceret. Dan. 10.

Et factus eſt pars Domini populus eius Iacob.

Non hoc dicit Iudæos quidem ſuos eſſe, alios verò homines non ſed ſua prouidentia deſtitutos eſſe, & gubernatione priuatos, verum communis omnium eſt. vtitur autem hoc ſermone, quoniam vtcunque alijs videbantur meliores. Ioannis Chryſoſtomi.

Funiculum hæreditatis eius Iſrael, inuenit ipſum in deſerto.

Nam fune terræ diuiſiones faciebant: ſic metita, & diuiſa eſt terra filijs Iſraelis: à cõſuetudine dictus eſt igitur funiculus.

In ſiti æſtus in inaquoſo.

Non enim habebat fluuium lætificantem ciuitatẽ Dei, neq; fontem vitæ, neque torrentem voluptatis, vnde in ſiti erant à Diabolo accenſa.

Circundedit ipſum, & erudiuit ipſum.

Nam eorũ patres probauit, & per multas afflictiones examinauit. primũ quidẽ cùm ex Aſſyria in Chanaam tranſtuliſſet, & rurſus in Aegyptũ, & ex Aegypto rurſus in Chanaã, & innumeris tentationib, cinxit, erudire ipſos volens. Cæterum Iacob in Meſopotamiam duxit, & vt ſeruiret fecit, vt per patientiam, & in Deo ſpem acquirerent ſibi ſalutem.

Et cuſtodiuit vt pupillam oculi.

Gene, cap. 31. Vt diceret Iacob, partim quidem, Angelus qui eripuit me de omnibus malis meis, partim verò, Niſi Deus patris meis Abraham, & timor Iſaac affuiſſet mihi, modo forſitan vacuum me dimiſiſſes.

Sicut Aquila ad protegendum nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos volitat, extendens alas ſuas

alas ſuas ſuſcepit eos,& aſſumpſit eos ſupra ſca pulis ſuis.

Oſtendit per hæc multam curam erga ipſos habitam, & voluiſſe ipſos in altitudinem contemplationis ſpiritus euchere, & ad ſummum virtutis faſtigium: quãdoquidem dicunt Aquilas multum circa proprios filios habere amorem,& eos alis ſuſcipere, & paulatim in altum ferre, meritò Moſes Aquilæ ſimilitudine vſus eſt, cùm dixiſſet Deum vt Aquilam proprios filios Iſraelitas aſſumere ſuper humeris,& in altum ſubleuare,& cœlorum ciues efficere,præſidium, & adiumentum eis præbentem.

Dominus ſolus duxit ipſos,& non erat cum eis Deus alienus.

Quemadmodum enim inquit diuinus Paulus, Quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Cor.6 2.

Aſcendere fecit eos ſuper robur terræ.

Hoc eſt, ſublimiores ipſos terreſtribus fecit.vt enim Aquila inquit, ſuper ſummitatem terræ ſtatuit eos, vt nihil humile, vél abiectum ſentirent,volens.

Cibauit ipſos fructibus agrorum.

Nimirum ſpiritus, qui boni odoris pleni ſunt,& qui à Domino benedicti ſunt,

& intelligibile manna colunt, vel etiam producunt.

Suxerunt mel de petra.

Cæterùm hæc ſpecies philoſophicæ, & ſimplicis vitæ, & rebus neceſſarijs contentæ, proprium quidem locum habet, ſolitudinem, & in hac vt plurimùm verſatur, & vbique cum quibuſlibet ſimul ambulat, ſiquidem in moribus, & non in loco philoſophia poſita eſt, quod quidem nulla res arctare poſſet. In ſolitudine quidē dulciſsimam aquā ex lapide ipſis eduxit, quæ ipſis ſitientibus mellis dulcedini ſimilis eſſe viſa eſt. quoniam multo labore defeſsi erant & itinere, & vehementi ſiti correpti, in frigidos aquæ riuos inciderunt. voluptatem igitur illorum riuorum ob oculos ponere volens, mel aquam vocauit nō tanq̃ aquæ naturam in mel mutatā, ſed veluti voluptatem illius riui certantem cum illa dulcedine. In terra autē promiſsionis affatim terræ fructus largitus eſt, à parte nanq; totū demonſtrauit.

Et oleum ex ſaxo duriſsimo.

Illuſtrati ſecundum animas, & gratis miſericordia adiuti ob eius gratiam, & illuſtrationem ſpiritus illuſtriores facti, & glorioſi erga pietatem ſecundum illud,
Pſal. 10 Vt exhilaret faciem in oleo.

Bu-

Butyrum boum,& lac ouium.

Hic cibus infantibus congruens eſt, vt inquit Apoſtolus, Vt infantes in Chriſto lacte vos potaui. Boues autem inquit, de quibus ipſe Apoſtolus ait, Nunquid de bobus cura eſt Deo? an propter nos dicit, & reliqua. Oues verò hos dominus ſacris in Euangelijs vocat dicens, Ecce ego mittam vos ſicut oues in medio luporũ. Horum lac filij Iſrael ſuxerunt, nunquid Moſes non erat bos triturãs, & arans animas filiorum Iſraelis? & Aaron, & Eleazar & Phinees, & Ieſus filius Naue, & Septuaginta ſeniores? & ouis etiam erat Moſes cum manſuetus eſſet ſupra omnes homines totius terræ.

I. Cor. 3.

Ibidem. 9.

Matt. 10.

Cum adipe Agnorum, & Arietum, filiorũ taurorum & hircorum.

Dictante lege in Leuitico, vt nemo adipẽ comedat, ſed in odorem ſuauitatis Deo conſecret, dicant nobis qui literæ adhærent, quomodo hic inquit adipis ipſos plenos eſſe? patet igitur ſanctorum adipe plenos fuiſſe ſecundum ſpiritum perfruentes eorum diuina doctrina. Ijdẽ enim erant & agni per infantiam in Chriſto, & arietes & hirci, gregem ducentes, & filij taurorum, cum iuuenci ſint, & Deo ceruices ſummittant.

Cum

Cum adipe renum tritici, & ſanguinem vuæ bibebant vinum.

Non modo inquit, Chriſto perfruiti ſunt, & ſpirituali petra, & præceptoribus, qui ipſos ducebant, ſed etiam myſtica benedictione digni effecti ſunt, tanquam in figura percipientes. nam Adeps renum tritici, ſpiritualis panis eſt, Sanguis verò vuæ, eſt vinum ex vera vite expreſſum.

Et comedit Iacob & ſatiatus eſt.

Prouc.27. Dictum eſt à Salomone, Anima ſatiata
Ibidē. 25. calcat fauos. & rurſus admonet, Cùm mel inueneris, comede quod ſatis eſt, ne quādo ſatiatus, euomas illud. neque enim voluerunt obedire, vt ea, quæ dicta ſunt, cōtinerent, & concoquerent, & vt inde fructum percipere poſſent, ſed eorum cor craſſum factum eſt, & pingue, corpore iā ſucci pleno, & multa carne grauato: & recalcitrarunt veluti porci, bonas margaritas conculcantes, & tanquam equi frenū abijcientes, & auertētes pedibus eos, qui cohibere volunt.

Cyrilli. *Et recalcitrauit dilectus impinguatus, & dilatatus.* Delicijs ſupernorum bonorum abundans ab amore diuino reſilijt.

Et reliquit Deum factorē ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.

Cùm enim ſe ipſos procul ab illo abſtra-

ſtraxiſſent,ad extremum interitum deuenerunt, neque illum vt opificem agnoſcétes,neque vt patrem, & redemptorem venerantes.

Irritauerunt me in Dijs alienis,in abominationibus eorum ad iracundiam concitarũt, immolauerunt Dæmonijs, & non Deo, Dijs, quos ignorarunt: noui & recentes venerunt, quos neſcierunt patres eorum.

Omnia perinde ac opera Dei,Deo ſeruiunt,& ſubiecta ſunt, ſed ſua peſsima electione,& ſtudiorum prauitate alienantur à Deo tanquam ſi non eſſent creaturæ ipſi ſubiectæ:ſic Diabolus,& immundum Dæmoniorum agmen à Deo defecit. Itidem & homines, qui illos ſecuti ſunt: quandoquidem relinquentes vitæ fontem totiuſque mundi creatorem bonorumque largitorem, & adhærentes illis, qui ſeipſos à Deo ſeiungunt; irritauerunt Deum ad iuſtam iram, quæ non ſic accipienda eſt, vt Deus patiatur: Deus enim pati non poteſt,ſed humano more hoc dicitur. Ira enim Dei accipitur pro vindicta peccatorũ. Abominationes autem vocat Idolorum ſacrificia, & volens docere quinam ſint iſti Dij alieni, ſubiungit, Sacrificabant Dæmonijs, & non Deo, hoc eſt,pro creatore,res creatas adorabant,et

pro

pro eo qui largitus eſt nobis omnia bona, colebant Deos malos, animarum euerſores, & corruptores, falſa nomina habentes, & Dei honorem in ſe ipſos traducentes, qui heri, vel nudius tertius effecti fuerunt, quique patribus eorum ignoti erant: vnum nanque agnoſcebant Dominum, & Deum altiſsimum, qui cœlum terramque condidit.

Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Dei nutrientis te.

Sermo eſt reprehenſione plenus, dictus ex perſona Moſis, exprobrando ipſis defectionem, quod neque vt creatorem honorarunt, neque vt beneficij auctorem, & alitorem agnouerũt. non modo enim ad id, quod es, te deduxit, verùm etiam, ad id, quod bene es: ipſe enim dedit tibi vitæ primordia, & inſuper largitus eſt tibi imperium in omnia animalia.

Et vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt.

Etenim Deus dicitur amoris inuidia laborare, nõ vt aliquis perturbationem putet eſſe in Deo, (nam Deus perturbari nõ poteſt) ſed vt amoris vehementia oſtendatur. Inuidia autem amoris Deus laborat, non vt ipſe aliquid lucretur, ſed vt eos cõſeruet, ob quos amoris iuuidiam habet. ſi

Cyrilli.

verò

verò ſacræ literæ Zelotem eum nominãt, nemo offendatur:non enim diuina,& inexplicabilis natura ſimilis noſtræ eſt, nam in loco adeò alto ſita eſt, & adeò ſupra mentem fertur , vt differentiæ inter nos, & illum incõparabiles ſint, ſiquidem cuiuſlibet rei affectùs ſunt in nobis eiuſmodi, vt pati poſsimus. Noſtra enim natura procliuis eſt, & valdè facilis ad peccandum:In Deo autem rerum omnium conditore iſti affectus ſignificantur vocibus, & verbis noſtro more acceptis, nó quòd hoc modo in eo intelligãtur : Deus enim caret affectibus. Dicitur autẽ Zelotes, eò quòd vult,vt nemo illorum, qui ſemel eius gloriam cognouerunt, vergat in peius,& in deterius ruat.

Et irritatus eſt propter iram filiorum ipſorum,& filiarum.

Cùm videat Deus,(non inquam corporeis oculis: non enim corporeus eſt, neq; formatus)& ſciat omnia, quæ fiunt ab ipſis hominibus, antequam fiant, zelo quodam commotus ad vindictam filiorum ipſorũ & filiarum ſurrexit. Ira enim Dei accipienda eſt motus ad puniendum.

Et dixit , auertam faciem meam ab ipſis, & oſtendam quid erit ipſis in nouiſsimis.

Sic intelligendum eſt. Mali, & peruerſi ſunt vſque in hodiernum diem, qui talia

cōmittunt:deteriores verò ſunt,qui contra Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſine freno inſanierunt', quibus etiam dicet,
Eſai.1. Cùm manus extenderitis ad me,auertam oculos meos à vobis,manus enim veſtræ ſanguinis plenæ ſunt.

Quoniam generatio peruerſa eſt, & non eſt fides in ipſa.

Huiuſmodi voce etiam Saluator in Euangelijs vſus eſt, cùm dixiſſet ipſis,
Matt 17. Generatio incredula & peruerſa,quouſque vobiſcum ero?quouſque ſuſtinebo vos? nihil enim vtrunque quod dicitur aliud eſt, quàm quòd faciem meam ab eis auertā: generatio enim eſt infidelis,non fidem habens,& à veritate auerſa.Nos autem ſimul
Pſal.78. cùm Pſalmorum auctore clamemus, Ne auertas faciem tuam à nobis,& reliqua.

Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus,& irritauerunt me in Idolis ipſorum,& ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos.

Hoc modo vſus eſt beatus Paulus ſcribens ad Romanos.Stultos autem nos vocauit, oſtendens noſtræ fidei ſtultitiam: hoc enim & diuinus Apoſtolus inquit, Eramus nanq; & nos olim ſtulti, infideles,
Tit.3. errantes,ſeruientes concupiſcentijs,& voluptatibus varijs,& viuentes in malitia, & inui-

inuidia, odioſi, & nos inuicem odio habentes. In his autem præſertim Deus cõturbauit Iudæos. non enim ſic ipſos dolore afficit ſeruitus, & diſperſio, & templi deſolatio; vt gentium religio, & ſplẽdor, pungit enim ipſos, & in inuidiam prouocat.

Quoniam ignis accenſus eſt ex furore meo & cõburet vſq; ad inferos infimos.

Iuſtum contra peccatores motum oſtendit, non ducentem ipſos ad correctionẽ vſque, ſed ad extremũ interitum vſque ad portas Inferorum. ſicut enim ſupra dixi, Deus noſter eſt ignis conſumens, qui impios vlciſcitur, & ſibi aduerſantes punit, quotieſcunque ex tollerãtia, & patientia Dei noluerint reſipiſcere. Hoc igitur in loco Iudæorum extremam perniciem vaticinatur, quam à Romanis perpeſſi ſunt, poſtquã in Chriſtũ debacchati ſunt, & poſtquam gentes vocatæ fuerunt.

Deuorabit terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburit.

Ignis per figuram acceptus omnem terrenam prudentiam abſorbit, & deuorabit eos, qui terræ dediti sũt &, cõſumet terræ fructus, ſcortationem, adulterium, Idolorũ cultum, & reliqua: hi enim ſunt

in nobis terreni fructus. Poteſt etiam ignis ſimpliciter intelligi pro hoc terreno: ſiquidem hoſtes Iudæorum regionem diripient, & igni vaſtatam perdent, & omnia, quæ in ipſa ſunt. Fundamenta autẽ montium poſſunt per figuram dici fundamenta eorum, qui contra cognitionem Dei cornua tollunt: hos enim cõburet, & Principem tenebrarum huius ſeculi, & omnes malos ſpiritus, qui ſub ipſo ſunt eneruabit. ſi autem ſimpliciter voluerimus intelligere fundamenta mõtium, dicemus illa comburenda eſſe ab ira Dei, quãdo ob neceſsitatem belli Iudæi ad arces editiſsimas, & munitiſsimas confugerint: ſed tamen hoſtes illas expugnarunt, vt ait Ioſephus, qui extremã illorum perniciem narrat.

Congregabo in eos mala.

Quod ipſi agunt inſanabiles permanentes, Dei tolerantiam & patientiam pro nihilo ducentes, & ſibi ipſis iram condentes in die iræ.

Et ſagittas meas conturbabo in eos.

Sagittæ autem domini ſunt, quæ ad conuerſionem, & correctionem emittuntur: ſicut Iob dicit, Sagittæ enim domini in corpore meo ſunt, quarum fu-
Iob.6.

ror

ror ebibit meum ſanguin em. Nam ſanguis, & caro Regni Dei minime hæredes erunt.

Conſumpti fame,& morſu auium.

Fame ſenſibili conſumpti ſunt cùm obſeſsi eſſent,& præcedente belli neceſſitate & tempore Nabuchodonoſor, & tempore vltimæ obſidionis, quam perpeſsi ſunt poſt furoré, quo in Saluatoré noſtrũ, & Deũ Ieſum Chriſtum vſi ſunt. Cæterùm cõſumpti ſunt intelligibili fame,cùm nõ amplius ſit apud eos Dei verbũ vel ipſis dicens. Hęc dicit dominus. morſu aũt auium ſunt cõſumpti:inter enim huiuſmodi aues verſantes,veriſimile eſt vix reſiſtere poſſe harũ morſibus.

Et Opiſthotonus inſanabilis. Porrò Opiſthotonus inſanabilis,eſt ſpaſmus muſculorũ,qui ſunt in dorſo,totũ corpus retrotrahens, & efficiens tanquam arcum intentum.huiuſmodi autem ſunt animæ perturbationes inducentes auerſionem à Deo, nullam in eos ſalutis ſpem oſtendentes.nam famem quidẽ intelligimus, quoniam non amplius eſt apud ipſos verbum Dei. morſum verò auium inanes ſermones & fruſtra per aërem volantes, & ſegniter diſſolutos: non ceſſant enim in his fruſtra meditari, vt inquit Dauid, Pſalm.2.

Meditati ſunt inania, retrocedentes ſine reuerſione.

Dentes ferarum mittam in eos cum furore trahentium ſuper terram.

Mittam pro Miſi: quando ſerpentes ad ipſos miſit, interficientes eos in ſolitudine. Feras, hoſtes intelligendum eſt, inſtar ferarum ipſos deuorantes, & quaſi dentibus conſumentes, cùm ſint praui, & nihil humani in ipſos oſtendant, qui cùm Dei præſentiam dereliquiſſent, & eorum affectibus dediti eſſent, à feris intelligibilibus deuorati ſunt.

Foris orbabit eos gladius, & intus pauor.

Ea, quæ in obſidione acciderunt, particulatim tragicè deplorat, quemadmodum per Ieremiam, & Ezechielem diuin' narrauit ſermo. Nam hi quidem foris ab hoſtib. percuſsi, alij verò intus timore, & morbo, & fame corrupti ſunt: Dei autẽ gladius prauos actus vlciſcens, deprimit timore cogitationes hos parientes, vt ne amplius huiuſmodi pariant: acutior enim eſt Dei ſermo, & iudex cogitationũ.

Iuuenem cum virgine lactantem cum cõſtituto ſene.

Penitus ipſi perierunt, quoniã & vno omnium cõſenſu peccatum cõmiſerunt, An non vides, inquit, vniuerſitatis Deus prophe-

prophetæ Ieremiæ, quid iſti faciunt, & in ciuitatibus Iudæ, & in atrijs tuis Hieruſalem? & ſecundum animam diuerſas ætates intelligimus. Ierem.7.

Dixi, diſpergam ipſos, ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum, niſi per iram inimicorum ne durent, & ne ſimul inſidientur aduerſarij ne dicant manus noſtra excelſa, non dominus fecit hæc omnia.

Diſperſi enim à ſummo Cœlo, & vſq; ad ſummum eius, ex libro viuentiũ obliterati ſunt, nõ amplius populus Dei vocati. Cæterùm non omnes penitus perierunt, propter eos, qui ex gẽtibus, debebant enim interitum ob eorum impietatem, Dijs ſuis inſcribentes, Væ peccatis eorum, qui perierunt.

Quoniam gens eſt abſque conſilio, & non eſt in eis ſcientia. Cœleſtis es, tenuiſti enim manum dextræ meæ, & in voluntate tua deduxiſti me, ait Vates. Non cogitauerũt hæc omnia intelligere, recipiãt in poſterum tempus: Quoniam inquit, non cognouerunt, neque intellexerunt ea, quę dicta ſunt, in nouiſsimis diebus cognoſcent ipſa, cum aduentus humanitatis vnigeniti tẽpus veniet, & gentium vocatio fiet: ipſorum autem iactura erit, eò quòd noluerunt patris conſilium acci-

pere, neque eius ſcientiam intelligere.

Quomodo vnus perſequitur mille, & duo trãſmouent decẽ millia? nonne Deus vẽdidit eos, & Dominus tradidit ipſos? nõ enim ſunt Dij ipſorũ vt Deus noſter, & inimici noſtri ſtulti. Hoc eſt, minime hoſtibus captiui fuerũt, & à quolibet, timore cõſternati, vt vnus hoſtiũ mille inſequeretur. & duo innumerabilem multitudinẽ, niſi res in contrariũ verſæ eſſent. Et quemadmodũ ipſi olim geſſerunt facile hoſtes expugnãtes, Deũ propitium habentes, hæc patiuntur. Verùm hæc haudquaquam ſuſtinuiſſent, niſi eius ope orbati eſſent, vẽditi ob peccata.

Ex vitibus Sodomorũ vitis eorum, & palmes eorũ Gomorræ, Vua eorũ vua fellis, botrus amaritudinis eorũ, furor Draconũ vinum eorũ, furor & ſerpentiũ inſanabilis.

Ierem. 1. Inquit alibi beatus Ieremias ſynagogę Iudæorũ, tanquam ex perſona Dei, Ego te plantaui vitẽ fructiferã, quomodo cõuerſa es in amaritudinẽ vitis alienæ? nam imitãtes Sodomitarũ opera, & Gomorræ ciuiũ ſtudia amplectentes, genus illic deducere dicũtur: quẽadmodum enim Abrahæ opera imitãtes, & perſequentes, filij Abrahæ nõ immeritò vocãtur, ſic & qui Sodomitarũ nefaria facinora ſectantur

tur, orti à rebelle Diabolo videntur.

An non hæc omnia congregata ſunt apud me, & ſignata ſunt in theſauris meis?

Symmachus manifeſtius explanans, reddidit, Nónne hoc repoſitum eſt apud me? nimirum eorum feritas, & homicidium, & quæ futuri ſunt aggredi rabie perciti in eorum Saluatorem. Veruntamen inquit, pro craſtino, & libero arbitrio locum do, actum expectans.

In die vltionis retribuam, & in tempore, cum labatur pes eorum.

Tunc enim inquit, ab ipſis pœnam exigam, & ipſis perfectè interitum inferam cur rectè nollent incedere, ſed à recta via diuertent, voluntariè obliqui effecti ad effundendum ſanguinem.

Quoniam prope eſt dies perditionis eorum, & adſunt prompta vobis

Vaticinationis ſpiritu, quæ multis poſt temporibus futura ſunt, tanquam præſentia, & proxima contemplatur, dicens propè eſſe diem perditionis eorum, & vocationem gentium propenſiſsimam fore.

Quoniam dominus iudicat populum ſuũ, & in ſeruis ſuis conſolabitur.

Nam inquit, proprium populum con-

demnabit, & ipſos damnabit, & in his, qui ex gentibus crediderunt, conſolabitur: ſeruos enim eius ,hos dicit,vel & Israelitas miſerabitur, & non in finem populum ſuum abijciet.

Vidit enim eos diſsolutos,& deficientes in inductione,& dimiſſos.

Inductio eſt vltionis tempus,per vnum inquit, Vatum, Quid facies in die inductionis? Vidit igitur ipſos ſecundũ illud tempus,& pœnas ipſos pendẽtes, diſſolutos, & nullum habẽtes robur.nõ enim dicere poſſunt, omnia poſſum in Chriſto confirmante me, & in Deo meo faciam potẽtiam.Cæterùm debilitatẽ animæ ſequitur potentiæ reſtrinctio.

Et dixit dominus,vbi ſunt Dei eorum, in quibus habebant fiduciã, de quorũ victimis adipẽ comedebatis, et bibebatis vinum libaminum? ſurgant,& opitulẽtur vobis,& ſint veſtri protectores.

Hæc & cæteri Vates,& potiſsimũ Ieremias in eorũ impietatis reprehenſionem attulit: inquit,enim, Quamobrẽ hæc di-
Cap.2. cit domin9,Ecce ego inducã ſup eos mala de quib.exire nõ poterũt, & clamabũt ad me, & non exaudiã eos,& ibunt ciuitates Iudæ, & habitatores Hieruſalem & clamabunt ad Deos, quibus libant,& non ſalua-

non ſaluabunt eos in tempore afflictionis eorum, & reliqua.

Videte, Videte, quoniam ego ſum, & non eſt Deus præter me.

Hoc eſt, tua defectio erudiet te, & prauitas tua redarguet te, & quemadmodũ feliciter agens, non cognouiſti beneficij auctorem, & bonorum largitorem, caſtigatus diſce eum, qui inexorabiles plagas vobis infligit, à quibus nemo eorum, qui Dei vobis viſi ſunt, liberauit.

Ego occidam, & viuere faciam.

Nam omnia in veſtram ſalutẽ tracto, & ꝓpterea pœnas in hac vita à peccatoribus exigo, vt per pœnitentiam ipſis vitam largiar, quæ nihil aliud eſt, quàm impietatis cognitio. Eos qui ob impietatem mortui ſunt, vt ne amplius malum committant, eoſdem dicimus viuificari per rectam fidem, & per bonas actiones. ſic enim bonos Deus occidit, vt viuos efficiat, & percutiens vt ſanet. Seueri Antiocheni.

Percutiam, & ego ſanabo, & non eſt qui eruet ex manibus meis.

Nam ipſe occidit, & rurſus recreat, afflictiones inflictas corrigens, & animæ morbos ſanans, cùm nullus penitus à me eos, qui pœnas luunt, liberare poſſit. Eiuſdem.

Quoniam leuabo in cœlum manum meam

& iurabo dexteræ meæ, & dicam, viuo ego in æternum.

Manus, & dextera patris eſt filius, per quē cœlum firmauit, & terram fundauit. Dextera dei, & patris filius eſt, vt inq̄t, Da-
Pſal.117. uid, Dextera domini fecit virtutem. & rur
ſus, Me autem ſuſcepit dextera tua. Hæc
Pſal.62. autem clauſula, Tollam in cœlum manū
meam, ſimilis eſt illi, quod à beato Daui-
Pſal.88. de dictum eſt, Exaltetur dextera tua. Oportebat enim ſecundum humanitatem filium hominis extolli, cùm ſit Dei dextera, quatenus autē eſt dextra oſtendit Deū ex ſolo Deo eſſe, & eiuſdem ſubſtantiæ, & vnius potentiæ, & imperij, & dominationis. Nam iuro dexteræ meæ, hoc declarat. Quoniam enim non poterat per maiorem iurare, ſicut inquit Apoſtolus, Iurauit per ſemetipſum, filius enī eſt character ſubſtantiæ patris, & imago immutabilis, totum in ſe ipſo oſtēdens patrem. Cæterùm demonſtrat, & ſimul eſſe ſempiternum & viuentem in æternum cum dextera, quam extollit, hæc verò fient ait, quādo in vos animaduertam, qui meam dexteram vituperaſtis, vt cognoſcatis libentiſsime ob meam volūtatem ſeipſum humiliaſſe propter vos auerſos, & minimè ipſam accipientes.

Quoniam acuam vt fulgur gladium meũ, & accipiet iudicium manus mea, & reddam vltionem hoſtibus meis, & his, qui oderunt me retribuam.

Gladium inquit vlciſcendi potentiam, quandoquidem bellicum inſtrumentum, & ad hoſtes vlciſcendos accommodatus eſt gladius, ſed Dei gladius non cernitur, & ſecundum ſpiritum eſt: inquit enim Vates, inebriatus eſt gladius Domini vſque ad cœlum. hunc inquit acuere vt fulgur ad ſplendorem & eius claritatem oſtendens, & tunc omnibus manifeſtum erit, & accipiet iudicium manus: quãdoquidem totum iudicium dedit filio vt omnes honorent filium, quemadmodum patrem honorant, & poteſtatem dedit ei faciendi iudicium, ſed quod iudicium ipſe in euangelio declarat, Quoniam princeps huius mundi iudicatus eſt: nam cùm Ioann.12. potentias, quæ minimè cerni poſſunt profligaſſet, & horum præſidem Diabolum; nos liberos dimiſit.

Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus comedet carnes.

Nam cùm Iudæos puniſſet, qui in eum debacchati ſunt, cumq́ue ipſi Cæſari tradidiſſet, quem regem inſcripſerũt, impleuit ſagittas eorum ſanguine, qui extremã

ſcr-

ſeruitutem perpeſsi ſunt. eſſe poſſet gladius ſecundum ſenſum, Romanorum arma, quæ tanquã res animatæ carnes deuorabant, conſumentia quoſcunque obuios. ſed gladius ſecundum ſpiritum eſt
Epheſ. 6. verbum Dei: inquit enim Apoſtolus, & gladium ſpiritus, qui eſt verbum Dei, ipſe in nobis affectus conſumpſit, & deuora-
Gene. 6. uit opera quæ carnis ſunt, non permanebit enim ſpiritus meus in ipſis, dixit Deus, cum ſint ipſi caro, hoc eſt, carnis cogitationem habeant, & nihil aliud ſint, quàm caro, quam verbum aduenicns conſumpſit, ſpirituales nos efficiens.

A ſanguine occiſorum & captiuitatis à capite principum gentium.

Miſcet & gladium ſpiritualem, & ſenſibilem, hunc quidem dicens plenum eſſe ſanguine eorum, qui in acie occubuerũt, & qui in ſeruitutem redacti ſunt, hunc verò ſpiritualem dico inebriatum eſſe à capite principum gentium: caput autem principum gentium eſt Diabolus, Principes vero gentium, prauæ potentiæ, quæ ſub ipſo ſunt. Propterea dixit Eſaias, In no
Eſai. 27. uiſsima die inducet Deus gladium ſanctum, magnum, & fortem, ſupra draconem ſerpẽtem. Idcirco cùm Dei verbum viuens aduenifſet, quod eſt acutius omni gla-

gladio ancipiti, potentias inuiſibiles in cruce deuicit,cùm chirographum quod contra nos erat confixiſſet, & ſuſtuliſſet omnem potentiam,& principatum, cũq́; triumphaſſet in fiducia, & accepiſſet nos captiuos;dedit etiã dona in hominibus.

Exultate cœli cum ipſo,et adorent eũ omnes Angeli Dei.

Nam verè materia lætitiæ, & omnis voluptatis eſt, cùm captiuæ rebelles potententiæ effectæ ſint, cumq́ue Diabolus bonum odio habens eneruatus ſit, & homines ab antiqua tyrannide, quæ eos premebat,liberi euaſiſſent,& via pura ab omni peccato interemptis facta ſit, qui ad ipſum accedunt, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. propter hæc gaudent Angeli,et omnes cœlorũ potentiæ, vidẽtes antiquas inimicitias diſſolutas, & pacem his,qui ſupra terram ſunt propoſitã, & terrenos homines cœli ciues factos eſſe,& terram cum cœlo coniunctam eſſe, & adorant omnes inexpugnabilem potentiam,quotquot inter filios Dei numerati ſunt.ii enim ſecundum ſaluatoris vo- Luc.15.
cem gaudium in cœlis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente fit,quanto magis ſuper tanto, & tali hominum beneficio,& ſalute?

La-

Lætamini gentes cum populo eius.

Exultate gentes cum populo eius: etenim propter oues, quæ domus Iſraelis perierũt, aduenisſe inquit: ſed ipſe rurſus in
Ioan.10. euangelijs dicit, Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocẽ meã audient, et fiet vnũ ouile, & vnus paſtor. inquit etiã diuinus
Epheſ.2. Apoſtolus, Vt duos populos conderet in vnũ nouũ hominẽ, faciens pacẽ, & reconciliabit vtroſq; in vno ſpiritu ad patrem. Cæterùm Aquila, pro Lætamini inquit, Vnum efficite gentes populum eius.

Et fortes faciant in ipſo omnes filij Dei.

Dictum eſt Hebræis ſcribente diuino
Hebr.1. Paulo, Nónne omnes ſunt ſpiritus miniſterij in adminiſtrationem miſsi propter eos, qui futuri ſunt hæredes ſalutis? Dixit
Pſal.33. & diuinus Dauid, Immittet angelus Domini in circuitu timẽtium eum, & eripiet eos. Fortes igitur facite eos, qui ad ſuum auctorem accedunt, & tanquam conſeruos honorate, gaudentes ob vnum peccatorum pœnitentem, nedum ob tot, tantaque bona. Alibi autem ſic legitur, Fortes faciant ipſi omnes filij Dei. Filios Dei intelliges ſacros Apoſtolos, & magiſtros eccleſiæ, qui poſt illos fuerunt, qui iubentur fortem facere populum ſuis admo-

mo-

monitionibus, & ſacræ ſcripturæ interpretationibus.

Quia ſanguinem filiorum ſuorum vlciſcetur, & vindictã retribuet ſuis hoſtibus, & his, qui oderunt ipſum, & purgabit dominus terram populi ſui.

Inquit in Euangelijs dominus cum Iudæis loquens, Et vos implete menſuram patrum veſtrorum, Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo dico vobis, Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex ijs flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templũ, & altare: amen amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationẽ iſtam. Vindicatus eſt igitur ſanguis, & ipſa metropolis ipſorum euerſa fuit, templum verò ſolo ęquatum eſt, & ipſi captiui facti ſunt & errores, & reddidit ipſis pro merito exigens ab eis pœnas peccatorum. Matt. 23.

CANTICVM ANNAE MATRIS SAMVELIS. 1.Reg.2.

CON-

CONFIRMATVM eſt cor meum in Domino, elatum eſt cornu meum in Deo meo.

Nimirum fide, quando petijt, vt daretur ſibi gratia pariendi filij. Hoc cãticum Annæ admiratione dignum eſt: non ſolum enim laudauit largitorem ob ea, quæ accepit, ſed etiam vaticinationi hymnum miſcuit, & particeps fuit illius gratiæ, quã filius habuit: enixa enim prophetam, ipſa quoque poſt partum vaticinatur. Prædicit nanque diaboli euerſionem, & aſſumptionem Domini noſtri Ieſu Chriſti in cœlos, & aduentum ſpiritus ſancti in Apoſtolos, atque etiam glorioſum Chriſti aduentum in nouiſsima die, & bonarum, malarumq́ue rerum remunerationem, & inſuper Regum ex Iudaico genere. Fortitudinem enim inquit, dabit Regibus veſtris, qui à Dauide vſque ad tempus, quo fuerunt in ſeruitutem abducti, permanſerunt. Præterea docet ne velimus diuitijs fidere, nec ſapientiæ, nec potentiæ, ſed ſoli Deo, qui poteſt vitam largiri, & mortẽ inferre. Illa autem clauſula, Sterilis peperit ſeptem, prædicit Eccleſiæ fœcunditatem: Numerus enim ſeptenarius, ſignum eſt multitudinis, totum enim tempus in ſeptẽ dies reſoluitur. Illud autem,

Quæ multos annos habebat filios infirmata eſt, intelligitur de Iudæa, quę cũ multos habuiſſet filios, multosq́; Vates, & ſanctos viros genuiſſet; nunc ſterilitate laborat.

Dilatatum eſt os meũ ſuper inimicos meos quia lætata ſum in ſaluatori tuo. Cepi & ego audaciã dicendi, Non ſum ſterilis, id quod mihi Phænannã exprobat, eiusq́ue filij: ad ipſos enim reſpiciens dixit ea, quę ſequuntur, Ne gloriamini, neque loquã in iſublimia.

Quia non eſt ſanctus vt dominus & non eſt iuſtus, ſicut dominus noſter, & nõ eſt ſanctus præter te. Vt oſtendat Dæmones nõ eſſe ſanctos, ſed immudus, ad redarguendam enim Deorũ multitudinẽ, & impurorũ ſpirituum, ſolum Deum dicit eſſe ſanctum, & ſanctitatis fontem.

Ne gloriamini, & ne loquemini ſublimia ad faſtũ, neque exeat magniloquẽtia ex ore veſtro, quoniam Deus cognitionum dominus eſt, & Deus præparans exercitationes ſuas.

Quoniam illudebatur à Phæanna; meritò inquit, Ne gloriatur Phæanna ob humanas facilitates: omnes enim res & aduerſæ, & ſecundæ viciſsitudinem recipiunt, præſertim cùm Deus voluerit.

Arcus fortium infirmatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore, repleti panibus, egeni facti ſunt, & eſurientes dimiſerunt terram.

Omnia hæc contraria prædicta ſunt in Eccleſiam gentium, & Iudæorum Synagogam, cõuerſo rerum ſtatu, & gratia ad gentes tranſlata: ex quo dixerunt diſcipuli Iudæis non credẽtibus, Ecce vertimur ad gentes. Actor.18.

Quoniam ſterilis peperit ſeptem, & quæ multa erat in filijs, infirmata eſt.

Septem poſuit pro Multis, & pro illis quotcunque ſatis eſſẽt ad faciendũ perfectum numerum. nam totum tempus per ſeptenarium numerũ procedit: etenim incipiens à prima die paulatim peruenit ad hebdomadam, deinde clauden do illic dierum numerum, rurſus redibit ad primariam.

Eiuſdem. Septem, id eſt multa, nã diuerſæ ſunt virtutes, & non vna tantum, ſed multæ, quarũ matres ſunt animæ Dei ſtudioſæ.

Seueri. Sic enim Sterilis quidem, hoc eſt, Eccleſia ex gentibus conflata peperit Septem: Synagoga verò quæ antè multis filijs fœcunda erat, defecit, & plures filij fuerunt mulieris deſertæ, quàm illius, quæ habet virum.

Theodoreti. Prædicit Eccleſiæ fœcunditatẽ: ſiquidem

dem ſeptenarius numerus ſignũ eſt multitudinis:inter ſeptem enim dies totum tempus includitur,& Eccleſiæ filij terrá implerunt.Quæ verò multa erat in filijs, infirmata eſt.Iudæa nanque cùm multos habuerit filios, multosq́; Vates, & iuſtos viros genuerit,nũc ſterilis effectaeſt.Septem poſuit ꝑ Multis.Hoc autẽ vaticinationi reſpondet, fuit enim Anna mater multorũ filiorũ.)& rurſus,Septempoſuit pro plurimis,& quotquot ſatis eſſent.

Quantum ab hiſtoria colligere poſſumus,vnum filium Anna peperit, Samuelem:Quomodo igitur ſeptem dicat peperiſſe,paulo altius perſcrutemur.Olim quidem Eccleſia è gentibus cõflata magna laborabat ſterilitate, cùm impia in mundo eſſet, neque ſpem haberet, nec veram opinionem,aut pium dogma pareret.Quando tamen tranſijt à Libano, & fuit in vltimo ſabbatiſmo Dei:peperit ſeptem perfectos intellectus, & actiones virtute ornatas. Didymi.

Dominus mortificat,& viuificat,deducit ad Inferos,& reducit.

Non ſolum his verbis prædicit communem hominũ reditum è morte in vitã,ſed etiam Chriſtum excitaturum eſſe è mortuis non modo animam Lazari, & filij

Viduæ, & filij Archiſynagogæ, ſed etiã reducturum eſſe ab Inferis omniũ ſanctorum animas, quando illuc deſcendit animatus cum eſſet, fecitque vt poſt ipſius reſurrectionem corpora ad tempus reſurgerent, & Hieroſolymæ conſpicerentur, vt cognoſcerent ſanctos viros liberatos eſſe ab animarum carcere, & in alia loca eſſe tranſlatos, hoc eſt in Paradiſum, vel in cœlos cum Angelis.

Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & ſubleuat, ſuſcitat à terra egenum, & ex ſtercore erigit pauperem.

Futura rurſus prædicit: deprimitur enim Saul elatus, extollitur autem Dauid ab ouibus ad hominum curam à Deo vocatus. huic ſententiæ, & vaticinationi etiã ea, quæ ſequuntur adhærent.

Vt ſedeat cum principibus populi, & ſolij gloria hæres ſit.

Poſſunt ſanè diſcipuli ſuper duodecim ſolijs glorioſè ſedere Iudæos iudicantes: atqui cæteri fideles futuri ſunt ſplendere, & in requie eſſe, quod ſolium indicat.

Dans votum precanti, & benedixit adhuc iuſtus.

Hoc eſt, facit ad finem peruenire hominum promiſsiones Deo gratas.

Quoniã

Quoniam non roborabitur vir potens in fortitudine ſua.

In humilitatem ſermo nos trahit, & ne nobis ipſis fidamus.

Dominus imbecillem faciet aduerſarium eius, dominus ſanctus, ne glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & ne glorietur potens in potentia ſua, & ne glorietur diues in diuitijs ſuis.

Declarat Diaboli euerſionem.

Sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligẽdo & cognoſcendo dominum, & in faciendo iudicium, & iuſtitiam in medio terræ.

Vt veritas doctrinæ ſe habet, ita locuta eſt Anna: nõ enim dixit, In hoc aliquis glorietur, in recto agendo, & cognoſcẽdo dominum, ſed primum tanquam ſedem, & fundamentum fidem poſuit ſupra lapidem, qui eſt Chriſtus dominus, & ſic virtutem ſubiunxit.

Dominus aſcendit in cœlos, & intonuit.

Saluatoris noſtri aſſumptionem prædicit, & ſpiritus ſancti aduentum, & eximiam vocem Apoſtolicorum dogmatum, hoc eſt cœleſtem vim. & ſonum tonitrui dedit Deus, quando Samuel meſſis tempore, cùm præſens eſſet, precatus eſt, & voces per tonitrua horribiles edidit, vt dicta vaticinationis indicant. Theodoreti.

Ipſe iudicabit extremitatem terræ, cum iuſtus ſit.

Eiuſdem. Secundum domini Chriſti aduentum vaticinatus eſt.

Et dabit fortitudinem Regibus noſtris, & exaltabit cornu Chriſti ſui.

Eiuſdem. Prædicit eius poſteros, qui ſecundum carnem fuerūt, qui à Dauide vſque ad tē-pus, quo in ſeruitutem abducti ſunt, durarunt.

Abac.3.

CANTICVM ABACVC.

DOMINE audiui auditionem tuam, & timui.

Oratio Chriſti myſterium percurrit, in
Cyrilli. admirationem nos trahens. Cæterùm inquit ipſius domini auditionem audiuiſſe, & timuiſſe, & quam auditionem? an quoniā cùm in forma, & æqualitate patris eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqua-
Philip.3. lem Deo, ſed ſeipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens?

Conſideraui opera tua, & expaui.

Et quæ opera? quæ in aduentu perfecit, quoniam prædicauit captiuis indulgētiam, & cæcis viſum, ſanauit cōtritos corde, in ipſas feras Inferorum deſcendit, eduxit ex interitu genus.

In

In medio duorum animalium innoteſceris.

Duo inquit animalia ea quæ torno elaborata ſunt in arca à Moſe, in quorũ medio erat propitiatorium, quod Chriſti figura erat, ab ipſis Cherubim cõſpectũ: erat autem propitiatorium, textura ex auro,& purpura,& byſſo circumuoluta, & coccino glomerata, & hoc à quatuor columnis firmatum erat,& arcę imminebat: deinde Cherubim à dexteris, & à ſiniſtris ex auro elaborati aſtabant circa propitiatorium,facies intendentes in ipſum.Porrò ænigma erat myſterij Chriſti.Sane caro factum eſt verbum,licet cùm & Deus, & rerum omnium dominus eſſet.Sed etſi Verbum caro factum eſt,et ponitur apud patrem propitiatorium ſecundum Ioannis vocem,& non abiecit quod erat, hoc eſt Deum eſſe,ſed eſt tanquam in poteſtate,et gloria,quæ Deo congruit.& rurſus, aſtant circa ipſum ſupernæ poteſtates, quæ ad eadem miniſteria obeunda ordinatæ ſunt. Hi Cherubim propitiatorio aſtabant, & ſemper in ipſum reſpiciebant. Eiuſdem.

Dum appropinquant anni cognoſceris.

Prædicitur quidem Chriſti myſterium, & à lege,& à prophetis,impletur tantum in nouiſsimis ſeculi temporibus. Eiuſdem.

Dum aduenerit tempus oſtenderis.

Nicolai Presb. In nouiſsimis temporibus ſecundum præſcriptũ patris cõſilium apparuit dominus ijs, qui ſupra terrã ſunt, & cognitus eſt, & ante omnes alios à Nathanaele.

In eo dũ conturbata fuerit anima mea, in ira miſericordiæ memor eris.

Iram, inquit ſententiam pronunciatã
Gen.3. contra genus tempore primi parentis Adæ, nimirum terra es, & in terram reuerteris, in hac conturbati ſumus. Sed vt
Pſal.102. inquit Pſalmographus nõ in finem iraſcetur, & neque ſecundũ iniquitates noſtras fecit nobis, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, cùm adueniſſet, & mortem euertiſſet.

Deus à Thæman veniet.

Cæterùm Thæman, auſter explanatur: indicat verò per auſtrũ Betlehem poſitã in auſtralibus partibus Hieroſolymæ.

Et ſanctus ex monte Pharan vmbroſo, & condenſo.

Pharan rurſus eſt ſolitudo auſtrũ verſus: ſignificat autem per hæc Hieroſolymam. Montem verò vmbroſum, ipſam Hieroſolymam nominat, propter alta capita ſanctorum patrũ, quæ in ipſa fuêre, quæque multis virtutibus frondoſa erant, qui erant & Abraham, & poſte

ri A-

ri Abrahę viri Dei ſtudioſi, ex quibus etiā Chriſtus ſecundum carnem ortus eſt.

Montem vmbroſum, & condenſum, Virginem dicit: condenſum tanquam minime exaratam ab homine: Vmbroſum verò, quoniam ipſi Gabriel dixit, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Heſychij. Lucæ. 1.

Operuit cœlos virtus eius, & laudis eius plena eſt terra.

Hoc eſt, gloria & dignitas Deo congruens maior eſt omni dignitate, quæ in cœlis eſt, ſuper omnem principatum & poteſtatem, & potentiam, & thronum, & dominationem, & ſuper omne nomen, quod nominatur ſiue in hoc ſeculo, ſiue in futuro, & hoc ex ipſis rebus conſpici poteſt. Ille enim, qui propriam hæreditatem habet (genitoris gloriā) ſedet in ſolijs diuinitatis: beati autem angeli rationales poteſtates aſtant more miniſtrantium, eo enim munere funguntur. Etſi ait in ſerui forma factus ſit, veruntamen & ſic eſt Deus & quidem ipſarum poteſtatum cœleſtium: impleuit autem & ſua laude, & gloria totam terram: quandoquidem homines minime Dæmonibus honorem conſecrant. Eiuſdem.

Ex ſermone tertij capitis Seueri contra Grammaticum.

Omnibus planum eſt, Verbum humanitatis altum,& opulentum, diuinæ ſapientiæ varietatem oſtendens, ſuperaſſe, & tranſcendiſſe ſcientiam illorum ſpirituũ, qui ſuper cœlis ſunt, quiq; à materia ſunt ſeparati,quam ſcientiam prius habebant.

Et ſplendor eius vt lux erit.

Splendorem inquit diuinam doctrinam,vel euangelicam legem,quæ noſtris mentibus lux fuit.Nam hęc particula, Vt, abundat, ſicut illud, Habitu inuentus vt
Philip.2. homo: nihil enim plus, & illic ſignificat particula, Vt.

Cornua in manibus eius.

Eiuſdem. Cornua quidem potentias vocat,manus verò poteſtatem ſignificat.Hic eſt ſenſus. & ſi factus ſit homo, tamen ſub eius imperio omnis potentia,& fortitudo eſt.

Et poſuit dilectionem fortem fortitudinis eius.

Extra intelligenda eſt præpoſitio Per,
Cyrilli. vt totus verſiculus ſic iaceat, per fortitudinem ipſius pater.dicit autem,per filium demõſtrauit fortem dilectionem, quam habuit erga nos.ſimile eſt illi,quod dictũ
Ioannis.3. eſt,Sic dilexit Deus mundũ,vt filiũ ſuum vnigenitum daret.

Ante faciem eius ibit ſermo.

Hoc

Hoc eſt, famà erit, & rumor multus ante ipſum: quandoquidem ſurſum, & deorſum ſanctiſsimi Vates de ipſo myſteriū prædixerunt, vel inquit propter illud in omnem terram exiuit de ipſo ſermo. Cæterùm inquit, erit præſentia Chriſti inſignis, Magis ab oriente venientibus, & Regem Iſraelis ipſum prædicantibus, Dæmonibus clamantibus, Quid nobis, & tibi Nazarene veniſti huc ante tēpus torquere nos? Maximis miraculis editis, per ipſa opera ferè clara voce clamantibus, ipſum Deum eſſe. Nicolai. presbyt. Matt. 2. Idem. 8.

Egredietur in eruditionē iuxta pedes eius.

Simile quaſi dicit nihil ipſi difficile & quod non poſsit perficere: ibit verò ſicut in qualibet re latam & planam viam, vel etiam eius iter inquit, in myſticam terram ibit: dicit verò animā aptiſsimam in iter, ſumus autem terra voluntaria ſecundum Vatis vocem. Cyrilli.

Stetit & mota eſt terra, aſpexit, & liquefactæ ſunt gentes.

Stetit, ſcilicet, Perfectū eſt Chriſti myſterium, ex quo & à priſtino ſtatu mota eſt terra, priſtinum ſtatum eius, firmitudinem in impietate dicit. Verùm ſtetit, pro Perfectum eſt, poſitum eſſe patet illinc ex verbis Sephoram, Stetit ſanguis cir-

circuncißionis pueri,videlicet perfectum eſt negotium in circuncißione.

Contriti ſunt montes vi.

Montes, contrarias potentias inquit, Eoxd.4. quæ et ſimul fractæ ſunt,nõ ferentes eius omnipotentem fortitudinem.

Liquefacti ſunt colles ſempiterni.

Colles Iſraelis præceptores ad tempus factos inquit,propter ſublimitatem in dignitate: ſempiterni verò ob diuturnitatẽ cultus. etſi enim nunc videtur cultus ſecundum tempus minimè perfici, tamen intermiſſus nõ eſt. dicit igitur aduentum vnigeniti prauas potẽtias deſtruxiſſe, atque etiam principes gentis Iudæorum.

Nicolai. presbyt. Non modo quæ Chriſto contrariæ potentiæ erant, diſſolutæ ſunt, ſed etiam ij, qui Iudæorum Dei ſacerdotio præerant, ſimul cum ipſis perierunt,cùm ſacerdotẽ noſtræ confeſsionis cruci ſuffixiſſent.

Itinera eorum pro laboribus viderunt.

Cyrilli. Cauſam ponit, ob quam colles liquefacti ſunt. Cæterùm hic eſt ſenſus,Itinera ipſius Chriſti dicit, diuinas doctrinas, quas ait ipſas plenas moleſtijs, & labore ſe vidiſſe.Quoniam igitur viderũt inquit, vel contẽplati ſunt gentes Iuædorum populi domini mandata plena eſſe laboris, & ærumnarũ,quamuis ſint leuia, iugum

enim

enim eius bonũ,& onus leue,hac de cauſa ad inſtar terræ liquefacti ſunt. Matt.11.

Tabernacula Æthiopum timebunt, & tẽtoria terræ Madian.

Per gentes,quæ ſemper in Iſralem bellum inferebant, contrarias potentias dicit. Eiuſdem,

Ne in fluminibus iraſcaris Domine ; ne in fluminibus furor tuus, vel in mari,impetus tuus, quoniam aſcendes ſuper equos tuos.

Cùm olim ait,Iſraelem redemiſſes,flumina in ſanguinem conuertiſti, & etiam mare diffidiſti, atqui gentes redimens, hoc modo non redimes.Nam hæc particula,Ne in fluminibus,pro Nõ in fluminibus iacet,ſed potius erit redemptio,te ſuper equos tuos conſcendente,& qui ſunt equi,quos conſcendit. & per illos ſalutẽ tractauit, niſi ſancti eius Apoſtoli & Euangeliſtæ? verum quonam modo gentibus ſalutem dedit,declarat inquiens,Intẽdens intendes arcum tuum ſuper ſceptra. Sceptra quippe dicit principatus,& poteſtates immundorum Dęmonũ,qui regnabant,arcum verò rurſus ſanctos eius prędicatores, per quos aduerſariorum aciẽ confixit.arcum verò prædicatores vocari per Zachariam inquit,Propterea intendi te Iuda mihi ipſi in arcum. Ezech.9. Zach. 9.

Et

Et equitatus tuus ſalus extendens extendes arcum tuum ſuper ſceptra, dicit dominus.

Dydimi. Nam eques factus ſaluator per Apoſtolos equitãs, celerrimè vbique euangelium prædicauit.

Fluminum ſcindetur aqua.

Cyrilli. Fluuiorum terram vocat Hieroſolymã, cũ multi ſancti Vates in ipſa fuerint, qui fluminum inſtar irrigabant, ſed ipſam inquit fore, vt ſcindatur, quoniam enim nõ ſuſceperunt Chriſtum, qui aqua viuens erat, idcirco terra ſitiens reddita eſt: ſolet enim terra arida ſcindi.

Videbunt te, & parturient populi.

Poſtquã ſynagoga coacta fuit, vt quæ minimè fluuium pacis receperit, gentes in Chriſtum crediderunt, & vidẽtes gloriam eius, parturierunt, & quid partuerierunt? niſi ſuam ſalutem, qui dicebãt, Propter timorem tuum domine in vtero cõcepimus, & parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Eſai.26.

Spargens aquas itineris eius.

Eiuſdem. Diuinæ doctrinæ ſermo, aqua nominatur apud ſacras literas, quæ & vbique diuiditur à domino & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto. vt enim inquit Euangeliſta, Obiuit Chriſtus ciuitates, & pagos, docens in ſynagogis eorum. Matt.9.

De-

Dedit abyſſus vocem ſuam.

Abyſſum credentium multitudinem inquit, & quam vocem dedit, niſi confeſſionem fidei in Chriſtum?

Altitudo cogitationis eius.

Àltitudinem cogitationis abyſsi, eos qui inter gentes, quæ crediderunt excellebant in dignitate dicit, veluti Reges, & qui poſt Reges ſunt: Altitudo igitur inquit, cogitatiõis abyſsi, hoc eſt, principes gentium qui crediderunt, vocem dederunt prædictam, nimirum fidei.

Exaltatus eſt Sol, & Luna ſtetit in ordine ſuo.

Sol, Dominus noſter Ieſus Chriſtus nominatur apud diuinam ſcripturam, ſecundum illud, Exorietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ. Cùm igitur exaltatus eſt Sol, honoratam pro nobis aſcendens crucem, vel cœlos apud patrem, & Deum tunc Luna, hoc eſt Eccleſia, quæ videbatur in tenebricoſo loco eſſe, hoc eſt, in rerum confuſione, ſtabit in ordine ſuo: & qui nã eſt eius ordo, niſi illuſtrare terram, quę ſub cœlo eſt, & hoc eſt in lucem?

Haſtæ tuæ ibunt.

Haſtas quidẽ ſanctos eſſe Apoſtolos, arma verò ipſius Dei, Induunt nos inquit

inquit Apoſtolus galeam ſalutis, ſcutum
Epheſ. 6. fidei, gladium ſpiritus, & reliqua ad arma
turam pertinentia, quæ geſtantes ſplen-
dent. Igitur Haſtæ inquit, id eſt, ſancti tui
diſcipuli iuſtitiæ armis ſplendent, quæ à
te ipſis data fuerunt.

In lucem fulguris armorum tuorum.

Eiſudem. Arma Chriſti Apoſtoli ſunt, opem ferentes illis, qui per ſe ipſos vocati ſunt, quod quidem facere poſſunt omnes homines, qui ſcutum fidei in ipſo ſumunt: nã omnes ſagittas ignitas Diaboli extinguere poſſunt.

In minis conculcabis terram.

Eiuſdem. Hoc eſt, Iudæorum terram. ſic enim quamlibet ipſius partem ob propria eorum peccata perdidit.

Et in furore confringens gentes.

Eiuſdem. Id eſt, gentes immundorum ſpirituũ, quæ non cernuntur.

Egreſſus in ſalutem populi tui.

Nam hæc fuit cauſa aduentus vnigeniti, vt ſalutem daret ijs, qui per ipſum vocati ſunt, quos & ſpiritus ſancti vnctione induit.

Vt ſaluares Chriſtos tuos.

Cùm enim Chriſtus Principem huius ſeculi euertiſſet, & Draconem multa capita habentem contriuiſſet, & prauas po-

tentias

tentias cum ipſo:ſeruauit ſuos Chriſtos, hoc eſt nos, quos proprio ſanguine perunxit, quos etiam diuinæ eius naturæ fecit participes, & coniunxit per ſe ipſum cum Deo & patre.

Salutarem humanitatem Domini per hæc indicat, per quam fideles ſancto ſpiritu peruncti ſeruati ſunt. qui verò minime veritatis verbo obtemperantes fuerunt, vinculis perditionis ſeipſos irretiuerunt & penitus euanuerunt, & perierunt à pedibus ad caput vſque. Cyrilli.

Miſiſti in capita iniquorum mortem.

Oſtendit nobis ſermo, quomodo ſuos Chriſtos ſeruauit: quomodo autem ſeruauit, niſi prauis Dæmonijs de medio ſublatis, qui iniquitatis inuentores, & patres erant?

Excitans vincula vſque ad collum eius.

Cùm, ait, iniquos circuiſſes, tui amoris vinculis in tuum bonum iugum ligaſti, quos vocaſti, & hoc eſt, Vſque ad collũ ei⁹, bono Chriſti iugo ceruices ſubijcere.

Perfregiſti in ecſtaſi, capita potentium mouebuntur in ipſa.

Ecſtaſim inquit mentis mutationem, & à melioribus in deteriora, quam cum ſubijſſent Iudæi eorum capita percuſſa ſunt, hoc eſt, penitus perierũt. Cæterùm

hanc Ecſtaſim ait tumult⁹, & internecionis cauſam ipſis fuiſſe, & hoc eſt, Mouebuntur in ipſa.

Aperient frena eorum, tanquam pauper in abſcondito comedens.

Cyrilli. Hic eſt ſenſus inquit, qui olim clã, & in occulto tuũ verbũ ijs, qui ſacris initiabãtur loquebantur propter Iudæorũ metũ, & veluti quoddã frenũ in ore ferebãt, hi inquam multa fiducia pleni erũt. cibũ aũt ſacrorum prædicatorũ eſſe ſalutem

Ioann. 4. eorũ, qui diuina doctrina imbuuntur, edocuit nos Saluator inquiẽs: Meus cibus eſt, vt faciã volũtatem eius, qui miſit me, & perficiã eius opus. Sanctos autẽ prædicatores in principio Iudæos timuiſſe, &

Acto. 4. ex eo patet, quod illi precãtur & dicunt, Da ſeruis tuis verbum tuum cum fiducia loqui.

Et aſcendiſti equos tuos, turbantes aquas multas.

Eiuſdem. Sæpiſsime quidẽ equos ſanctos declarauit prædicatores: Mare verò multitudinẽ eorum, qui ſacra doctrina initiãtur, quam multitudinẽ turbabant ſacri prædicatores, territantes ipſam per diuinũ Iudicium. Vt enim Paulus cũ Athenienſib.

Acto. 17. loquens inquit, Nunc annũciat hominibus, vt omnes vbicũque pœnitentiam agant

gant,eò quòd ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt orbem per iuſtitiam.

Marc hunc mundũ eſſe inquit propter incõſtantiã, & leuitatẽ huius labilis vitę, quã Apoſtolorũ pedes aſcendẽtes, turbarũt aquas multas, cùm mundanas, & libidinoſas, & diſſolutas cogita tiones diſsipaſſent, &.doctrina cõtinentiæ, & tẽperantiæ ſiccaſſent.Equos verò appellauit ſacros Apoſtolos, qui diuinũ vehiculũ fuerũt:ſuper ipſis enim Dominus multa, & varia impietatis dogmata diſiecit. Seueri.

Equos Apoſtolos ob curſum vocat: Aquas multas, baptiſmata, quæ per totum terrarum orbem ab eccleſia fiunt. Heſychij

Cuſtodiui,& timuit cor meũ, à voce deprecationis labiorũ meorum, & ingreſſus eſt tremor in oſſa mea, & ſub me turbatus eſt habitus meus, requieſcam in die tribulationis, cũ aſcenderim in populum incolatus mei.

Solent Prophetæ ſcientiam, & cuſtodiã nominare illuſtrationẽ ſpiritus in mẽtẽ, & in cor, per quã rebus futuris abundabant. Quoniã igitur inquit, didici futura, quæ ſecundum tempus Iſraeli accidẽt, propter impietatem, quam in Dominum pręſe tulerunt, propterea ait, timui & cõturbor, timens, ne fortaſſe meæ

vitæ tēpus in hoc ꝓrogaretur, vt illa ipſa tēpora cōprehenderem, illiusq́; ſupplicij particeps eſſem. Sed poſtq̃ cognoui mini me me ipſum in illud tempus peruenturum, idcirco requieui ab illa cogitatione, quæ olim me angebat: noui enim me in illum populum, reputantē præſentem vitam peregrinationē eſſe me aſcenſurum. Verũ omnes ſanctos ſe ipſos incolas vocare, patet nō modo ex alijs, verũ
Pſal. 38. etiā ex beato Dauide dicēte, Incola ego ſum, & peregrinus, ſicut oēs patres mei. *Propterea ficus nō afferet fructũ, & non erit germē in vitibus: mentietur opus oliuæ, & cãpi non facient cibũ: defecerunt à cibo oues, & nō erunt boues in præſepib. expiationis eorũ.*
Cyrilli. Tanquam quodam Vatem interrogāte, cur præſentem vitam execretur, & in futuram peruenire vitā precetur, reſpondet, & inquit, magnopere condemnans Iſraelem, & per ſimilitudinē ſermone vtitur, ficui, viti, & oliuæ Iſraelem comparans, & his ſterilibus, & fructus non ferētibus, atq; etiā ouibus, & bobus quæ diminutę ſunt, cũ ſpiritus cibo orbatę ſint. Ficum autem Iſraelem nominari, planũ
Luc. 13. eſt ex ſimilitudine ficus à Domino dicta, Succidite illam, vt quid etiam tęrram occupat? Vitem verò patet ex illo, qui dixit,
Vinea

Vinea enim Domini domus Iſrael eſt. & Eſa. 5.
oliuum autē rurſus ex alio clarū eſt qui
dixit, oliuam ſpecioſam, pulchrum vbe- Iere. 2.
rem, vocauit te Dominus nomen tuum,
atque etiam oues vbique in diuinis volu
minibus Iudęorū multitudo nominatur.
Boues verò eos, qui ex Tribu Leui erant,
nuncupat, qui legis cultū reſpuētes, pro
ponebant illum populo, & planum eſt
ex Paulo, qui dicit, Nunquid de bobus 1. Cor. 9.
cura eſt Deo? an propter nos vtique hoc
dicit. Iſti verò boues ait, non inueniētur
in præſepibus. Cæterùm hæc omnia illis
accident inquit, eò quòd noluerunt re-
cipere ſuam medicinam, & quæ eſt hæc,
niſi Saluatoris noſtri doctrina? ipſe erat
ſanans contritos corde.

Ego autem in Domino exultabo, & lætabor in Deo Saluatore meo. Dominus Deus meus potētia mea, et ordinabit pedes meos in perfectionem, & ſuper excelſa aſcendere faciet me, vt vincam in cantico eius.

Ipſe propheta ꝑpter Chriſti perſonam gaudens introducitur, exultationem ipſum Chriſtum faciens, atque etiam potētiam: quandoquidem ipſe eſt fortitudo noſtra, & demōſtrabit aperte eius pedes in perfectum ordinem, hoc eſt, in ſecuritatem: per ipſum enim peruenimus ad pi

etatem, & ſecuritaté, atque exaltati ſumus,& inimicorum phalãges vincimus, continuè in ipſum hymnos canentes, & hoc eſt illud, quod dixit, Vt vincam in cantu tuo.

ORATIO ESAIAE.

Cap.26.

DE NOCTE vigilauit ſpiritus meus ad te Deus, propterea lumen mandata tua ſunt ſuper terram.

Cyrilli. Qui dicũt, ſperauimus in nomine tuo, & in memoria, quatenus deſiderat anima noſtra, cantilenas de gratiarũ actione proferũt, veluti de nocte, & tenebris ſe vigilare dicẽtes: perinde ac illuceſcat in ipſis quædam intellectualis dies.

Euſebij. Iuſti enim dormientes res diuinas meditantur, ſecundũ illud dictũ, Ego dormio, & cor meum vigilat.

Cantic.5.

Lux enim ſunt mãdata tua, quæ ignorantiæ tenebras diſcuciũt. Noctẽ vocat tẽpus ante humanitatẽ Domini: diluculũ verò proheticã præſcientiã quãdoquidẽ dies ortus eſt diuinę cognitionis, & ipſe Dominꝰ lux vera & iuſtitię Sol nominatˀ.

Baſilij & Stephani.

Theodoreti. Cõſentaneum eſt, vt animæ ſic affectæ feſtinent prima luce ad gratias agendas pro rebus præteritis. neque enim nox ad corpo-

corporum quietem data poterit quiescere facere dormientem, niſi in illo diſpoſitio fuerit: neceſſariò igitur huiuſmodi anima matutinum tempus pręoccupat, vt & pro rebus præteritis gratias agat, & ad conſecuturam diem excipiendam ſe excitet. Verùm à Dei mādatis piorum mentem illuſtrari patet: ſicut enim in omni Dei verbo alitur anima, ſic in omni mandato illuſtratur, & illuminatur.

Iuſtitiam diſcite habitantes ſupra terram. Eiuſdem.

Cuilibet igitur ſtudium, & meditatio ſit iuſtitiam diſcere: non enim ſicut vnum quid rerum naturalium, ſic etiam hoc innatū eſt nobis, vt ſine meditatione ipſam iuſtitiam habeamus, ſicut eſt videre, & ambulare, ſed cuilibet ſtudio opus eſt ad mentē ab iniuſtitia ſeiungendam, & ad iuſtitiam accipiendam: Ecce enim, qui cum impietate ſimul vitam ducunt, procul ſunt: nam fieri non poteſt, vt inueniatur virtutis operarius, qui nō iuſtitiam meditatus ſit. Simile eſt hoc Dauidis voci, Audite hæc omnes Pſal.48. gētes, auribus percipite omnes, qui habitatis terram. Lex enim in literis inſtruebat ſolum Iſraelem ſecundum carnem: dominus autē noſter Ieſus Chriſtus cum

manſuetudinis rete explicaſſet; totã piſcatus eſt terrã, quæ ſub cœlo eſt: merito igitur omnibus qui per totã terram ſunt conſuluit, inquiens ipſos oportere diſcere iuſtitiam, quæ ab ipſo dictata eſt. hoc eſt, euangelicam.

Cyrilli. Oportebat enim his, qui ſemel cognouerunt quòd eius mandata ſunt lux ſuper terram, vtilitatis ſcientiam dare: ab ipſo igitur ò vos, qui habitatis ſuper terram, iuſtitiam diſcere.

Ceſſauit enim impius, non diſcet iuſtitiam, ſuper terram veritatem non faciet.

Cyrilli. Abibit enim inquit, in interitum, & perniciem, & quodammodo extinguetur: hoc enim puto hanc dictionem, Ceſſauit ſignificare: Quicunque ſcientiam euangelicæ iuſtitiæ non receperit, & qui non fecerit iuſtitiam. Sed veritatẽ rurſus vim in his conſuetudinis in Chriſto vocat, & cultum, & adorationem in ſpiritu, & veritate. Nam lex futurorum bonorũ vmbram habens, & ſimulachrũ futurarum rerũ, nõ in veritate erat: Chriſtus autem & eius oracula iure cenſeri poſsũt iuſtitia, & veritas. Pro Ceſſauit im-

Euſebij. pius, Aquila, & Theodotion, Miſericordiam conſecutus eſt impius, interpretati ſunt. adhortatur autem ſermo, vt

ij, qui

ij, qui impietate laborant, ad pœnitentiam quàm primùm feſtinent.

Confidimus autem cùm Deus benignus ſit, etiam eos, qui in impietatibus deprehenſi fuerunt, ſi pœnitentia ducti fuerint, miſericordiam conſecuturos. ſi quis autem præconio nõ obediuerit, nec didicerit iuſtitiam, nec veritatem operatus fuerit, tolletur ex viuentibus, & non videbit gloriam domini. Et paulo pòſt.

Nam Diaboli tyrannide per Domini aduentum euerſa, facilior fuit virtutis executio: ille autem nihil inde emolumenti percepit. Theodoreti.

Tollatur impius, ne videat gloriam eius.

Huiuſmodi eſt illud à Chriſto Iudæorum populis dictum, Amen amen dico vobis, niſi credideritis, quoniã ego ſum, in peccatis veſtris moriemini. & rurſus, Qui credit in filium, non condemnatur, qui autem non crediderit, iam iudicatus eſt quoniam non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Qui autem ſemel cõdemnat⁹ eſt, & in proprijs peccatis mortuus eſt, quomodo videre poteſt gloriam domini? non enim ſimul cum Chriſto erit, & qui nullo pacto eius glorię fuit particeps, ſanctorum non videbit ſortem: quandoquidem perfectam lucem ſanctis paratã haudquaquam cernet. Cyrilli. Theodoreti. Ioan.8. Idem.3.

Theodo- ueraclẽſis. Accipiuntur hæc etiam in Diabolum, & in ingratos Iudæos, qui multis beneficijs affecti, adhuc mẽtis occultos claudere pergunt. Nã cùm dominus noſter Ieſus Chriſtus adueniſſet, & gentes credidiſſent, iſti nõ modo erga beneficij auctorem ingrati fuerunt, verumetiam prauo zelo accẽſi, cõburi maluerunt, quàm gentes ſalutem conſecutas cernere.

Domine excelſum tuum brachium, & non cognouerunt, cognoſcentes verò reuereantur.

Brachium autem Dei, & patris, nũcupat viuentem eius potẽtiam, & eiuſdem ſubſtantiæ, hoc eſt, filium, quem vt hominem cruci Iudæi affixerunt, quãdo nobiſcum fuit. poſtquam autem è mortuis reuixit, mortis imperio conculcato, tunc vix cognouerunt Deum fuiſſe in carne propter nos.

Eiuſdem. Nam cùm filius ſublimis eſſet, & non cognouerunt Iudæi, ſed videntes hominem, non intellexerunt Deum eſſe in forma ſecundum nos, & ſeipſum exinaniſſe, forma ſerui accepta.

Eiuſdem. Dignitate enim propriæ excellentiæ, & tanquam in gloria Deo competente; magnum, & ſublime, & omnipotens eſt patris brachium, hoc eſt, Deus verbum per quod omnia facta ſunt, quoniam enim cũ

in

In carne apparuit, ignorarũt eius gloriã, atq; erubeſcant ait, quoniam verbũ Dei vitæ auctorem non didicerunt, quonam modo? ipſi enim vitæ principem interfecerunt, & ſanctum Iſrael negarunt poſtquam autem cùm mortis vincula perfregiſſet, tertia die Chriſtus in vitam rediјt, hunc cognouerunt potiſsimum Iudæorum Principes.

Cùm enim impij demiſsi, & abiecti eſſent, & longè à Dei cognitione diſtarent, in tenebris ſuæ ignorantiæ verſabantur: ſed cùm vniuerſalis ſcientiæ præſidis altũ brachium vidiſſent, qui olim ipſum vt eũ, qui non eſt, execrabantur, ab hac dementia ceſſabunt, rubore ſuffuſi. Euſebij.

Zelus accipiet populum imperitum.

Tacitè innnuit eos, qui ex circunciſione erant, qui per Chriſtum gratiam minimè acceperunt. Eiuſdem.

Quoniam enim ſcelerati quidem ipſi facti ſunt, & à ſpe in Chriſto deiecti, & à promiſsionibus alieni declarati ſunt, acceptæ verò fuerunt gentes, hac de cauſa miſeri conſumuntur, zelo, & veluti ab igne abſumuntur, videlicet igne inuidiæ, Cyrilli.

Iudæos indicat per zelum, videlicet, cùm cruci dominum confixiſſent: hoc & diuinus inquit apoſtolus, Teſtificor enim Theodoreti. Roma. 10.

eis,

Roma. 10. cis,quoniam zelum Dei habent, ſed non ſecundum cognitionem.

Et nunc ignis aduerſarios comedit.

Eiuſdem. Quoniam lucem non acceperunt, tenebricoſo igni proditi ſunt, tanquam ſententiæ dicenti obnoxij, Ite in ignem ęternum, qui paratus eſt à Diabolo, & Angelis eius. Matt.5.

Domine Deus noſter da nobis pacē: omnia enim reddidiſti nobis.

Cyrilli. Da igitur nobis domine, vt tecum pacem habeamus, vtq́ue de medio ſublato impuro & deteſtabili peccato, vnum tecum efficiamur ſecundum ſpiritum per mediatorem Chriſtum. huiuſmodi eſt illud per Pauli vocem rectè dictum, Iuſtificati igitur ex fide pacem habemus ad Deum, per Dominum noſtrum, & ſaluatorē Ieſum Chriſtum. Roma.5.

Rurſus. Videlicet, petentibus ipſum Chriſtum: ipſe enim eſt pax noſtra ſecundum ſcripturas, & per ipſum cum Deo & patre coniuncti ſumus, videlicet per familiaritatem ſecundum ſpiritum: eſt autem res diuinitus data, & verè & per cœleſtem liberalitatem prouenicns.

Rurſus. Si enim inquit, largieris nobis pacem, omnium bonorum pleni erimus, & reportabimus à te perfectam gratiarum communicationem.

Nam bona quidem ſunt omnia alia, Euſebij.
quæ à te conceduntur,ſed nullum maius
donum à te habemus, quàm pacem erga
nos ipſos,vt ſine ſeditione tecum ſimus,
& anima noſtra tecum pacata cuſtodia-
tur:hoc autem fieri poteſt,ſi dignatus fue
ris nos tui ipſius propriam poſſeſsionem
efficere,quoniam & nos neminem alium
ſcimus, & ſolo nomini tuo confidimus.
Quoniam igitur neminem alium in vita
poſſedimus præter te; iurè precamur, vt
mereamur eſſe tua pars,& hæreditas.

Hic compenſationem dicit propter Theodo-
pœnam inflictam pro merito peccatorũ, reti.
nobis autem iuſtè illorum omnium pœnã
pẽdentibus,& tanquam debitum perſol-
uentibus, redde nobis vnigenitum tuum
filium,neque enim alius erit noſtra medi-
cina, niſi vnigenitus tuus filius ſuper ter-
ram adueniens. Tuum imperiũ amplexi
ſumus, ne excidamus à tua prouidentia,
neminem enim alium nouimus Deum:&
hæc Eunomij dementiam redarguunt.
quomodo enim dicere poterit, præter te
alium non nouimus?

Domine Deus noſter poſſide nos, Domine extra te alium non cognoſcimus, nomen tuum nominamus.

Nam ſimplices eſſe oportet,& Deo ſo-
li con-

Cyrilli. li coniunctos, & pacatos cum ipſo, vt & ipſum ſolum cognoſcamus, nec aliud penitus falſi Dei nomẽ in lingua feramus, ipſum enim ſolũ nominare oportet, quoniam ipſe eſt ſuper nos Deus & natura, & veritate.

Theodoreti. Omnium quippe imperium Deo congruere, cuilibet planum eſt, & nemo ſuſpicari poſſet extra Dei imperium aliquos eſſe. Hæc igitur clauſula, Poſside nos, hoc dicit, quoniam cùm per vnigeniti tui filij aduentum nos redemiſſes, familiares feciſti, & vendicaſti, nos inquam, peccatis mortuos: nos igitur inquit, tui ſumus domine, & tu noſtra poſſeſsio es.

Qui verò mortui ob peccata ſe ipſos manciparunt, & propterea mortui ſecundũ animas effecti ſunt, (Anima enim quæ peccauerit ipſa morietur) ſempiternam ſanctis promiſſam haudquaquam cernẽt, neque medici alicunde aſtantes iudicij tempore ad ſalutem eis opem ferre poterunt, neque eorum lapſum erigere, quos enim tu magnus & formidabilis, & iuſtus ad interitum condemnaſti, quis medicorum ſeruare poterit?

Ezech. 18.

Mortui vitam non videbunt.

Quoniam autem oportet ſermonem ſuo ordine ire, & propheticę veritatis declarare

clarare ſcopum, illud neceſſariò dicimus. Mortui aliqui ſunt, & minimè penitus ſecundum carnem, potius à mundanis voluptatibus mortui effecti, vitam ſanctam in Chriſto, & euangelicam minimè habẽtes, ſed extra te inquit, tales minimè participes eſſe poſſunt vitæ, vel gratiæ, quæ eſt cauſa vitæ. Qui veró ſolũ cognoſcunt natura & verè Deum, qui eſt, & nominãt eius nomẽ, & hoc idem dicentes, domine extra te alium non nouimus, proferunt neceſſariò hæc verba: Mortui non videbunt, hoc eſt, perfidi Iudæi.

Qui enim mortui ſunt ob peccata, haudquaquam videbunt te. Nam cum mortui ſint, ſecundum naturam mortui, & mortui, qui ſua ipſorum mẽbra voluptatibus mortificarunt, & malas cogitationes ſecundum Deum mortuas reddiderunt, hoc in loco de contrarijs mentionem facit, nimirum de his, qui totam vitalem vitam rectè agendi abiecerunt, & mortuos ſeipſos Deo à multitudine peccatorũ perfecerunt, qui non poſſunt à medicis medicinam ſuſcipere, neq; cùm ſint mortui ſurgere à multitudine peccatorum, & maleficijs, cũ iuſtitiã, q̃ eſt cauſa vitæ, abieciſſent: propterea tu benigne Deus bonitate mot⁹, cõtriuiſti peccatores. Mortuos vocat, bonis operibus mortuos effectos, Theodoreti.

Matt.8. ſic enim & domin⁹ inquit, Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos,

Ex Epiſtola Seueri ad Comitem.

Ob virtutem eius, qui propter nos humanitatem ſuſcepit, & paſſus eſt in carne, & ex mortuis in vitam redijt, & huius nobis ſpei primitias largitus eſt, quod fieri non poterat, fieri poteſt, & mortui in vitã redeunt.

Nec medici reſurgere facient.

Cyrilli. Sine autem te, qui ab animi morbis liberant eos, qui in ipſos inciderunt, (qui medici ſpirituales meritò dici poſſunt) nullum à morbis eripere poſſunt. Medicos verò ſpirituales, dicimus ſanctos prophetas, & Apoſtolos, & Euangeliſtas, qui per ſupernam gratiam, & per miniſteriũ in ſpiritu verbo abundantes, quod ſanare poteſt, à peccato, & à Diaboli ſæuitia vulneratos curãt. Cæterùm par eſt aliud vaticinationis ſermonem nobis innuere. Nã cùm dominus noſter Ieſus Chriſtus eiuſdem potentiæ, & gloriæ, cuius eſt genitor, ſeipſum oſtendiſſet; mortuos à monumentis excitauit, & eos, qui extremis morbis laborabãt ſanauit. Sed cùm eſſet hoc modo auctor miraculorũ adeo inopinatorum, nequaquã honoratus fuit à ſpectateribus, imò tãto magis ipſum perſeque-

ſequebantur,& maximè Iudæorũ Principes, & præceptores. Quoniam igitur extra te ait, videri haudquaquã poſſent vitã mortui, (tu enim es, qui ſolus viuos efficere potes) minimè à monumẽtis medicus excitare poteſt,quos ipſe excitaſti, & poſt hæc adhuc in pfidia perſtiterũt, & mœrore affecti ſunt vehemẽter,quos par erat ante alios credere. Omnia enim à Deo ſunt, & ipſe fecit ex terra medicinam, ſecundum quod ſcriptum eſt.

Propterea induxiſti,& perdidiſti.

Indicat hoc quod pro ſua benignitate Deus tempus eorum vitæ intercidit, ne in diuturnum tempus permanentes, cũ malitia ſimul extendãtur, & eorum prauitatem augeãt. Deus enim per ſuam bonitatem & tempora præfinit ad pœnam, huius quidẽ poſt centum viginti annos, ſicut fuit & tempore diluuij,huius verò ſexaginta ,& per hũc ipſum Vatẽ à te tẽpus præſcriptum pœnam inducit, conterens ipſos peccatores, & ceſſare faciens eos à prauitate, qui pœnitere neſcij ſunt: ꝓpterea inqt in quinquageſimo quarto pſalmo, Viri ſanguinũ, & doloſi nõ dimidiabũt dies ſuos. & rurſus, Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Pſal. 101.

Et ſuſtuliſti omne maſculum eorum.

Eiuſdem. Pro, Omne maſculum, Symmachus, Omnẽ memoriam eorum: & Aquila, & Theodotion, Omnẽ commemorationẽ eorum, interpretati ſunt. Oportet enim omnẽ malitiæ memoriã videlicet Iudicij tempore tolli. ſi autẽ diceretur, Omne maſculum eorum, multam benignitatẽ ſermo infert, tanquam fore, vt ipſi peccatores minimè euaneſcant, neque penitus pereant, ſed peribunt fructus eorum, hoc eſt, prauæ cogitationes, quas anima peperit, quæque per verbũ Maſculum oſtenduntur: has enim abolendas eſſe inquit, hoc eſt, excellentem ſexum, nam maſculus fœmina longè præſtantior eſt.

Maſculos fortaſſe nuncupat eos, qui ex Iudæis validiores erãt, non corporis habitudine, ſed cognitione mandatorum, quæ in lege ſcripta erant.

Paulò pòſt. Punitur igitur meritò Maſculum, hoc eſt, Iudæi præcellentes, & cæteris honoratiores, tanquam ob fortitudinem ſpiritus: incedebant autem in notitia tantũ ſecundum legem, quibus vult, vt mala adiungantur: nõ modo enim exciderũt à familiaritate, quam cum Deo habebãt, cùm in Chriſtum debacchati eſſent, ſed etiam bello attriti fuerunt, & in calami-

tates inciderunt, quæ inde naſci ſolent, vaſtata eorum regione, & penitus euerſa. Porrò quos maſculos dixit, eoſdem glorioſos nuncupat, veluti alijs præſtantiores, & excellentiores, eò quòd ſacerdotij gloria coronati fuerint.

Appone ipſis mala domine, appone mala glorioſis terræ.

Mala quidem neque apud alios interpretes, neque apud Hebraicum exemplar inuenimus, ſed apud omnes expoſitores ſic legitur, Appoſuiſti genti, in qua gloria celebratus es. Cum autem omnes explanatores vnico conſenſu ſic legant; reliquum eſt, vt nos cogitemus, quid appoſuerit genti: Quod quidem ex verbis Saluatoris noſtri intelligemus, qui dixit, Omni habenti dabitur, & cumulabitur. Ijs igitur, qui res bonas habent, adiunxit ea, quæ ab ipſo conſeruata ſunt, quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēderunt. Ijs verò, qui ſuperbia ſe extulerūt, rurſus apponit res eorū operibus reſpōdentes. Euſebij. Matthe. 25

Hoc in loco dicit Mala, non ea quæ in actione conſiſtunt, ſed ea, quæ ipſos male habeant: ſic enim accipitur, quando audieris, Poſsidens mala. ſignificat igitur, faſtum eorū, qui glorosi Theodoreti.

dicebãtur,per afflictiones tollendũ eſſe.

Domine in afflictione recordati ſumus: in afflictione parua caſtigatio tua nobis.

Cùm ob ſummam beneuolentiam erga Deum ſanctiſsimus Vates commotus eſſet contra Iudaicam inſolentiam, dixiſſetq́;,Appone mala omnibus glorioſis terræ; nunc precatur, ne peccatores miſericordiam conſequantur, ſed in afflictione permaneant: quandoquidem calamitates nobis ſuperuenientes ſunt in cauſa,vt Dei memores ſimus: afflictio enim agit nos in Deum,& in agnitionem noſtrorum errorum, in afflictione nanque paululum caſtigamur.

Theodoreti. Cùm oſtendiſſet miſerias perſequẽtium, oſtendit nunc vtilitatem eorum,qui perſecutionem patiuntur:afflictio enim, ſecundum Paulum, patientiam parit, (Roman.5.) patientia verò probationem, probatio autem ſpem, ſpes verò non confundit.

Euſebij. Quoniam Propheta præuidet locum, vbi generale Iudicium futurũ eſt, perinde ac Iudicio,& Tribunali diuino adeſſet præſens his reb., quas videt; meritò modo quidẽ cõfitetur,modo precatur, modo gratias agit, modo narrat remunerationes,quæ à Deo dignis hominib⁹

largien

largiendæ ſunt, modo verò enumerat ſupplicia, quæ ipſis imminēt. Omnia autem hæc per ſua diuina volumina nobis oſtendit, vt inſtruamur, diſcētes omnia, quę ipſe diuino ſpiritu afflat⁹ cognouit. Nunc igitur inquit. Quando tēpus erat ò domine, nos euntes per viam anguſtā, & afflictionis plenam, pro pietate pugnabamus: atqui in afflictione illa nō eramus tui immemores, ſed ab eadem tua memoria corroborati, viriliter ſuſtinebamus, adeò vt diceremur afflicti, ſed nō anguſtati, perſecutionē patientes ſed nō pereuntes. Per hanc igitur afflictionem corrigimur, ſcientes, quòd quem diligit dominus, corrigit.

Et ſicut parturiēs appropinquat ad partum, & ob dolorem ſuum clamat.

Propterea nos omnem laborem perferentes, ſimiles fuimus mulieri parturienti, & clamores edenti, dum laborat in lucem edere, quod in vtero conceptū eſt. Sic enim & nos facti ſumus tuo dilecto: quandoquidem habentes intus in noſtra anima vnigenitum tuum verbum, timorēque tuæ pietatis à te in nobis ſeminatum; omnes labores generosè perferimus, calamitateſque, quæ nobis infligūtur, fortiter ſuſtinemus, laborātes ne Euſebij.

per abortum abijciamus tuum dile-ctum in nobis conceptum, timoremque diuinum abs te in nobis diſſeminatum, etenim viriliter tolerando, ſpe non decidimus, ſed ſpiritum ſalutis peperimus.

Sic facti ſumus dilecto tuo

Dilectum hic Saluatoré noſtrum vocat, nam ex quo virgo dicitur peperiſſe ſecundú vaticinationé, vbique opportunè mentioné de puero facit. Quoniá igitur inquit, noſtræ res ſic ſe habent, vt per magna ſupplicia debitum exoluamus, opus eſt deinceps nobis gratia tui dilecti, qui noſtras finiat calamitates.

Per quem timorem tuum Domine in vtero concepimus.

Nos inquam cócepimus, qui ob amorem erga Deum diximus illa verba, Sic facti ſumus dilecto patris. Manifeſtú eſt autem nos, ſi Chriſto prudenter ad hæſerimus, parturituros eſſe inſtar mulieris parturientis, vt hac ſermonis figura vtamur. Atqui inquit, concepiſſe in vtero, & ſpiritum ſalutis peperiſſe ijs, qui ſuper terram ſunt. Conuenire autem poſſet hic ſermo, vt dixi, Prophetis, & Apoſtolis, & Euangeliſtis, qui quidem abundantes gratia cœleſtis doctrinæ, & recipi-

recipientes veluti quædam cœleſtia ſemina, pepererunt ſpiritum ſalutis ijs, qui ſuper terram ſunt, hoc eſt, doctrinam in ſpiritu, quæ vita eſt rerum æternarũ cõciliatrix. Spiritum igitur ſalutis, Euangelicum præconium nuncupant.

Timor Dei fœcundam reddit hominis naturam, & motum concupiſcentię, qui ex carne conſurgit, compeſcit: Mulieris vtero enim ſimilis eſt humana mẽs, quæ quidem ſi recipiat à Deo pietatis ſemina; parit omnino bonos fructus. Igitur fœcundi ſunt, qui Chriſto adhærent, pariunt nanque veluti myſtico vtero fructus vt dixi bonos. Eiuſdem

Oſtendit vtilitatem, quæ ex minis Dei percipitur. Accipientes enim timorem tuum, veluti bonum ſemen, & hunc in vtero geſtantes, opportuno tempore ſalutem reportabimus. Etenim cùm adhuc ſumus in terra, tempus pœnitentiæ largiris, nequaquam cõdigna pœna nos de medio tollens, ſed permittens, vt cõuertamur ad ſalutem. Theodo. ueraclẽſis.

Quoniã enim cõpararunt ſe ipſos parturiẽti mulieri; meritò oſtenderunt fructũ dolorũ partus: ſpiritum enim inquit, ſalutis peperimus, quem feciſti ſuper terram, hoc eſt, quem ipſe terrę largitus es: Theodo. reti.

non enim ſpiritum in terra fecit, ſed per ſpiritũ ſalutem in terra operatus eſt.

Et parturiuimus & peperimus ſpiritũ ſalutis tuæ, quem fecimus ſuper terram.

Seueri. Sic enim ſterilis, id eſt eccleſia è gentibus conflata peperit ſeptem: nã Synagoga quæ filijs prius fœcunda erat, infirmata eſt, & plures filij fuerũt mulieris deſertę, quàm illius, quę habebat virum.

Euſebij. Finis enim cõceptionis tui dilecti, tuique timoris ſalus fuit noſtri ſpiritus, quẽ quidem cùm peperiſſemus, notum fecimus omnibus mortalibus, qui ſuper terram ſunt, ipſos quoque vtilitatem percepturos, ſi didicerint eadem, quæ nos didicimus, & ſi nos imitati fuerint, & cõceperint ex timore Dei, & pepererint ſpiritum ſalutis. Qui enim hunc timorẽ non habuerint, neque pepererint ſpiritũ, ſed ſteriles permanſerint; excident à tua ſpe. Qui verò ex tua hæreditate ſunt, quique propter te omnes afflictiones perferunt, licet vſque ad mortem certent cum peccato, tamen nullo modo excident ab æterna vita.

Non cademus, ſed cadent qui habitant ſuper terram.

Prudentia ſanctorum virorum admiratione digna eſt, cogitant enim ſemper quo-

quomodo tollatur id, quod contrarium videtur verbis, quæ nobis dixerũt. Quoniam igitur dicebant viri ſancti ſe peperiſſe ſpiritum ſalutis ijs, qui ſuper terram ſunt, iſti autem vident mortem; (veluti ſi quis diceret, quænam vtilitas nobis eſt diuinorum ſermonum? & vbi eſt iſte ſpiritus ſalutis? moriuntur enim, qui ſuper terram ſunt) meritò apologiam faciunt, & dicunt, Reſurgent mortui, gratia quidem Dei, vt dicit beatus Paulus, Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro omnibus guſtauit mortem, veruntamen reuixit tertia die, & fuit primitiæ dormientium, & tanquam principium humanæ naturæ, quæ ab interitu liberata eſt. Pri. Cor. 15.

Dicit autem quonam modo hoc fiet: ros enim quæ ab ipſo ſtillat, medicina ipſis mortuis eſt: & videtur hoc in loco rorem vocare, vitalem ſpiritus ſancti potentiam, & vim. Paulò poſt.

Cum igitur receperimus ſemina vitalia, & Dei timorem conceperimus; fugiemus omnem pœnam. Qui enim olim mortui fuimus peccatis, prauiſque deſiderijs, nunc excitabimur tanquam à monumentis, tuam opem conſecuti, ob quã opem exultabimus, quieſcentes à malis operibus: ſemper enim tuam miſericor- Theodoreti.

diam ſic nobis immittis, tanquam rorem ſalutarem.

Reſurgent mortui, & excitabuntur qui in monumentis ſunt, & exultabunt, qui in terra ſunt.

Qui terrena ſapiunt, & fidunt rebus fluxis, tanquam permanentibus: nos autem expectamus mortuorum reſurrectioné.

Euſebij. Ioan.5. Hæc etiam dominus dixit, Audient qui in monumentis ſunt vocem Dei, & exibunt qui bona egerunt in reſurrectioné vitæ, qui verò mala, in reſurrectionem Iudicij.

Seueri ex epiſtola ad Comitem.

Reſurgent mortui, diuina inſpiratione euocãte ipſos in vitam, quam inſpirationem propheticus ſermo rori comparat, ros enim à te ſtillans, medicina ipſis eſt. Reſurgẽt nanq; mortui, vel ſecundũ Aquilam, Viuẽt οἱ τεθνεῶτες σȣ̃, vel vt Symmachus, & Theodotion, οἱ νεκροί σȣ̃, id eſt, mortui tui. Mortui nanque ſui ipſius, quinam alij eſſe poſſent, quàm ſancti eius Martyres? Qui quidem alij ſunt, & diuerſi ab illis mortuis, de quibus ſuprà dictũ eſt, Mortui autem vitam non videbunt, neque medici eos excitabunt: ſed illi erãt mortui, eò quòd peccarunt in ijs rebus, quæ ad Deũ ſpectabant. Mortui auté domino

mino ſunt, qui propter ipſum afflictiones omnes ad mortem vſque perpeſsi ſunt.

Pro Excitabuntur, reliqui interpretes dixerunt, Expergiſcentur, tanquã ſi dormirent, & non mortui eſſent: propterea Sanctorum mors, ſomnus nuncupatur. Reſurrectio autem meritò dici poſſet experrectio, vt reſpõdeat ſomno. Propterea reliqui interpretes dixerunt in prima parte huius clauſulæ, Expergiſcentur qui in monumentis ſunt, in ſecunda verò, Exultabunt qui ſunt in terra, vel ſecundum Aquilam, Laudabunt, vel ſecundũ Theodotionem, Iubilabunt. Et paulò pòſt.

Ros enim abs te medicina eſt.

Sciendum nobis eſt, hoc in loco rorem nuncupari vitalem ſpiritus ſancti potentiam, & vim per quam excitatum iri mortuos inquit Dauid, pſallit em̃ Deo, & ait, Auertente te faciem, turbabuntur, & in puluerem ſuum reuertentur, emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Ros igitur vitalis eſt ſpiritus à patre miſſus, per quem etiam corporibus ex terra factis impertit immortalitatem. Cyrilli. Pſal. 103.

Rorem puto nuncupari vilatem ſancti ſpiritus vim, & potentiam, quæ mortẽ deſtruat, vtpote quæ à Deo veniat, & à vita. Et rurſus:

Ro-

Et rurſus. Rorem in hoc loco non aliud, quàm ſpiritum dico, vel vitalem ſpiritus ſancti vim, quæ per Chriſtum infuſa etiam corporibus iam diu corruptis expellit mortalem corruptionem, & pro ea vitam reddit.

Euſebij. Ros in terram delapſus eſt in cauſa, vt ſenſim, & quietè ſemina in ipſa recondita augeantur, & creſcant. Eodem modo Ros à te ſtillans, medicinam, & vitam, & ſalutem hominibus affert, quorum corpora ſuper terrã pro tempore ſparſa fuerunt. Nequaquam tamen errares, ſi diceres ipſum rorem eſſe vnigenitum Dei verbum: quod quidem ſuas emittens vitales ſtillas ſuis mortuis remiſsionem indulgebit peccatorum, ſi quid ab ipſis ſecundũ hominem peccatum fuerit, & inſuper cõcedet reſurgendi à mortuis facultatem, & ſalutem, & ſempiternam vitam. Cæterùm impiorum res non ſic ſe habent.

Theodoreti. Sicut enim imber facit, vt ſemina obruta, & propemodum ſepulta vigeant: ſic tuũ verbum veluti quidam ros eſt in cauſa, vt hominum natura reſurgat.

Terra autem impiorum cadet.

Eiuſdem. Terrena ipſorum prudentia deſtruetur: hæc igitur ſanctiſsimus Vates dixit, hymnum cõtexens Deo rerum omnium con-

conditori. Cæterùm ipſe Dominus adhortatur eos, q̃ ſibi fideles fuerint, vt deliteſcant in fide diuinorum ſermonum, & in ſpe rerum futurarum, veluti in quibuſdam cellis, & hoc pacto fugiant mortem, quæ cæteris hominibus imminet.

Hoc accidit Iudæorũ regioni, quę penitus vaſtata fuit, eò quod in Chriſtũ inſaniuerunt, & in ſanctos eius ſacerdotes, licet ſpiritũ ſalutis pepererint ijs, qui ſuper terram ſunt. Cyrilli.

Vade popule meus, ingredere in cellam tuã, claude oſtium tuum, deliteſce parumper, dũ tranſeat ira domini.

Inducitur in his verbis perſona Dei vngentis (vt paleſtræ mos eſt) mentem ſanctorum virorum, & corroborãtis ad moleſtias perferendas. Quoniam enim in tẽtationes intolerabiles caſuri erant ob euangelij præconium; idcirco congruenter admodum perſuadet illis, vt exultent his de rebus, dicens, Vade popule meus, ingredere cellas tuas. Ingenioſè autem, & ſuauiſsimè nuncupat fortè cellas, ſepulchra, quæ in terra ſunt. Dictum enim fuit Principi noſtri generis, id eſt Adamo, Terra es, & in terram reuerteris, & natura hominis ob trangreſsionem deteſtabilis facta eſt; liberabitur autem ab hac Cyrilli. Genc.3.

ira

ira diuina tēpore cōſummationis. Abſcō-
de te igitur inq̄t, popule meus, & pfer, &
obdura parūper, donec mors ex ira dei ir
rogata prætereat, & adueniat tēpus, cùm
oēs homines reſurgent, licet enim inquit,
mortem patiaris, & id quidem ſanctis e-
ius ſacerdotibus accidat, tamen Deus re-
rum omnium auctor pœnam infliget ijs,
qui ſanctos eius viros occiderunt: Indu-
cit enim à ſancto dominus iram ſuper ha-
bitantes terram. Simile huic eſt & illud,
Gene.9. Et pluit dominus à domino ſuper Sodo-
Ioan 5 ma ignē & ſulphur. Igitur filius à ſancto
patre iram inducet ſuper habitantes ter-
ram: nam vt ipſe alicubi ait, Pater iudicat
neminem, ſed iudicium totum dedit filio,
vt omnes honorent filium, quemamodū
honorant patrem.

Eufebij. Poſtquam tradidit doctrinam de re-
ditu mortuorum in vitam, ſpiritus pro-
pheticus cùm vidiſſet ſanctos Dei ſeruos,
veluti coram ſe aſtantes, & in vnum col-
lectos poſt reditum in vitam, deinde ex
alia parte cùm conſpexiſſet iram impijs
hominibus imminentem; alloquitur cæ-
tum ſanctorum virorum, vt ſecedant pa-
rumper, & à longè abſcondantur, vt ne
ſpectatores quidem ſint interitus impio-
rum.

Cellas autem populi Dei, ſunt multæ manſiones apud patrem, quæ cuilibet ordini ſanctorum hominum ſecundum iuſtum Dei iudicium deſtinatæ ſunt: In has igitur Cellas tibi præparatas inquit, ingredere popule meus, & oſtiū claude. Et poſt alia.

Præterita autem ira Dei, tu popule meus patefactis tuarum cellarum ianuis, egredere multa cum libertate, & hilaritate, nouum aſpiciens ſeculum, & regnum Dei promiſſum. Eiuſdem.

Hæc inuenimus Dominum ſuis ſacris Apoſtolos dixiſſe, quando inquit, videritis Hieroſolymam ab exercitu obſeſſam, ſcitote eius euerſionem appropinquaſſe. & rurſus, Tunc qui in Iudæa ſunt, in montes fugiant, & qui ſuper domum eſt, ne deſcendat, vt tollat ex ſe aliquid. prædicit autem ipſis, vt effugiant mortem, quæ imminet his, qui non crediderunt. Theodoreti. Luc. 21.

PRECES IONAE.

Proiectus in mare Propheta, & abſorptus à Balena, triduo poſt ab ea eiectus eſt, & poſtea Niniuem petijt, ſuamq́; legationem obiuit: mœrore autem affectus eſt, vbi vidit Deum miſertum eſſe Niniuitarum. Ioann. 1.

Chri-

Chriſtus quoq; ſua ſponte mortem ſuſtinuit, fuitq́; in corde terrę tres dies, & totodem noctes: reuixit igitur, & deinde in Galilæam ſe contulit, & iuſsit initium fieri præconij euangelij ad gentes: veruntamen nullum cepit mœrorem, videns ſeruari eos, qui ad pœnitentiam vocati eſſent: Ionas autem contrà fecit. Si igitur non omnia hiſtoriæ verba in ſenſum cœleſtis contemplationis trahemus, nemo nos criminetur.

Heſychij, Ionas typus eſt Chriſti, nauigium Iudæorum Synagogæ: gubernator nauis figura eſt Moſis, nautæ verò vmbræ ſunt ſanctiſsimornm vatum, mare autem perturbationum, quæ nos oppreſſos tenebant, ſors verò typus eſt volũtatis patris, per quam Chriſtus in mare calamitatum proijcitur, Balena autem illa magna mortis figuram habet,

Gennadij. Per ingreſsionem, & egreſsionem è Balena ſignificauit triduanam mortem, & reditum Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri in vitam. Præterea ſalus Niniuitarum ob pœnitentiam ipſis allata denotat vocationem gentium ex gratia conceſſam.

Ex Apologetico.

Gregorii. Theologi. Fugiebat & Ionas à facie Dei, vel potius ſe fugere putabat, ſed comprehenſus eſt

eſt in pelago tempeſtate, ſorte, ventre Balenæ, ac triduano ſepulchro, quæ omnia typum habent maioris myſterij. Verùm ille quidem ob hoc fugiebat, ne triſtem illum, & importunum nunciũ Niniuitis nunciaret, ac poſtea in mẽdacio deprchenderetur, vbi ciuitas pœnitentiæ beneficio ſeruata eſſet: non enim malorum ſalutem moleſtè ferebat, ſed mendacio ſeruire erubeſcebat, & Vaticinationis fides, & auctoritas ne abrogaretur timebat, quæ quidem in ipſo periclitabatur.

Non igitur Ionas ignorabat potentẽ DEI manum, qui hanc alijs minabatur neque prorſus id cogitabat, vt DEVM fugeret, ne hoc credamus, ſed quoniam exitium Iſraelis videbat, propheticam gratiam ad gentes tranſire ſentiebat, eam ob cauſam à prædicãdi prouincia ſe ſubducebat, & mãdatum domini protrahebat: ac relicta gaudij inſpectione (nam id Hebræis vox Ioppe ſignificat) veterem ſublimitatem, ac dignitatem intelligo: in pelagus triſtitiæ ſe ipſum coniecit, & propterea in tempeſtatem incidit, dormit, in naufragium incurrit, euigilat, ſorte deprenditur, fugam confitetur, ſubmergitur, & à Balenæ ſor- Et paulò pòſt.

 na ſor-

na ſorbetur, verùm non conſumitur, ſed illic Deum implorat, & per miraculũ ſicuti Chriſtus triduo poſt reſtituitur.

Clamaui in tribulatione mea ad dominũ Deum meum, & exaudiuit me, de ventre Inferni clamaui, & exaudiſti vocẽ meam.

Nulla in re læſus, ſed Balena vſus, tanquam domo, & ſolitam prudentiã ſecum retinens, nihilque detrimenti vel in corpore, vel in mente paſſus; diuinum ſentit auxilium. Cùm autem non ignoraret quantum mali ex torpedine mentis accidere ſoleat, ad preces conuertitur, Deique potentiam admiratur, eiusque manſuetudinem prædicat: dicit enim exauditam eſſe ſuam precationẽ. Illud autem, Ex ventre Inferni, ſignificat ex ventre Balenæ, cùm ingenioſè admodum fera Inferno, & morti comparetur, quippe quæ occidit, & crudeliter abſorbet eum, quem capit.

Theodo. Ego enim inquit, qui olim putabam Hieroſolymis tantùm ſe conſpiciendũ præbere ſanctis Vatibus, inueni etiam in ventre Balenæ ipſum mihi præſentem & allatis precibus, ſtatim ab eo ſalutẽ conſecutus ſum.

Heſychij. Ventrem inferorum Balenæ ventrem nuncupauit, quoniam hæc fera letalis

eſt: &

eſt: & quod ad rerum naturam pertinet, mortuus erat,ſola autem gratia viuebat: ſed quia figura erat Chriſti, qui fuit in corde terræ tres dies, & tres noctes; meritò inquit ſe fuiſſe in ventre Inferni.Hoc autem eſt omnium maximè inauditum: nam Chriſtus cùm verè guſtaſſet mortem, dixit ſe futurum eſſe in corde terræ tres dies,& tres noctes: Ionas verò ob vmbram tantùm mortis vocat ventrem Balenæ Inferni ventrem. Non enim erat in poteſtate Ionæ, vt ſpôte reſurgeret, ſed Chriſtus poterat ſua ſponte hoc facere:Quapropter Infernũ ad quod deſcendit Chriſtus,& mortem, quam verè guſtauit, cor terræ nuncupauit: hic autẽ Infernum vocauit ventrem Balenæ.In illa autem afflictione latitudinem fuiſſe Ionæ in ventre Balenæ, manifeſtũ eſt,cùm apud Deum preces fudiſſet. Tantum igitur miraculum ſanctus Propheta conſecutus, preces fundebat ex ventre Balenæ,tanquam ex tẽplo ſancto illas proferens, quas exordiens,dicebat ſe clamare propter afflictionem, & exauditum eſſe. Cæterũ quidã ſuſpicati ſunt Vatem dixiſſe hæc, poſtquam in litus ipſum Balena euomuit: qua autem ratione? reſpondeant mihi, Matt.12.

vtrum quòd Ionas ſenſibus impeditus erat in ventre piſcis? an quod mentis eſſet impos? dicāt, Quomodo enim hæc fieri poterant Deo non cooperante?

Proiecisti me in profunditates cordis maris, & flumina circundederunt me, omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me trāſierūt, & ego dixi abiectus ſum ab oculis tuis.

Theodoreti. Rurſus mentio de corde oſtendit vmbram veritati ſimilem: *flumina* autē vocat Vndarum impetus. Cùm autem malorū agmine detinerer inquit, & modo quidem ſublimis ab vndis ferer, modo verò detinerer in aluo piſcis, perinde ac in vinculis; cognoui me tua ope deſtitutū eſſe, & propterea hæc omnia perpeti.

Num rurſus videbo templum ſanctū tuū? circundederunt me aquæ vſque ad animam, abyſſus vallauit me magna.

Theodoreti. Ab ipſa inquit, abyſſo ego circundatus, & in medijs aquis deprenſus vereor, & timeo, ne prorſus iucundiſsimo tui templi ſpectaculo priuer.

Submerſum eſt caput meum in ſciſſuras montium, deſcendi in terram, cuius vectes concluſerunt me in æternum.

Eiuſdem. Innuit per hæc non ſolum Balenæ magnitudinem, verum etiam ineluctabilem fugā à malis, quibus detinebatur.

Veriſi-

Veriſimile autem eſt de quibuſdam mõtibus loqui, qui ſub aquis marinis deliteſcunt, quibus nonnunquam nauigia alliſa franguntur, quæ omnia nautæ manifeſtò ſcientes, ſtudent latentes ſcopulos effugere.

Et aſcendat de interitu vita mea ad te domine Deus meus, cùm deficeret in me anima mea, domini recordatus ſum, & veniat ad te precatio mea ad templum ſanctum tuum.

Quoniam inquit, cùm eſſem prope ianuas mortis; nequaquam tui oblitus fui: propterea ab hoc interitu me domine liberaſti, atque in vitam reſtituiſti, vt rurſus in æde tibi dedicata, vſitatas preces tibi afferam.

Qui cuſtodiunt vanitates, & mendacia, miſericordiã ſuam dereliquerũt: ego autẽ cũ voce laudis, & cõfeſſionis immolabo tibi: quæcunq; voui reddam pro ſalute mea domino.

Quoniam ea, quæ Ionæ acciderunt, vmbræ fuerunt ſepulturæ domini; meritò milites fruſtra cuſtodierunt Chriſti ſepulcrum, licet vigilaſſent, reſurrexit enim, cùm milites veluti mortui euaſiſſent ob Angeli aduentum. Porrò Iudæi ſuam miſericordiam dereliquerũt, cùm ſæpius, multisque modis miſericordiam à Deo conſecuti eſſent, qui rubrum ma-

re pedeſtri itinere tranſierunt, qui manna, & coturnicibus ſaturati ſunt, qui aquam è ſaxo affatim habuerunt, qui gẽtium terram in hæreditatem acceperũt, & multis alijs beneficijs affecti ob miſericordiam Dei, ipſum tamen [illegible]ferentes; Pilato, & militibus tradiderunt.

Teodo. reti. Qui mendacia inquit, & vanitates didicerunt ſorti acquieſcentes, crudeliter me in mare proiecerunt: Ego verò liberatus ab afflictionibus, quibus detinebar afferam tibi pro mea ſalute victimas, narrans & beneficij magnitudinem, & meæ fugæ ſupplicium.

PRECATIO EZECHIAE

Eſa.36.

EGO dixi in altitudine dierũ meorum ibo.

Cyrilli. Gloria Regni Ezechiæ in altum efferenda erat. Cæterùm Ezechias cognoſcẽs ſe ipſum deinceps mortis ianuæ propinquum; deſpondi animum inquit, & deſperaui de mea inter homines vita.

Theodo. reti Heracleen. Altitudinem dierum appellat iactantiam, quæ ipſius mẽti inhærebat, à qua detentus meam inquit, vitam interrupturus eram, cùm hæc mecum ipſe reputarem, neque enim ſperabam in terra viuentium me ſalutare Dei viſurum

eſſe,

eſſe, conuictus peruerſitate conſilij, quę me inuaſerat. Cæterùm hac me vita priuatum iri videbam ad interitum vſque, & internecionem, inſtar illius, qui vmbraculum pro tempore contexit, & deinde ſtatim diſſoluit: vitalis enim meus ſpiritus ita viribus deſtituebatur, vt teſa mulieris, quæ iam iam recidenda eſt. Quapropter cùm à morbo conualuerim, non deſinam poſthac præco tuæ bonitatis eſſe more auium, hirundinis nempe, & columbæ, & tua beneficia indefeſſus cantabo: Tu enim es, qui & corpori dolores ſedas, & animæ medicinam facis, mea peccata tranſcendens.

Quando exaltatus ſum, & illuſtris factus, tunc vitæ finem accipio.

Ad portas Inferorum relinquam annos reliquos: dixi, non amplius videbo ſalutare Dei in terra viuentium.

Cùm mortis ſententiam inquit, audiuiſſem, de ſalute deſperaui, neq; amplius inquit, videbo in hac vita miracula à Deo edita ob hominũ ſalutem. Deinde ſubiungit ea, per quæ euenit in extremũ terrorẽ incidere eos, qui graui morbo laborãt, nec procul à morte abſunt: Hoc autẽ eſt, nõ amplius videbo ſalutem Dei.

Meritò igitur in hoc certamine conſtitutus, videlicet, quidnam de ſe futurum ſit, poſtquam ab huius vitæ nexu liber fuerit, de ſua ipſius religione Deum admonet, eumque cum fletu obſecrat, ne à regione viuentium eijciatur.

Et paulò pòſt. Etiam hoc præter ſupradicta Ezechiã cõturbabat, quòd nullus ex ſuo ſemine erat ſibi ſucceſſor, cùm nullum genuiſſet filium, quo tempore hæc dicebat. Quoniam igitur ſine liberis moriturus erat, nullo relicto ſucceſſore, ex quo ſalutare Dei inter homines fore expectabat, meritò lugebat, priuatus ea ſpe vt naſceretur Chriſtus ex ſemine Dauidis.

Non aſpiciam hominem vltra cum habitantibus defeci ex generatione mea, dereliqui reliquum vitæ meæ.

Alienus factus ſum à viuentibus, & peregrinus à cognatis meis.

Theodoreti. *Exiuit & abiuit à me, ſicut is, qui deſtruxit vmbracula, quæ fixit.*

Tabernaculum vocat corpus, habi-

Eiuſdem. tatorem autem animam, qua recedente, corpus ſimile eſt tabernaculo, quod deſtruitur. Deinde aliam addit ſimilitudinem: Tabernaculum quidem dicens cor-

Heb.9. pus, quoniam & diuinus Paulus ipſum Tabernaculum nominauit.

Spiri-

Spiritus meus apud me fuit, velut tela ancillæ, quæ appropinquat ad ſecandum.

Simile inquit, eſt nō modo tabernaculo, verùm etiam telæ, quæ quidem adhuc ſtat, ſed iamiam recidenda eſt. ſed quemadmodum eſt tela ancillæ, quæ reliquam texturam amputat, ſic textura totius meę vitæ ad finem properat, vt abrumpatur. Quilibet igitur vir ſanctus ſtolam texit, & ornamentum ſuæ animę apponit per ſuas actiones.

In die illa traditus ſum vſque ad diluculū, veluti leoni, ſic contriuit omnia oſſa mea: à die enim vſque ad noctem traditus ſum.

Obiectus ſum veluti cuidam Leoni hominem deuoranti, qui dies noctesque, dum morbo laborarem, omnia oſſa mea contriuit: paululum autem abfuit, quin me totum deglutiret. Cæterùm cùm in his verſarer malis; animo nequaquam cōcidi, neque à Deo meo receſsi, ſed cum me ipſum fide, & bona ſpe collegiſſem, luctui, lachrymis & precibus me totum tradidi. Euſebij.

Et quisnam leo eſt, niſi ægrotationis mœror, & ferè mors ipſa inſtar beluæ rugiens? timor enim & ægram animam cōficit, & ipſius vires conterit. Cyrilli.

Sicut hirundo, ſic clamabo, & ſicut columba, ſic meditabor.

Eiuſdem. Carmina pro gratiarum actione emittens, pollicetur ſe imitaturũ eſſe aues quę canoræ ſunt, promittitque ſe hymnos ſine intermiſsione decantaturum: Nos igitur in felicitatibus, quę nobis à Deo contingunt, debemus eum laudibus efferre.

Euſebij. Ego igitur aſsidue precans inquit, & in ſupplicationem ad Deum incumbẽs, ſalutem conſecutus ſum.

Eiuſdem. Quoniam præter ſpem ſalus mihi contigit, hyrundinis, & columbæ cantilenas imitabor, tibi hymnos contexens, qui mihi vitam largitus es.

Defecerunt enim oculi mei, dum aſpicerem in altitudinem cœli ad dominum, eripuit, qui & abſtulit dolorem animæ meæ.

Euſebij. Qui de me curam gerit, eripuit me, abſtulit dolorem ab anima mea, ferè ſuum ſermonem verum reddens, quem ſanctis tuis promiſit, dicens, Ahuc loquente te, ecce ego adſum.

Theodoreti. Poſthabita omni humana arte, ad te oculos meos erexi, qui in cœlo habitas, tu autẽ mei miſertus es, cùm ab imminente dolore me liberaueris.

Domine de ipſa enim annunciatum eſt tibi.

Eiuſdem. Pro hac enim re inquit, preces tibi attuli.

Et

Et excitaſti ſpiritum meum, & conſolatione accepta vixi.

Reſtituiſti enim hunc, qui iamiam extinguendus erat: non quòd ego hoc beneficio dignus eſſem, (multis enim peccatis inquinatus erã) ſed tua miſericordia. & benignitate hæc facta ſunt: quando igitur morbo laborabat, ſuam ægritudinẽ peccatis attribuebat, poſtea verò ſalutem conſecutus, Dei miſericordiam celebrat, eò quòd per illam à morte liberatus ſit. Nam inquit, proieciſti peccata mea mihique dediſti rurſus occaſionem, vt poſſim iuſtus euadere: quandoquidem hominibus adhuc viuentibus facile eſt hoc efficere, mortui autem hoc efficere nõ poſſunt.

Tu autem eruiſti animam meam, vt non periret, & proieciſti poſt tergum tuum omnia pecccata mea.

Vnde ego ipſe fallacem illam cogitationem corrigẽs; ad nuptias, & ad procreandos liberos feſtinabo, vt gignantur ex me tuæ iuſtitiæ præcones. Theodoreti.

Non enim qui in inferis ſunt, laudabunt te domine, neque mortui benedicent tibi, neque ſperabunt qui in Inferis ſunt miſericordiam tuam.

Quæ dicta fuerunt per vocem pſallentis, Cyrilli.

tis, ſimilem ſententiam habent præſentibus verbis, Quæ vtilitas in ſanguine meo,
Pſal. 29. dum deſcendo in interitum? num confitebitur tibi puluis, vel annunciabit mirabilia tua? Qui nanque ſemel mortui ſunt, & inferorum portis clauſi ſunt, à laudibus diuinis ceſſant: nihil autem addere poſſent his rebus, quas in vita geſſerunt, ſed potius permanēt in his, in quibus deprenſi fuerunt, & generalis iudicij tempus expectant. Locus enim impiorum eſt hic: propterea cùm animam hinc liberauerim lætus, & hilaris gratias ago Deo. Regio verò eorum, qui apud Deum viuunt, etiam laudantes admittit; vbi inquit, me futurũ eſſe credo hoc mihi tua gratia concedente. Hoc autem dixit, nõ quòd ſpem reſurgendi abieciſſet, ſed oſtendere volens, ſe tanquam ad Inferorũ perniciem peruenturum, ſi ab ipſo non fuiſſet adiutus, & peccatorum veniam nõ impetraſſet.

Viuentes benedicent tibi quemadmodum ego.

Viuentes igitur inquit, & adhuc benefaciendi facultatem habentes, vbi aliquid boni conſecuti fuerint, benedicent tibi, quemadmodum ego.

Ab hodierno die deinceps filios faciam, qui an-

annunciabũt iuſtitiã tuã domine ſalutis meæ.

Pollicetur ſe filios daturum, qui Dei iuſtitiam prædicent. Et dicũt nonnulli eũ promittere regimen chori, & velle inſtituere cantores, qui in diuino templo dulciſsimè modulentur. Alij verò aiũnt, rebus magis arcanis inhærendo, Ezechiam glorioſe exultãdo, arbitratũ eſſe ſe regnũ ſine fine habere, vitamque perennem, eò quòd ea, quæ de Chriſto ſcripta erãt, veluti de filio Dauidis, de ſe ipſo dicta eſſe iactabat: quocirca dicunt Ezechiam cũ per quatuordecim annos regnaſſet, noluiſſe filios procreare, vbi verò didicit ſuę vitæ finem, curam geſsit de ijs, qui ſucceſſuri eſsẽt, & filios ſe ſuſcepturũ promittit; addit inſuper eos Dei iuſtitiam prædicaturos: Verùm à veritate aberrauit, natus eſt enim Manaſſes, qui ſceleſtus fuit, & impius, ſed ſatis eſt genitorẽ fuiſſe piũ, & diuinæ iuſtitiæ præconem. Hoc autem fuit ſimul ac Ezechias à ſuperbia deſtitit, & cœpit ſuam ipſius naturam agnoſcere, & conſiderare omnes homines multis peccatis obnoxios eſſe, & neminem ſine Dei miſericordia ſaluum eſſe poſſe. Nemo igitur glorietur ſe habere cor purum, neque iactet ſe mundum à peccatis eſſe, ſed quotieſcunque aliquid boni à

Deo

deo habemus,ipſum laudibus efferamus, vt qui obliuiſcatur errorum noſtrorum, ob quos par erat nos iuſtè puniri: ſapientes enim inquit, ſunt, qui ſeipſos agnoſcunt.tu autem domine aſsiduè nobis aſſiſtis,& nunquam recedis à tuo ſanctuario.Prædicit autem ſe patrem filiorum fore,nimirum ob gratiam Dei.

Et non deſinam benedicere tibi cum pſalterio omnes dies vitæ meæ in conſpectu domus domini Dei mei.

Theodoreti. Non deſinam & ego ipſe per totũ meæ vitæ tempus tibi Deus rerum omnium conditor ſimul cum ijs, qui domi tuæ ſunt,hymnos pro gratijs agendis offerre quæ quidem domus datá eſt nobis conſolatio,quæ ſenſibus percipitur,in tuum timorem nos contrahens. Vates igitur oſtendebat futuram medicinam, quæ inſperatò Ezechiæ euentura erat. Ex rebus enim contrarijs inquit, medicinam, reporto: quod nanque vlceribus maximè contrarium videtur, hoc eſt ficos impo-
4.Reg.20. nere, ipſe tamen cùm impoſuiſſet, Accipe,inquit,ſanitatem. Quamobrem admiratus beatus Ezechias, hodie dixit, hoc maximum mihi contigit, vt poſsim meo ipſius pede in domum Dei gratias acturus, aſcendere.

PRE-

PRECATIO TRIVM PVERORVM. Danie.3.

BENEDICTVS es domine Deus patrum noſtrorum, et laudabile, & glorioſum nomen tuum in ſecula.

Ne arbitrere pro rebus tantùm præſentibus Pueros gratias agere, hoc eſt, pro ſeruitute in quam abducti fuerunt, & pro grauibus illis malis, quæ ipſis acciderunt Deum inuocant: neque dixerunt, Deus noſter, neque putarunt huiuſmodi appellatione ſe dignos poſt caminum, & poſt tantam virtutem, ſe adhuc ad ſuos patres confugiunt, dicentes, Deus patrum noſtrorum; quantò enim maioribus rebus ornati erant, tantò ſe ſubmiſsius gerebãt. Ioannis.

Hymnis inquit, tu dignus es, qui per patres noſtros noſtrorum elegiſti genus, & par eſt, vt ab omnibus celebreris: quoniã nullo vnquam tempore tua potentia ſeneſcit, ſed ante mũdi creationem es, idẽque permanes, præbens manifeſtiſsima tui Imperij argumenta ijs, qui in te ſpem ſuam ponunt. Nemo igitur ait, poteſt aliquid criminari ex his, quæ contra nos feciſti, ſiue contra ciuitatem, ſiue contra tẽplum, quoniam & nos vrbem cędibus repleuimus, templũ verò idolis. Nos igitur nobis ipſis hæc mala aſciuimus. Eudoxij Philoſophi.

Quia

Quia iuſtus in omnibus, quæ feciſti nobis.

Pro rebus præteritis gratias agunt, ſicut & Iob. Iuſtitiam oſtendit: ſuſtinuimus enim aiunt, pœnam noſtris peccatis dignam, cùm in hoſtium manus deuenerimus.

Aliter.

Et omnia opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia vera.

Vera certò ſunt inquit, & quæ quondam tempeſtate noſtrorum patrum feciſti, & in Aegypto, & in ipſo mari, & quæcunque in terra promiſsionis facta ſunt, neq; enim illa falſa ſunt, cùm in præſentia tantum abs te opem conſecuti ſimus.

Et iudicia vera feciſti, iuſta omnia, quæ induxiſti ſuper nos, & ſuper ciuitatem ſanctā patrum noſtrorum Hieroſolymam, qua veritate & iudicio induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra.

Quæ in nos inquit, feciſti, iuſtè iudicaſti: nam eos, qui te offenderunt, prudentiores ob calamitates reddidiſti.

Peccauimus enim, & iniquè egimus, recedentes abs te.

Nullam enim inquit, veniam meremur cùm in extremam malitiam perueneriſmus, & maximè cùm habuerimus ſanctos Vates, qui inter nos verſati ſunt, & tu

tu tamdiu nos vlciſci pro tua clementia diſtuleris.

Et deliquimus in omnibus,& præcepta tua nõ audiuimus,nec obſeruauimus,nec fecimus ſicut præceperas nobis,vt bene nobis eſſet.

Hoc eſt, magno animi ardore male fecimus. Præter enim beneficia, quæ in nos præter opinionem contuliſti, mercedem quoque pollicitus es, ſi tuis legibus obtemperaſſemus, & tamen tibi non obediuimus.

Omnia ergo,quæ induxiſti ſuper nos, & vniuerſa,quæ feciſti nobis,in vero iudicio feciſti.

Iiniuſtũ igitur vocauit,vt qui Dei honorẽ ſibi vſurpauit:peſsimũ autem, vt qui nouo quodã modo ſupplicia excogitabat contra eos,qui nihil deliquerunt.

Et tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorum iniquorum,& peſsimorũ,præuaricatorumq́;,& Regi iniuſto,& peſsimo vltra omnem terram.

Si quis inquit, diligenter cõſideret quę à nobis patrata ſunt,quasq́ue pœnas pependimus,admirabitur æquitatem diuinæ ſententiæ.

Et nunc non poſſumus aperire os.

Hoc eſt, nequim⁹ liberè loqui miracula,quę ꝓpter peccata cõtra nos edidiſti.

Confuſio, & opprobrium factum eſt ſeruis tuis, & his, qui colunt te.

Calamitas nanque aufert audaciam, quam olim habebamus in committendis peccatis: propterea nūc nos opprobrijs affecti, muti ſumus.

Ne quæſumus tradas nos in finem propter nomen tuum.

Cæterùm cùm à nobis inquit, pœnas exegeris, nunc noſtri miſerere: nō quòd ſatis pœnarū dederimus, ſed tātùm propter nomen tuum. Vides quo pacto Pueri pluris faciunt nomen Dei, quàm propriam ſalutem: cùm enim morti addicti eſſent, intrepidè hæc dicunt.

Et ne diſsipes teſtamentum tuum.

Memento inquit, eorum, quæ patribus noſtris pollicitus es.

Neque auferas miſericordiam tuam à nobis propter Habraham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum tuum, & Iſrael ſanctum tuum, quibus locutus es pollicitus multiplicare ſemē eorum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam, quæ eſt in littore maris.

Quanquam enim ait, ipſi digni nō ſumus, vt abs te opem impetremus; ob promiſsionem tamen noſtris patribus factā libera nos à malis, quibus detinemur. Tu nanque rerum futurarum præſcius, pollici-

pollicitus es te illorũ poſteros multiplicaturũ vt aſtra cœli, & litoralem arenã.

Quia domine imminuti ſumus pluſquam omnes gentes.

Ne deſpexeris ait, tuam promiſsionem iam periclitantẽ: nos enim inquit, ad nihilum fer. redacti ſumus.

Et ſum:·s humiles in vniuerſa terra hodie.

Cùm enim omnes vbique terrarũ pacati viuant, ſoli nos difficiles perferimus calamitates.

Et nõ eſt in tempore hoc Princeps, & Dux & Propheta.

Omnia nobis inquit, contra votum ſucceſſere, & neque Regẽ habemus ſecundũ ordinem à te præfinitum, neque Vates numine afflatus nobis eſt, qui futura prædicat, neque magiſtratus, qui cõmunium rerum adminiſtrator ſit, neque ſacerdos, qui ſuis ſacrificijs diuinũ Imperium agnoſcat, quique pro peccatis hoſtias offerat, vel alijs donis Deũ honoret, neq; eſt, qui ſuauẽ odorem veluti honorẽ debitum Deo reddat: Criminãtur E?echielem, & vituperant Danielem: neque eſt inquit, Princeps, neque Vates, neque Dux, qui ſuũ munus exequatur, hoc eſt, vt poſsit populũ cõgregare, & hunc in ordinem redigere & precibus

placâre,ſed vnuſquiſque in ſeruitute eſt. Præterea non eſt aliquis ex populo,qui carnibus ordinem adhibeat,vt carnes odoratæ, & incorruptæ permaneant.

Neque holocauſtum, neque ſacrificium, neque oblatio, neque incenſum, neque locus primitiarum coram te,vt poſsimus inuenire miſericordiam tuam.

Non modo percuſsi ſumus inquit, verũ etiam priuati ſumus via, per quam poſsimus propriam ſalutem conſequi.

Sed in animo contrito, & in ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur, ſicut holocauſtum arietum & taurorum, & ſicut in millibus agnorũ pinguium, ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie.

Baru.2. Quod & Baruch dixit,Spiritus in anguſtijs, & in anima mœrore affecta clamauit ad te, ipſam calamitatum magnitudinem pro precibus afferimus, ſic ſuſcipiamur, ſic exaudiamur.Cæterùm pro pulchro illo ordine inquit, qui tuo in templo ſeruatur, accipe noſtram cum humilitate precationem, recipiẽs noſtrorũ corporum ſacrificium pro hoſtia, quæ de brutis animalibus affertur.

Et perficiatur poſt te.

Quid eſt hoc? hoc eſt, poſt iram tuam, & poſtquam nos præterieris, & poſtquã

nos

nos reuerſi fuerimus, hoc ſignificat, Poſt te: Da autem inquit, vt per totam vitam tuis præceptis obedientes ſimus.

Quoniã non eſt confuſio confidentibus in te.

Propterea nos omnibus viribus tuã magnificentiã timentes, quẽadmodũ multi alij fecere, auxilium à te expectamus.

Et nunc ſequimur toto corde, & timemus te.

Vt qui è morte in vitã reſtituti ſumus, quiq́ue igne examinati ſumus, quiq́ue abiecimus omnes ſordes, & omnem inquinationem Idolatriæ abnegauimus.

Et quærimus faciem tuam, ne confundas nos.

Quoniã enim dixerunt ſe ſequi; meritò nunc faciei meminit. Qui enim bene ſequitur; Dei facie dignus eſt.

Sed fac nobiſcum ſecundum manſuetudinem tuam, & ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ.

Aſpectus tuæ faciei ſtatim lætificat faciem tuorum ſpectatorum, non autem conturbat.

Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nominі tui domine.

Hoc eſt, ne decidamus ſpe, quam in te collocauimus, ſed ex conſuetudine tuæ benignitatis nos è periculis eripe.

Et confundantur qui oſtendunt ſeruis tuis mala, confundantur in omni potentia.

Vt omnes te laudibus efferant, quòd non deſtituas in periculis eos, qui tibi fidunt, ſed contrà fac, vt ij, qui nobis calamitates procurant, à ſua audacia decidant, vt vani in potentia, quam abs te acceperunt, videantur: quoniam ex hac adeò elati ſunt, vt cum Deo pugnam ineant. Decedant igitur ex ſua potentia, vt deſinant Deum bello laceſſere.

Et robur eorum conteratur.

Non enim fuit mundi firmamentum, ſed mundi corruptela.

Et ſciant quod tu es Deus ſolus, & glorioſus ſuper omnem terram.

Vt omnes ex ipſis rebus diſcant Idolorum cultum ſtolidum eſſe; tu autem es omnium rerum dominus, omnia vtiliter gerens, & ſuperiores periculis faciens eos qui in te ſpem ponunt.

HYMNVS TRIVM PVERORVM.

BENEDICTVS es Domine Deus patrum noſtrorum.

Hymnis tu dignus es, qui promiſsioné patribus factam non fefelliſti, ſed eos elegiſti,

legiſti, tuam opem ad poſteros vſque tranſmittens.

Et laudabilis, & glorioſus, & ſuper exaltatus in ſecula.

Docet quam opinionem de Deo habuerint, & aiunt, tu domine hymnis dignus es, vt qui ſempiternam habes naturã, & ad benefaciendum promptus es.

Et benedictũ nomen gloriæ tuæ ſanctum.

Meritò inquit, omnes tibi hymnos mittunt, quoniã ſupra omnes pręcipuã habes naturã, & ex beneficijs in tuos familiares collatis oſtẽdis quantum gloriæ tibi inſit: ſiquidẽ nomen Dei, nomen eſt gloriæ. ſicut enim Rex, & Princeps, & cætera huiuſmodi nomina ſunt gloriæ, ſic etiã & multo magis nomẽ Dei eſt: ſtatim nãque anima excitatur, ſtatimq; ſuũ conditorem cõſiderat. ſi ergo nomẽ gloriæ hoc facit, quãto magis eius eſſentia? es enim & omnipotẽs, & benignus, & bonus, & quæcũque huiuſmodi glorię nomina ſunt, & laudabile, & ſuper exaltatum in ſecula. Quid aũt eſt ſuper? nõ eſt laus, non eſt gloria inquit, tuo nomine digna, nemo enim tibi ſatis laudis, vel gloriæ tribuere poterit.

Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ.

Propterea inquit, cognoſcẽtes magni-

CANTICVM OCTAVVM.

BENEDICITE omnia opera domini domino.

Sciendum eſt hunc hymnum neque apud Hebraicos libros, neque apud Syros inueniri. Dicunt enim Hebræi & Syri, hũc à quibuſdam compoſitum fuiſſe, ſed vtcunque ſe res habeat, hic eſt ſenſus. Meũ os ſatis non eſt, ad laudes Dei perſequendas: quodlibet igitur opus à Deo conditum cum celebret.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, benedicite omnes virtutes domini domino.

Dicit Angelicas poteſtates, deinde ea, quæ ſenſu, & anima carent, nimirum cœlos, & aquam.

Benedicite Sol, & Luna, & reliqua.

Hæc enim non ſolùm potentiam Dei oſtendunt, ſed etiam benignitatem, & curam: oportet nanque vt vnuſquiſque ipſum laudibus extollat. ſic enim omnia pulchra ſunt, vt omnes pro ipſis dominũ laudare debeamus.

Benedicite glacies, & niues domino.

Et quidnam vtilitatis hæc in ſe habẽt? voluit ſermone comprehendere non modo ea, quæ ex ſe patent, ad noſtrum bene

ficium creata eſſe, ſed etiá ea, quæ ſuperuacua, & noxia videntur, & inquit, vt pro illis etiam Deũ laudemus. & ferè hoc dicit, quod & illa ſigna ſunt tã magnæ prouidentię Dei, vt etiam ipſum laudare propter hæc oporteat, & tam in ijs ipſum extollere, ac propter res vtiles.

Benedicite fulgura, & nubes domino, benedicite terra, montes, & colles, & omnia quæ mouentur.

Quid de venenis? vtrum pro illis Deus eſt laudandus? næ.

Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorũ domino.

Hic oſtendit reditum è morte in vitam: laudate, inquit, ipſum non quotquot animæ eſtis, ſed iuſtorum animæ.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael.

Admiranda ſunt ô dilecti, quæ à tribus pueris in camino dicta ſunt. Quomodo nihil ex rebus creatis reliquerunt, vt oſtẽderent nihil liberum, vel ſui iuris eſſe, ſed omnia Deo eſſe ſubiecta, cùm omnia cõprehendiſſent, & nominaſſent, qua ſuper cœlos ſunt, & quæ ſuper, & ſubter terra. omnia ergo Deo ſubdita ſunt, qui omnia per verbum creauit, ne quis glorietur aliquid eſſe increatum, vel ſine principio.

Qui eripuit nos ex inferis, & ex medio ignis liberauit nos.

In-

Inferos, & manum mortis vocat caminum: ſicut enim fieri non poteſt, vt aliquis iam ſepultus reſurgat, & humanis negotijs ſe immiſceat absq; Dei opera, ſic fieri non poteſt ſecundum hominum naturá, vt qui in tantam incendij flammam coniecti fuerint, viuant, & incolumes euadãt, niſi diuina gratia omnia præter opinionẽ peragat.

Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius.

Docet igitur omnes in vnũ coactos, de gratijs agẽdis Deo hymnos canere, propterea quod nullum vnquam tempus eius miſericordiam minuit.

Benedicite omnes timentes dominum Deũ deorum: laudate, & confitemini, quoniam in omnia ſecula miſericordia eius.

Ad populi documentum his verbis vtuntur. Decet enim vos inquit, quoniam omnium communiter intereſt áb errore deſiſtere, & veræ religioni adhærere, conſiderantes veſtri Domini dignitatem, & quòd ab omnibus dominus declaratus eſt, licet quidam apud alienigenas Dei habeantur. Hoc igitur facite, vt & fideles illud audiant, Deus ſanctorum eſt Deus, & infideles rurſus illud, Victa eſt Deorum multitudo. Dei imperio.

CAN-

CANTICVM MARIAE DEI GENITRICIS.

Luc.1.

MAGNIFICAT anima mea dominum.

Eudoxij. Sicut à muliere peccatum cœpit, & poſtea ad hominem peruenit, ſic etiam bona è mulieribus exorſa ſunt, vt admoneantur mulieres, depoſita ſua imbecillitate, rebusque mulieribus, imitentur vitã horum beatorum. Videamus igitur deinceps Virginis vaticinationem. Magnificat anima mea dominum. Quomodo anima magnificet dominum, conſiderãdum eſt. Si enim dignè ad imaginem conditoris noſtri vixerimus, & pro viribus ſimiles noſtro exemplari euaſerimus per bona opera; anima magnificat dominũ verbis, operibus, & cogitationibus. Minuit autem rurſus, quod ad malitiã attinet, quæ animæ ineſt. Anima igitur Mariæ magnificabat dominum, ſpiritus autem eius exultabat in Deo Saluatore. Primùm anima ipſius magnificauit, deinde ſpiritus eius exultauit, dicendo, Deus in corpore meo mirabilia faciet, vt pollicitus eſt, ſed anima inquit, mea non erit ſterilis erga dominum: corporis enim fructus non eſt rectè factum meæ voluntatis, ſed Dei, qui mi-

mirabiliter, & ſupra naturam in me operatur. oportet autem me etiam voluntatis meæ fructum afferre. Quantò enim maiori miraculo, & miniſterio ſeruio, tantò magis debeo ego omnium prima laudibus efferre eum, qui in me operatur.

Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.

Saluator enim meus eſt Deus, qui ex me ſalutem mundo largitus eſt: Spiritum verò & animam, pro eodem poſuit. Eiuſdem.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.

Quæ enim ego ſum ad tantum officium? ipſe reſpexit, non ego expectaui: humilis nanque eram, & abiecta, & nunc à terra in cœlos tranſeo, & ad arcanum miniſterium trahor.

Ecce enim ex hoc beatam me dicant omnes generationes.

Nimirum, generationes credentium, non autem tu ſola ô Elizabeth.

Quia fecit mihi magna, qui potens eſt.

Quomodo enim non magna? cùm ea. quæ virgo eſt, concipiat, & ob Dei voluntatem naturam tranſcēdat, dignaque facta ſit, vt ſine virili opera ſit non ſimpliciter mater, ſed vnigeniti ſaluatoris mater? Dicit autem, qui potens eſt, vt ſi quis ambigat de vi conceptionis, cũ dicat vir-

Virginem concepiſſe, ſubiungit, fecit mihi magna, qui potens eſt, vt potentiæ operantis aſcribatur hoc præclarum factum.

Et ſanctum nomen eius.

Non enim propterea mulier inquinatur, quòd in ipſam vnigenitus aſcendat: ſanctum enim nomen eius. & nihil contaminat Saluator dum concipitur, dum in me Virgine proprium corpus format. propterea & ſpiritus ſuperuenit, vt conceptio ſancta facta, ſanctum etiam partũ præparet.

Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.

Nam propterea quòd generationes generationum miſertus eſt, ego quoq; concipio, & ipſe vnitur cum corpore animato, & anima rationali, & intellectuali ſecundum ſubſtantiam, & in mundum venit, & cum hominibus verſatur, & deorſum deſcendit, & omnia gubernat, per ſolam miſericordiam noſtram ſaluté procurans.

Fecit potentiam in brachio ſuo.

Non enim qui omnino indigni ſunt, miſericordiam cõſequuntur, ſed qui per pœnitentiam ad timorem Dei conuertũtur.

Diſper-

Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Ipſius enim manus eſt, nō hominũ opus.

Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.

Hoc eſt, malos, & impuros ſpiritus, horum principem Diabolum, qui ob ſuperbiam decidit, Græcorum ſapientes, qui non admiſerunt ſapientiã Euangelij, quæ videbatur ipſis ſtultitia: intelligit etiam Iudæorum populum, qui noluit credere, hæc enim omnia vaticinationi reſponderunt: quandoquidem elati fuerunt Dæmones, & Diaboli, & propterea diſperſi ſunt, ſic etiam ſapientes Græcorum, & Phariſæi, & ſcribæ. verùm hos omnes deſtruxit, & extulit eos, qui ſeipſos ſubmittebant potenti eius manui.

Eſurientes impleuit bonis.

Eſuriebat enim genus humanum præter Iudæos: Iudæi enim putantes ſe poſsidere diuitias ſcripturarum, quæ diuino ſpiritu afflatę ſunt, illis priuati fuerunt, & inanes facti ſunt, gentes verò ſe ſubmittentes, eſuriẽtes, (famem dico Dei, vt inquit Vates Amos) ſaturatæ ſunt. Amos. 8.

Et diuites dimiſit inanes.

Nimirum, Iudæos, qui diuites erant legibus latis, & doctrina, & ſanctorum Vatum promiſsionibus, qui quidem Iudæi

nimi

nimium ſuperbientes, & ob ſuam dignitatem vehementer elati, propterea quod noluerũt ſubmiſſe accedere ad eum, qui ſe hominem fecit, dimiſsi fuerunt inanes, nihil reportantes, neque enim fidem, neque ſpem rerum bonarum, ſed exciderũt & à terrena Hieroſolyma, & à futura vita.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum.

Verum dicit Iſraelem, non eos, qui nomine tantum Iſraelis gloriantur, ſed eos, qui fidem ſuæ appellationis retinuerunt.

Recordatus miſericordiæ ſuæ, ſicut locutus eſt ad patres noſtros Habraham, & ſemini eius in ſecula.

Miſeretur per vaticinationem non ſolum propriam, ſed etiam primorum Vatum, ſecundum promiſsionem Dei, cùm ex ipſa oriturus ſit Chriſtus communis ſaluator.

Luc. 1. PRECATIO ZACHARIAE.

BENEDICTVS dominus Deus Iſrael, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Viſitante enim Deo, & volente, liberatus eſt populus eius.

Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid

uid pueri ſui, ſicut locutus eſt per os ſanctorũ, qui à ſeculo ſunt Prophetarum eius, ſalutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium, qui oderunt nos.

Cornu, vel pro Regno, vel pro potentia acceptum eſt, vtrũque autẽ Chriſto conuenit: ipſe enim eſt Rex regnãtium, & dominus dominantiũ, & inexpugnabilis eſt potentia patris, & dextera, quæ quidem omnes noſtros hoſtes in fugam vertit, ſecundum prædictionem ſanctorum vatum, quæ inſuper dextera liberauit nos ex hoſtibus noſtris, & ex manu omnium, qui oderunt nos. Hoſtes autem intelligit non eos, qui ſenſu percipiuntur, ſed qui mẽte compræhenduntur: venit enim Chriſtus dominus potens in bello, vt debellaret omnes hoſtes noſtros.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamẽti ſui ſancti: iuſiurandum, quod iurauit ad Habraham patrem noſtrum daturum ſe nobis.

Vt enim arbitror, etiam patres noſtri Habraham, Iſaac, & Iacob, & totus chorus ſanctorum Vatum, & iuſtorũ, Chriſti aduentu perfruiti ſunt: Si enim pacauit per ſanguinem crucis ſuæ, quæ in terra quæque in cœlis ſunt, ſecũdum di- Coloſſ. 1.

uiſum Apoſtolum, cur dubitas credere, etiam patres viſitaſſe? & aduentum eius in Inferos hoc effeciſſe?

Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi in ſāctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.

Sæpenumero liberantur quidam de manu hoſtium, cum timore autem, nūc verò Chriſti aduentus fecit, vt intrepidi de manu hoſtium liberamur: non enim ſenſimus hoſtes, ſed veluti de repente nos accepit, cùm hoſtiles inſidias nō ſenſiſſemus. ſed ſi ſic dicendum eſt, veluti nil ſentientes, tranſtulit nos ab illo in ſuam hæreditatem, & partem.

Et tu puer propheta altiſsimi vocaberis.

Superuacuum eſt loqui cum eo, qui non audit. Cur igitur tanquam audienti hæc dicit? num quòd Ioannes ſuum habuit ortum inopinatum, eò quòd Archangelus prædicauit eius ortū, & Maria acceſsit ad Eliſabeth poſt pueri conceptionem, & poſtquam natus eſt, omnia, quæ ſecuta ſunt, mirabilia fuere? ſicua igitur puer cum gaudio in vtero ſaltauit, ſic etiam vox ſalutantes Zachariæ potuit pueri aures penetrare.

Præibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Pro-

Propterea ſtatim Zacharias puero præſenti vaticinatus eſt: nouerat enim pater ſe paulò pòſt filium penes ſe non habiturum. Erat enim puer in deſertis, vſque ad diem oſtenſionis eius ad Iſrael. Luce. 2.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius.

Videlicet, credentibus in ipſum, & Iudæis, & Græcis, & his qui populi ipſius vocantur. Illis autem ſalutis cognitionem præbuit, qui ipſum cognoſcere voluerunt.

In remiſsionem peccatorum noſtrorum per viſcera miſericordiæ Dei noſtri.

Non enim per opera, quæ nos fecimus, tam largum donum nobis conceſſum eſt, ſed per inexplicabilem ipſius miſericordiam.

In quibus viſitauit nos oriens ex alto, illuminare his, qui in tenebris, & vmbra mortis ſedent ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Non ex vertice, ſicut olim in Sinai monte vox quædam fuit legem ſtatuens & ignis aſpectus, qui ibi erat, & oſtendebat, ac demonſtrabat imaginem diuinæ gloriæ, & hanc quidem nube opertam, ſed viſitauit nos ex altitudine ſuprema, ſupra quam nihil aliud conſiderari poteſt: viſitauit, inquam, nos, oriens largus, Seueri.

& lucidiſsimum iuſtitiæ Solem ſecum habens, qui Sol ſponte venit ad eos, qui ſedebant in quibuſdam tenebris intellectus, & in vmbra mortis, & tamen cum omnibus ſuis radijs in cœlum permanſit; & totus in terra affuit; & totus in Inferorum latebris emicuit, & nullibi ſuam plenitudinem reliquit, neque ob ſuum ad nos aduentum paſſus eſt diuiſionem vel circumſcriptionem. Quomodo autem hoc? neque mens noſtra imbecillis cogitare, neque ſermo explicare poterit, omnis enim creatæ naturæ captum ſuperat. Igitur gratias agit aduentui Saluatoris, dicens miſericordiam Dei, & viſitationem, & orientem ex alto apparuiſſe, vt ij, qui tenebris ignorantiæ inuoluti ſunt, illuſtrentur, quique ſub imperio mortis iacent, in poteſtatem vitæ veniant; & qui myſtico bello detinentur, viam pacis inueniant: nam ipſe eſt pax noſtra, & venit ad illuſtrandum Iſraelem: non enim venit, niſi ad oues perditas Iſraelis ob prærogatiuam, quæ patribus promiſſa fuit; ſed vbi Iſraelitæ recipere noluerunt, tranſtulit clariſsimum ſui luminis ſplendorem ad omnes gentes.

PRE-

PRECATIO SYMEONIS. Luc.2.

NVNC dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in pace, quia viderũt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum.

Introductus eſt Chriſtus in templum, cũ infans adhuc eſſet, & lac ſugeret. Beatus autem Symeon vaticinãdi gratia præditus, ipſum in vlnas recepit. Cœleſti verò lætitia plenus, Deum laudauit, dicens, Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, & quæ ſequũtur. Hoc enim Chriſti myſterium ante ipſam mundi commutationem præparatum eſt.

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriã plebis tuæ Iſrael.

Exorta eſt lux his, qui in tenebris erant, & palantes ibant, & in manus Diaboli inciderant, vocati enim ſunt à Deo, & patre, vt agnoſcant eius filium, qui vera lux eſt. Cæterùm in gloriam Iſraelis: quamuis enim nonnulli ex ipſis iniurij, & perfidi fuerunt, ſuamque mentem ſtultitia plenam habuere; tamen reliquiæ conſeruatæ fuerunt, & per Chriſtum celebratæ. Primitiæ autem horum fuerunt ſacri diſcipuli, quorum glorioſus ſplendor totum orbem terrarum illuſtrauit. Præter-

ea alio modo Chriſtus dici poteſt Iſraelis gloria, quoniam ex ipſis ortus eſt ſecundum carnem, licet Deus omnium ſit, & laudabilis in omnia ſæcula. Amen.

Porrò Symeon benedicit Virgini ſanctæ, vt quæ diuinæ voluntati ſubſeruijt.

Deo auté noſtro gloria in ſæcula Amen.

F. Maximilianus Beniamus Cremenſis Inquiſitor legit, & vidit, & licentiam & facultatem imprimendi dedit.

FINIS.

1.007.895

ERRATA.

INdicium,lege Indicum.f.17.p.1.l.10. Non,le.
ge verò.f.32.p.2.l.17.In omnia, lege omnia in
f.17.p.1.l.25.Exthalaret,lege exhalaret.f.35.p.
2.l.5. Vageri,lege.augeri.f.17.p.1.l.26.Inſpicbēte,
le.inſpiciente.f.35.p.2.l.22.Olem leg.ſolem,f.37.
p.2.l.18.Subminiſtabat, leg. ſubminiſtrabat.f.58.
p.2.l.25.Confirmatus, le.conformatus.f.39.p 1.
l.6.Terræ.Et;le.terræ,&.f.41.p. 1.l.3. Oſsicus, le
ge oſsibus . f.42.p.2.l. Cœli adduxit,l ege cœli,
adduxit.f.41.p.1.l.4. Quamrem,le.quamobrē.f.
43.p.1.l.26.Conſtituo,le.conſtituto. f.44. p.1.l.1.
Curareuue,le.curaretur.f.44.p.1.l.26. Gētalia,le.
genitalia .f.45.p.2.l.19.Liberatq;. leg.liberaque.
f.46 .p.1.l.30.Apparuit,tulit,le.apparuit,quia tu-
lit.f.53,p.1.l.26.Chriſtiano,le.Chriſto.f.54.p.2l.7.
Illaque,le.illęque.f.56.p.2.l.2.At,le.aut.f 95. p.1.
l.3.Indore.le.nidore.f.61.p.2.l.2.Hemrod,le. Nē.
rod.f.66.p.1,l.30.Seb.le.ſed. f.78.p.2.l.7. fruteis,
le.frutetis.f.80.p.1.l.30. Secutam.le. ſecutū. f.89.
p.1.l.23.Per,leg.pro.f.91.p.1.l.15.fratrem, leg. fra-
tres.f.92.p.2.l.30. Exopertabant,le.exoptabant.
f.97.p.1.l.6.Ingenium,leg.ingenuum.f. 97.p.2.l.
18.Veniam,le.vineam.f.87.p.2.l.15.Omnia,le.no
mina.f.97.p.1.l.29.Promulganda,le. promulgā-
dam.f 117.p.1.l.2.Peruicacitate,le.peruicacitatē.
f.156.p.2.l.22. Vat,le.aut.f.175.p.2.l.24.Debet.le.
decet.179.p.2.l.8.Ij,le.ijs.f.207.p.1.l.7.Exſcalpen-
da,le.exſculpenda,f.213.p.1.l.3. Alteram,le. alte.
ra f.213.p.2.l.7.

L.

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO - ROMA - 1972